de ente particulari capio ergo noticiã harũ materiarum ⁊ harum formarũ illa semp est eiusdẽ speciei ergo ⁊ obiecta sua. Item dicit. l. t. hic si materia ⁊ forma essent eadẽ vni tertio scʒ idem ergo sunt eadẽ inter se p geometrie principiũ quecunqȝ sunt eadẽ vni tertio ⁊c. ¶ Item sequeretur q sortes ⁊ plato essent post mortem sortis et platonis dato q nunq̄ resurgent: patet quia hee materie ⁊ hee forme erunt post mortem sortis et platonis et hee materie et hee forme sunt sortes ⁊ plato igit. Item hec est in materia naturali apud aduersariũ hec sunt sortes demonstrando partes ergo illa semp esset vera subiecto supponẽte antecedẽs patet qr predicatũ nihil connotat propter hoc quidã eorũ dicunt terminos p̄dicamenti substantie esse cõnotatiuos. Itẽ aduersarij concedunt q sortes ⁊ plato currũt ⁊ tñ sortes nõ currit si forma sortis ponat in materia platonis ⁊ econuerso ⁊ currant illa duo cõposita. ⁊ q aliquis binarius est perpetuus puta materia ⁊ forma ⁊ tñ sortes non est ppetuus. Ista argumenta quidã eorũ soluere nititur vnde dicit q totum non componitur ex materia ⁊ forma complexiue sed diuisiue. Contra manifestũ est q oportet dare causam p̄cisam ⁊ totale ipsius cõpositi ⁊ illa non est materia nec forma. Itẽ hec vera est cõpositum fit precise ex materia ⁊ forma ⁊ si ly caperetur diuisiue illa esset falsa quia compositum non fit precise ex materia nec precise ex forma. ¶ Secunda conclusio Totũ a qualibet parte distinguit hec est de se manifesta.

¶ Contra primã conclusionẽ arguit durandus in. iij. d. ij. impossibile est intelligere coniunctũ nisi intelligendo partes vnitas ⁊ econuerso ergo totum non est tertia entitas distincta a suis partibus. Item auicenna dicit. iij. metha. q homo est aia ⁊ corpus ⁊ neutrum per se. Itẽ nulla natura totalis assumpta a verbo est deposita in morte fm damascenũ sed si compositum esset aliud realiter a suis partibus cũ illud nõ habuerit xp̄s in triduo deposuisset aliquid qđ prius assumpsit. Item oĩs forma vltimior est pfectior sed si esset aliqua forma totius compositi alia vltra intellectiuã illa esset perfectior q intellectiua quod est cõtra secundã propositionẽ de causis vbi dicit in cõmento q anima intellectiua est in horizonte eternitatis quo ad superius.

¶ Secundo si totũ addit aliquid supra partes oportet q forma illius compositi differat realiter ab istis partibus ⁊ iterũ accipiẽdo illam formã si habeat partes distinctas ab ea habebit aliam formã ⁊ sic in infinitum. Item ad hoc q aliqua distinguantur realiter oportet q vnum aliquid realiter includat q aliud nõ includit sed totum nichil includit reale nisi suas partes quia si aliquid includeret hoc esset vnio sed hoc non quia vnio est relatio modo relatio non est de ratione absoluti. Item q̄titas continua non distinguitur ab omnibus partibus simul sumptis patet quia due linee non distinguuntur nisi aut situ aut subiecto sed oẽs partes linee simul sumpte nec situ nec subiecto a tota linea distinguuntur ergo ⁊c. Item philosophus secũdo de anima dicit q animal est anima ⁊ corpus igitur homo est corpus ⁊ anima.

¶ Tertio arguitur sequeretur q diffinitio phisica hominis non significaret totum diffinitum qr in ea non ponitur nisi partes eius scilicet materia ⁊ forma rationalis. Item tunc ternarius esset quaternarius qr vnitas addita ternario facit quaternarium sed tribꝰ vnitatibus triũ partium continui additur vnitas totius distincta igitur. Item si totum de genere substãtie addit aliqđ partibꝰ aut illud est materia aut forma aut cõpositũ qr nõ est dicẽdũ q p̄cise addat aliqđ accidẽtale ⁊ cõsequẽtia tenet p diuisionẽ substantie.

¶ Quarto capiatur a linea cuꝰ due medietates sint b. c. tunc sic. b. c. copulantur ad terminũ communem ergo sunt q̄titas continua ⁊ non nisi a igitur cõsequẽtia prima patet per diffinitionem q̄titatis continue. Item phũs. ij. de anima dicit q sicut oculus ⁊ pupilla sunt vnũ ita corpus ⁊ anima sunt vnũ totum. Item tunc esset processus in infinitum in totis qr ex illo totõ ⁊ suis partibus resultat entitas tertia ⁊ iterum ex illa entitate ⁊ suis partibus ⁊ sic in infinitum. Item addens vnam guttam aque mari causaret vnum ens absolutum distinctuʒ a toto mari ⁊ illa gutta simul sumptis. Itẽ materia prima est diuisibilis in duas medietates ergo si sit aliquid distinctum a suis partibꝰ corrumpetur per diuisionem quod est cõtra philosophum in fine primi phisicorum. c. xxxij.

¶ Quinto sequeretur q ab aliquibus remoueretur pondus vnius libre ⁊ tamen tantũ ponderarent sicut prius patet ponendo aliquid ponderans vnam librã tunc diuidat in duas medietates arguit sic Iste due partes tm ponderant sicut prius ⁊ tñ est ablatum põdus vnius libre qr illud totũ est corruptum ⁊ per consequens pondus eius cũ sit accidens qđ corrumpit corrupto subiecto. ¶ Sexto qr si humanitas differret realiter ab omnibus partibꝰ essentialibus simul: aut differret p se primo ⁊ se tota ⁊ sic nichil includeret de partibus essentialibus nec in aliquo conueniret cũ aliqua parte aut aliquo sui ⁊ illud est pars essentialis vel non. Si primum sic differret a seipsa. Si secundũ sic essentia includeret aliquid non essentiale. Item cõmentator dicit hic q totum nihil aliud est q̄ congregatio partiũ. vnde dicit q vnaqueqȝ partium dicit esse aliud a toto sed oẽs simul nõ possunt dici aliud a toto. Item si totũ addit aliquid partibus reale aut illud facit vnuʒ cũ partibꝰ p se nullo superaddito ⁊ tunc idem posset dici de forma ⁊ materia q scʒ faciũt vnuʒ per se nullo supaddito aut illud non facit vnum per se cum toto ⁊ partibus nisi aliquo superaddito ⁊ sic erit processus in infinitũ. Item oẽ absolutum potest per diuinã potentiã fieri sine absoluto ab eo distincto sed totum non potest fieri sine partibus igitur. forte dicis q partes se habẽt vt causa ad totum ⁊ ideo nõ oportet q totũ possit esse sine eis vel licet partes sint priores toto natura non tamen tempore ideo non oportet q deus posset facere ptes vnitas sine toto. Contra. Si partes vnite sunt causa necessaria totius aut hoc est ratione partium aut ratione vnionis non primum qr tunc positis illis poneretur totum sed hoc est falsum. Nec fm qr vnio est relatio ergo est posterior fundamento. Item contradictio equaliter repugnat in quocunqȝ signo nature sicut temporis. ergo si in aliquo signo nature prius natura partes possunt esse vnite ante totum non repugnabit q sint vnite in aliquo tpe in quo non sit totũ.

¶ Septimo arguit per auctoritates. S. T. dicit enĩ in. iij. contra gentiles ca. lxxxi. de humanitate nõ est intelligendũ q sit quedam forma consurgens ex coniunctione forme ad materiam quasi realiter sit alia ab vtroqȝ quia cum per formam materia fiat hoc aliquid actu illa tertia forma consequens non esset substantialis. sed accidentalis. Item in. iij. d. xliij. q. i. ar. i. q. ij. ad secundũ dicit q ratio probans diuersita-

tem humanitatis futurã procedebat ac si humanitas esset quedã forma superueniens forme et materie quod falsum est. Item prima.q.lxxv.ar.iiij.arguẽdo in oppositũ dicit ꝙ Aug.xix.de ciuitate dei cõmendat varronẽ ꝙ hoĩem nec animã solũ nec corpus solũ sed aĩam simul et corpus esse arbitrabatur Item.q.xj.ar.ij.ad scd̃m distinguit totũ in homogeneũ ⁊ etherogeneũ vt supra dictũ est. Deinde dicit ꝙ de quolibet toto homogeneo totum constituitur ex partibus habẽtibus formã totius sed in quolibꝫ toto etherogeneo quelibet pars caret forma totius nulla enim pars domus est domus nec aliqua pars hominis est homo et sequitur tale totum est multitudo ⁊ prima secũde.q.xiij.ar.j.dicit ꝙ animal non dicimus corpus esse scd̃m seipsum neqꝫ aĩam solam sed vtrũqꝫ et athanasius dicit ꝙ anima rationalis et caro vnus est homo. Et secundum paulum multa membra vnum copus sunt.

¶ Octauo. Sit a. omnes partes .b. simul sũpte tunc sic quelibet pars a est pars .b. ergo a. est b. Itẽ a nõ est pars ergo est totum. Irẽ. Oẽs partes a continui sunt vel ergo sunt partes diuisibiles vel indiuisibiles. Si primum ergo habẽt medietates ergo ille nõ erant omnes nec aliud est dabile igitur. Item tunc corruptum posset redire quia pono ꝙ ista aqua diuidatur et postea iterũ reuniantur partes tunc eadem ẽ totalitas que nunc est et q̃ prius erat qꝛ sũt eedẽ partes ⁊ tamen illa non erat stante diuisione aque. Irẽ tunc nunqꝫ totum diuideretur vel nunqꝫ esset diuisum quia quando est diuisum iam illa totalitas nõ est forte dicis ꝙ quando totum dicitur esse diuisuꝫ non oportet ꝙ sit. Contra oportet ꝙ diuisio omnis sit in aliquo subiecto si in partibꝰ. Contra nulla pꝰs est diuisa ꝫ ip̃m totũ si in toto habetur ꝓpositum.

¶ Ad primum dicendũ negando consequentiam qꝛ vnum relatiuum non potest intelligi sine alio et tamen realiter distinguitur ab eo. Et si queratur ex quo totum et pars habent diuersos conceptus. Nonne deus posset facere vnum sine alio. Dico ꝙ siue sic siue non nichil est contra nos. Ad aliud respõdet Iohãnes de neapolis ꝙ hec predicatio homo est aĩa ⁊ corpus non est per identitatem sed est p̃dicatio causalis. Ad aliud dicitur ꝙ ẜm damascenũ xp̃s nullam partẽ nature deposuit. Deinde dicitur ꝙ nullã naturam deposuit totaliter quia inquit. Capreolus licet naturã humanã deposuerit non tamen deposuit eã totaliter.i. scd̃m suas partes vel dicitur ꝙ naturam humanã nõ deposuit sed ipsa desijt esse. Ad aliud dicitur ꝙ aĩa est vltima et perfectissima forma partis. Sed vtrũ totũ sit perfectius ea. Dicenduꝫ ꝙ sic aliquo modo et aliquo mõ non quia ipsa est icorruptibilis. venetus dicit ꝙ totalitas est accidẽs respectiuũ ꝫ dico ꝙ est natura rei sub respectu ad partes vnde est res absoluta nec sequitur ergo põt a deo fieri sine parte qꝛ est posterius essentialiter ex ea dependens contra tunc eadẽ ratione non posset facere accidens sine subiecto. Negatur qꝛ subiectum non est causa intrinseca.

¶ Ad scd̃m dicitur ꝙ totum non addit supra partes aliquã formã partis sed ipsa tota natura est aliquid realiter differẽs a naturis sãbaꝫ partiũ etiam vnitaꝫ qꝛ partes vnite cõstituũt totũ nullus enĩ diceret ꝙ partes separate cõstituũt totũ. Nec ẽ dicendũ ꝙ ipsa natura cõposita ⁊ ptes eiꝰ sint partes alicuius cõpositi sed ipse nature ptiũ sunt partes nature cõposite. Ad aliud dicitur ꝙ ipsa humanitas eo ipso ꝙ est humanitas distinguitur a partibus et non per aliquã entitatẽ additã humanitati sed per aliquid reale qđ est ipsamet ⁊ sic differt se tota sicut et ipsa pars differt a toto nõ qꝛ aliqđ includat ꝙ non ĩcludat totũ. Nec oportet ꝙ totũ aliqđ ĩcludat p̃ter partes. Sꝫ dupliciter aliqđ differt se toto vno mõ vt totũ capitur sincathegoreumatice ⁊ sic nõ capitur sed alio mõ scꝫ cathegoreumatice qꝛ totũ nõ differt qualibet parte sui. Ad aliud dꝛ ꝙ licet cõcedatur ꝙ ĩpossibile est duas lineas esse actu in eodẽ situ nõ tamen est ĩpossibile duas lineas quarũ vna est in potẽtia ⁊ alia in actu esse in eodẽ situ vnde oẽ continuuꝫ est vnũ in actu et multiplex in potentia ⁊ facta diuisione fiunt actu. Sola enĩ diuisio in continuis facit esse actu. Ad aliud dicitur ꝙ ille sunt p̃dicatiões causales et materiales vñ. S. T. dicit prima.q.lxxvij.ar.j.ad primũ ꝙ totũ vniuersale predicatur de qualibet parte sed totũ integrale nullo mõ p̃dicatur de singulis partibꝰ predicatur aũt aliquo mõ lꝫ improprie de oĩbꝰ simul vt si dicamꝰ ꝙ paries tectũ ⁊ fundamẽtũ sunt domꝰ. ¶ Ad tertium dicitur ꝙ tota diffinitio non solũ signat partes sed cõpositũ ex partibꝰ vt dꝫ dicẽdo hõ est cõpositũ ex materia ⁊ forma rationali vñ diffinitio distinguitur a suis partibus sicut diffinitũ cũ quo est idem. Ad aliud negatur cõsequẽtia quia quaternarius non cõstituitur nisi ex.iiij. vnitatibus numeralibus vnitas aũt qua ternarius dicitur vnus est vnitas trãscendẽs et sic non facit numerũ cũ alijs quia non est vnitas partialis ⁊ materialis.

¶ Ad aliud dꝛ ꝙ hũana natura ẽ substãtia tñ non ẽ materia neqꝫ forma sed est cõpositũ nec tamen sequitur ꝙ in homine sit duplex cõpositũ qꝛ materia ⁊ forma etiam vnite non sunt natura cõposita potest tamen dici ꝙ suppositũ est quoddã compositũ et realiter distinguitur a natura. Sed contra n sic essent ibi due compositiones. Item natura phisice loquendo non abstrahit ab accidentibꝰ sensibilibus nec a motu ergo includit ea que includit suppositum et per consequens non videtur differre. Item humanitas nostra nulli realiter vnitur ergo realiter est suppositum. De hoc in logica.

¶ Ad quartum negatur consequentia nisi sit predicatio causalis. Et ita dicatur ad alia dicitur enim ꝙ totum non facit aliquid cum alijs partibus. Deinde concedo ꝙ per additionem fit aliud totũ. Ad aliud dicitur ꝙ materia bene est corruptibilis ꝑ diuisionem sed non per transmutationem.

¶ Ad quintum concedo illatum.

¶ Ad sextum iam dictum est. Ad cõmẽtatorem potest dici ꝙ illa fuit opinio eius vel dꝛ scd̃m eum ꝙ partes simul sumpte non sunt aliud a toto quia nõ sunt aliquid. Ad aliud negatur maxima vt patet ĩ q̃titate relationibus potentijs et passionibus risibile enim non potest esse sine homine nec creatura sine deo nec homo sine anima secũdũ quãcũqꝫ opinionem. Et secundum aliquos nõ potest homo esse sine lege nature et sinderesi licet distinguatur ab eo. Deinde dicitur ꝙ ista instantia nature non ponunt aliquid a parte rei sed solũ ĩ apprehẽsiõe intellectus.

¶ Ad septimũ dicitur ꝙ omnes ille p̃dicatiões sũt causales vel naturales vnde. S. T. exponit athanasium ꝙ anima rationalis et caro vnus est homo.i. vnum hominem componunt et constituunt vel humanitas nõ ẽ tertia entitas sic seꝫqꝫ distinguatur secũdũ se ⁊ quodlibet sui a materia ⁊ forma. Alia tñ opinio multũ ꝓbabilis ẽ apud multos thomistas.

¶ Ad octauum negatur consequentia a paulo veneto. Ad aliud quibusdam videtur ꝙ si ly omnea capiatur collectiue illa est falsa quia subiectuȝ nō supponit vel dicitur ꝙ ille partes sunt diuisibiles tamē nulle sunt partes diuisibiles quin earum partes sūt contente sub ly omnes. Ad aliud dicitur ꝙ per diuisionem solam res proprie non dicitur esse corrupta Et potest dici ꝙ diuisio est in partib⁹ subiectiue vel in toto quando est.

¶ Ex predictis patet quid sit totum et quid totalitas et quid sit ipsa entitas compositi alia ab entitate partiū dico enī ꝙ ista entitas est entitas absoluta et non respectiua probatur qꝛ generatio ⁊ corruptio non terminantur ad respectū per se. Item materia et forma sunt absoluta ergo nō sunt causa intrinseca alicuius respectiui sed hic posset dici quod non sequitur quia oportet dicere ꝙ primū ens respectiuū causatur ab absoluto. Item quia sequeretur ꝙ omnia entia essent vnius generis qꝛ essent respectiua essent taliter. Item nulla res esset vna per se qꝛ ex absoluto et respectiuo nō fit vnū p se posset theologice instari cōtra predicta quia sequeretur ꝙ sine consecratione sanguis esset sub aliquo sub quo pri⁹ non erat qꝛ vniantur duo vina cōsecrata iam sub illo toto est sanguis ⁊ nō erat prius sub illo. Item instatur Cōtra sillogismos prius factos cōtra aduersarios quia nō sequit̃ in simili hoc sortes facere tenetur ⁊ hoc est peccātū ergo peccatuȝ sortes facere tenetur pono enī ꝙ sortes teneatur ad hanc dationeȝ elemosine pro a tēpore. Deinde ꝙ tempore quo facit hanc dationē habeat conscientiam erroneā ꝙ nō debet eam tunc dare tunc patet ꝙ añs est verū et consequens falsum qꝛ quodlibet peccātū tenet̃ vitare. Itē non sequit̃ hoc fuit in triduo ⁊ hoc est xp̄s ergo hoc fuit in triduo xp̄s. Hec requirerent specialē tractatum. Ideo pro nunc qui nollet concedere illata diceret ꝙ est falsa accidentis.

Ad tertiū sic proceditur videtur ꝙ quātitas non distinguat̃ a re quāta: quia de⁹ non potest facere rē sine quātitate vt puta sortē quia non potest facere qui sit diuisibilis. Sed contra est ph̄us dicens in presentiarū. Siquidem igit̃ substantia est et quantū et duo et non vnum est quod est.

¶ Respondeo dicendū ꝙ circa presentē questioneȝ magna est diuersitas et alteratio inter nominales et reales. Buridanus aliās noialis dicit ꝙ longitudo non distinguitur a latitudine a ꝓfunditate tñ quantitas distinguitur a re quanta loquendo de quantitate continua. Alij dicūt non solū quātitatē cōtinuam sed etiā discretam distingui a re quāta vt reales Alij aūt dicūt vt georgius bruxellen. ꝙ licet aliqua substātia sit quātitas non tamē omnis substantia ē quantitas quia substātia imaterialis non est quantitas nec etiā omnis substantia quāta est sua quantitas cōtinua vt patet de illa cuius vna pars est indiuisibilis sicut homo quantitas enī hominis est materia hominis sed homo nō est materia sua ergo hō non est sua q̄titas ⁊ hoc loquendo de quātitate cōtinua sed omnis substantia pure materialis cuius nulla pars est simpliciter indiuisibilis est sua quātitas continua non tamen omnis quātitas est substātia vt patet de quantitate q̄ est qualitas extensa vt puta albedo. ¶ Conclusio responsiua. Omnis quātitas siue principium quātitatis distinguitur realiter a re quanta vt punctum realiter distinguitur a linea et linea a superficie et superficies a corpore et numerus a rebus numeratis et tempus a primo mobili et locus a locato ⁊ oratio ab aere et ipsa voce. Probatur sic. Primo ꝙ sit aliqua superficies distincta a corpore .i. aliqua lōgitudo et latitudo sine profunditate quia videns corpus solidum videt longum et latum et tamen non videt profundū igit̃ minor patet quia istud corpus secundum profundū non est visibile quia ponitur ꝙ sit solidū ⁊ nullo modo transparens siue diaphanuȝ. Similiter ignis tāgit concauū lune scd̄m longū et latū et non scd̄m ꝓfundum. Itē scd̄m grego. noticia intuitiua immediate terminatur ad rē. queritur ergo que est illa pars ad quem imediate terminatur visio. Si enī sit diuisibilis auferatur aliquid a parte posteriori ⁊ tūc sequitur ꝙ noticia intuitiua alicuius manebit naturaliter ipso non manēte quia noticia intuitiua naturaliter representat rem et per hoc ꝙ aliquid a parte posteriori auffert̃ a pariete ad quē terminat̃ visio non desinit esse visio igit̃ forte dicis ꝙ manet noticia intuitiua et non āplius est noticia intuitiua illius cuius prius erat. Contra quia grego. in prol. sententiarū. q. iij. non vult cōcedere ꝙ noticia vni⁹ rei eadē possit se extendere ad aliā rē. Secundo. Tunc sup̄ficies non haberet terminū vltimatum sed ꝓcederetur in infinitū in terminis quis vel superficies terminatur ad lineam indiuisibilem secundum latitudinem et sic habetur intentum vel non et sic eius oportebit dare alium terminū. Item si terminus linee sit aliquid diuisibile ergo a poterit cōtinue moueri super .b. lineā et tamen semp erit in termino qꝛ secundum istam opinionē terminus est aliqua grossa pars diuisibilis. Item nisi esset aliqua lōgitudo sine latitudine et profunditate sequeret̃ ꝙ magnitudo mundi nō posset mēsurari quia si posset mensurari aliqua mensura hoc esset per lineā rectaȝ maximā sed illā non contingit dare secundū aduersariuȝ qꝛ diuidatur secundū latitudinē in tres partes ex quo est lata ⁊ sequitur ꝙ secūda pars est longior q̄ prima et tertia. qꝛ terminatur circulariter ⁊ tota linea non est ita longa sicut linea media qꝛ habet longitudinem difformē. Itē arguitur ꝙ punctum distinguitur a linea quia corpus sphericū tangit planū et nō secūdū diuisibile ergo secūdū indiuisibile primum patet qꝛ tunc aliqua portio circuli esset plana ⁊ hoc expresse ponit̃ i geometria nec valet si dicat̃ ꝙ sphericū tangit planū indiuisibiliter sed nō in idiuisibili qꝛ si sphericum indiuisibiliter tangit planū ergo aliqua indiuisibilitate tangit illud sed nō videtur esse alia indiuisibilitas q̄ pūctalis contactus ergo propter hoc quidam dixerunt ꝙ nullum ē sphericū in natura sed tantū in intellectu vel ymaginatiue sȝ hoc nichil est quia celū simpliciter est sphericū ⁊ euclides docet facere corpus sphericū per transitum circunferentie dimidij circuli fixa diametro donec ad locū suū redeat. Item centrū circuli est indiuisibile qꝛ si esset diuisibile tunc quodlȝ corp⁹ haberet infinita centra quia corpus posset iterum in infinita alia centra diuidi. ¶ Tertio sequeretur penetratio corporum naturaliter quia secundū istos materia asini est corpus .i. longitudo latitudo et profunditas. Similiter asinus est sua q̄titas ⁊ albedo ei⁹ est sua quantitas igit̃ due quātitates sunt simul et asinus esset dupl⁹ ad suā materiā quia habet duas q̄titates .s. materiam et formā et sic esset in quadruplo maior homine: supposito ꝙ tm̄ habeat duplam

materiã. Itē tunc terminus generationis esset quã titas quia est substantia que est sua quantitas: ⁊ sic generatio erit augmentatio. Itē tūc subā esset sensibile ꝑ se contra phm̄ secūdo de aīa patet qꝛ hec q̄titas est sensibile ꝑ se et hec q̄titas est substãtia igitur. Item q̄titas est accidens non aūt subā igitur. Itē tunc sensibile ꝓpꝛ̄ū esset sensibile cōe qꝛ ꝭm eos hoc albedo que est sensibile proprium est quãtitas que est sensibile cōmune. Item tunc colo𝔯 esset quãtitas infinita probatur ꝭm eos quia in quolibet colore sunt infiniti gradus equales nō absolute sed in esse q̄titatis vt pꝫ capiendo coloratū pedale ⁊ diuidendo colorē ꝭm intensionē et nō ꝭm extensionem.

¶ Quarto probatur de quantitate discreta ꝙ non sit substãtia quia sequeretur ꝙ numerus esset prio𝔯 vnitate quia capio illam partem diuisibilem quam tu dicis esse vnitatem manifestum est ꝙ illa componitur ex partibꝰ prioribus ea ⁊ ille partes parte sūt numerus igitur. Item si numerus esset ipse res numerate sequeretur ꝙ numerus non est aliquid quia res numerate puta sortes et asinus non sunt aliqd sed aliqua si concedas contra numerus est q̄titas ergo est ens qꝛ ens a phō hic diuiditur in decē predicamēta. Item si numerus est res numerate ergo binarius est eiusdem speciei specialissime tuꝫ ternario patet quia tres homines sunt eiusdē speciei specialissime cum duobus. Item tunc aliqui duo binarij different specie vt puta duo homines et duo asini. Et mirum est ꝙ isti tantum dilexerunt pithagoricos quorum ista fuit opinio: vt enim dicit philosophus. i. metha. ⁊ ibidem. S. T. lec. ix numerū dixerunt esse omnium substantiam.

¶ Quinto sequitur ꝙ diametri ad costam quadrati erit proportio rationalis quod est contra totam geometriã ⁊ phm̄ primo poste. probatur tamē quia diameter est numerus quaternarius et costa est numerus binarius sed cuiuslibet quaternarij ad binarium est proportio dupla igitur diametri ad costã est proportio dupla maio𝔯 patet quo ad primã partem quia dyameter est iiij. quarte et costa ē due medietates ergo ꝭm istos dyameter ē nūerus quaternarius et costa est numerus binarius ⁊ per idem argueretur ꝙ diameter ad costam habet omnem proportionem: quia est quarta quarte. quinta quinte ⁊ sexta sexte. ec. Sed ista habēt proportionem ad duas medietates coste quãcūqꝫ volueris eligere. Itē qn̄ allegatur eis phūs hic per argumentum in oppositum dicunt ꝙ intelligitur de substantia non quanta sic scilicet ꝙ si ipsa sit ⁊ quantitas. Iã duo sunt Contra hoc arguit quidã quia hoc est petere principiū qm̄ isti non ponebant aliquam substantiã nō quantam ponebant eñ tantū vnū esse et illud dicebant q̄tum. Sed dices ꝙ si substantia et quantum sunt iam duo sunt quia omne quantum habet partes. Cōtra Aristoteles nolunt ꝓbare multitudinē numeralem partiū quia hanc non negauit permenides vel melissus bene enim sciuerunt se habere partes et multos auditores quorū vnus non erat aliꝰ/ sed voluit probare multitudinem diuersarū rationū per hoc ꝙ predicamēta sunt diuersatuꝫ rationū Preterea Si ista fuisset intentio aristotelis non oportuisset dicere si substantia et quantum sunt duo sunt sed satis esset dicere si quãtū est iam duo sunt.

¶ Sexto tunc lumen esset corpus quia est longitudo latitudo et profunditas secundum istas. Item arguitur per diffinitiones phi p̄rio celi linea est lō gitudo sine latitudine ⁊ ꝓfunditate. Sed dices ꝙ hoc sic intelligitur ꝙ ille terminus linea connotat longitudinem ⁊ nō latitudinē neqꝫ ꝓfunditatē sed hoc videtur esse multū alienū ab intentione mathematicoꝝ. Itē tunc q̄titas cōtinua diceretur longitudo sine latitudine ⁊ ꝓfunditate qꝛ iste terminus quantitas cōtinua nō cōnotat latitudinē nec ꝓfunditatē. Itē arguit buridanus qꝛ capio sollē cuius latera distant manifestum est quod non possunt appropinquari nisi cum resistentia sed illa resistentia non est aer vel forma eius quia nō repugnat forme aeris stare sub minori quantitate ergo ipsa non resistit condēsationi nec etiam est calo𝔯 igitur Dicūt ꝙ est forma aeris cui repugnat per solum motuꝫ localem stare sub minori quantitate nō autem per infrigidationem Contra posita quacūqꝫ frigiditate adhuc esset resistentia in approximando latera follis. Item tunc si in aere esset infinita frigiditas aer esset punctualis et indiuisibilis. Item pono ꝙ corpus pedale diuidatur in omnes partes proportionales proportione dupla quod multi eorum concedunt esse possibile ⁊ sit prĩa medietas magis distãs a formica ⁊ sic consequenter sic ꝙ minores sint versus eam et moueatur formica cadendo super illud corpus tunc ipsa tanget aliquid et illud erit aliqd indiuisibile secundū ꝓfunditatem puta sup̄ficies: quia si ē diuisibile secūdū profunditatē diuidatur ergo in duas medietates ergo non erat diuisum in omnes partes proportionale ꝓportiōe dupla. Itē seqretur ꝙ cadauer sortis esset in duplo maius q̄ sortes quia forma cadaueris aduenieńs materie est tãta quãta materia ⁊ facit vnū cū ea ergo tota erit dupla ad quãtitatē precedētē qꝛ forma sortis non erat quãtitas. Sed dices ꝙ nō aduenit ꝭm extēsionem et hoc requiritur. Contra secundū multos q̄titas intendit̄ per additionē q̄titatis ad q̄titatē in eodē subiecto p̄eise ꝙ nō opꝫ ꝙ adueniat ꝭm extēsionē. Itē greg. de arimino in. ij sententiarum. d. xij. ⁊ multi ingeniosi calculatores loquūt̄ subtiliter de q̄titate ꝯformiter ad reales imo ferme destrueretur tota geometria et arithmetica nisi quãtitas distingueretur a re quanta. Item quero a te quomodo tu probas aliqua esse accidentia ⁊ nō potes nisi quia vnum manet ⁊ aliud non manet sed sic est de substantia et quantitate cōtinua. Dicunt eñ saltē aliqui aduersarij ꝙ corpꝰ xp̄i manet in sacramēto altaris ⁊ tamē ibi nō habet q̄titatē cōtinuã.

¶ Cōtra hec ar. qꝛ si q̄titas distiguat̄ a substãtia ꝙ deꝰ possꝫ facere substãtiã sine q̄titate manēte substantia in eodē loco in quo prius erat quia per hoc ꝙ aufertur sibi q̄titas non mutatur localiter Tūc sic substantia est in eodeꝫ loco sicut prius erat ergo est extensa vt prius ergo potest esse extēsa sine quãtitate et sic quantitas superfluit. Item sequitur ꝙ plura corpora se penetrant quia sortes est corpus ⁊ est simul cum sua quantitate igitur. Item sequeretur ꝙ possibile esset totuꝫ non esse maius sua parte quia pono ꝙ ab vna medietate tollatur quantitas Tunc patet ꝙ totum non habet maiorem quantitatem q̄ alia medietas ergo non est maius. Iteꝫ sequeretur ꝙ ab equalibus tollerentur equalia ⁊ tamen cetera non manerēt equalia quia pono ꝙ a duobus lapidibus equalibus tollatur omnis q̄titas iam non manent quanti ergo non manent equales Item omne susceptiuum contrariorum est substantia vt patet ex vltima proprietate substantie sed q̄titas est susceptiua contrarioꝝ ergo est substãtia.

¶ Secundo. Omne accidens est in aliquo subie-

cto primo queritur ergo in quo est punctum subiectiue non potest dici ꝙ sit in substantia indiuisibili quia nulla talis est nec potest dici ꝙ sit in subiecto diuisibili qꝛ tunc esset diuisibile. Itē punctum medium totius cōtinui capiatur ꝛ quero ī qua medietate est ꝛ non potest dari maior ratio ꝙ sit in vna medietate q̄ȝ in alia igitur. Itē tunc esset infinitum in actu quia in qualibet linea sunt infinita puncta.

¶ Tertio si q̄titas est tale accidens medium inter substantiam et qualitatem: tunc qualitates in sacramento altaris non essent per se subsistētes quod est contra magistrum in quarto probatur tamen qꝛ sm̄ istā opinionē albedo inheret quantitati. Itē Tunc due superficies se penetrarent ꝛ tunc due q̄titates essent simul penetratiue naturaliter et ꝓbatur de superficie concaua lune et cōuexa ignis que sunt simul quia celū lune ꝛ sphera ignis contingantur. Item pono ꝙ deus corrumpat omnes partes b. linee manētibus punctis eius et ponātur ista pūcta super a lineā tunc quero vel occupāt eā totā vel non. Si primū ergo b. linea componebatur ex punctis. Si secundū ergo est aliqua pars a linee q̄ non occupatur ꝛ ponamus ꝙ prius b. linea fuerit coextēsa a linee ꝛ absq; mutatione situs punctorum b. linea fuerit corrupta.

¶ Quarto sequitur ꝙ indiuisibile poterit moueri et quod aliquod accidens non mouebitur per accidens cuius tamē subiectum mouebitur primum patet de puncto quod est in sorte currēte sm̄ patet de puncto corporis moti circulariter qḋ nec ascendit nec dscēdit nec circulariter mouet̄. Itē pono ꝙ deus annihilet pūctum terminatiuum a linee tūc quero vel ipsa est finita vel infinita. Si primum ergo superfluit punctum terminans lineam. Si secundum Contra non est maior q̄ȝ prius erat.

¶ Quinto volo ꝙ aqua condensetur tunc vel manet omnino eadem q̄titas que prius vel nō. Si sic ergo eadem quātitas est minor q̄ȝ prius fuit ꝓ hoc ꝙ partes propinquius iacent cū igit̄ partes substātie sint eodē modo iacentes ꝓpinquius nunc q̄ȝ prius ꝛ cū non propter aliud ponitur q̄titas videtur ꝙ sit superflua si autē non manet tota q̄titas que prius igitur aliqua pars deperditur. ꝛ enim ad corruptionem subiecti imediati corrumpantur quodlibet accidens eius sequitur ꝙ nulla qualitas manet eius contrarium appatet in rebus codensatis. Item quare ponitur quantitas. Si dicas vt faciat ptes distare. Contra in sacro eucharistie sm̄ teales manet q̄titas continua in corpore christi. ꝛ tamen partes non distāt sed vbicunq; est vna ibi est altera. Item si aliquod corpus ponatur in vacuo adhuc ipsum est quantum et tamen non est per suā q̄titatem extensum sm̄ locū qꝛ ibi non est locus.

¶ Sexto vel q̄titas est dimensio ꝛ sua extensio vel non. Si secundum ergo q̄titas superfluit quia per istam extensionem potest corpus esse extēsum ꝛ vna pars potest ab alia distare. Item tūc esset penetratio dimensionum ꝛ extensionum quia vbicunq; est extensio corporis ibi est extensio linee. Si primum Cōtra linea pedalis potest manere sua pedalitate corrupta: quia eadem numero potest fieri per cōdēsationem semipedalis. Item subiectum distinguit̄ a sua propria passione sed longitudo est in linea et non nisi sicut passio ī subiecto. Item aristoteles. v. metha. T. c. xviij. multum ꝛ parum sunt passiones q̄titatum per se similiter magnum ꝛ parū sed magnum dici t aliquam dimensionem.

¶ Septimo tunc daretur primum mutatum esse in motu locali cōtra phīs. vj. phi. ꝓbatur tamē qꝛ sint duo corpora pedalia q̄ se tāgant quoꝝ vltima sunt duo īdiuisibilia deīde capiatur aliud pedale quod extendatur sup primū. ꝛ incipiat moueri ꝯsus sm̄. Cōstat ꝙ primo acquiret illud indiuisibile in q̄ sm̄ tangit primū. ergo istud erit primū mutatum esse. Itē si dantur ista puncta indiuisibilia aut sunt p̄ota corporeitate aut posteriora. Non sm̄ qꝛ punctū est principiū linee. Nec primum quia secundū commen. in libr. de substantia orbis prima rerum existētium in materia est corporeitas.

¶ Octauo vel punctū est aliquid positiuū vel priuatiuum. Nō primū patet qꝛ nō pōt intelligi nisi per negationē si dicis illa negatio est nobis notior contra priuatio non cognoscit̄ nisi ꝑ habitū. Itē tunc sine generatione aliquid fieret in actu qꝛ diuidatur linea iam ibi in qualibet extremitate sunt duo puncta q̄ prius nō erāt nec vr̄ ꝓbabile ꝙ diuidens gñauerit aliqua duo absoluta in actu. Nec sm̄ qꝛ tunc terminus cōtinui esset nihil. Item punctū ponitur in diffinitione linee per se sed nulla priuatio ptinet per se ad essentiale positiui igitur. Item Si pūctū tantum est carentia longitudinis latitudinis ꝛ ꝓfunditatis ergo eodem modo poterit dici ꝙ linea erit tantum carentia latitudinis et profunditatis.

¶ Nono arguitur ꝙ linea nō sit indiuisibilis sm̄ latitudinem ꝛ ꝓfunditatem: quia tunc sequeretur ꝙ aliq̄d inciperet diuidi qḋ tñ nū q̄ȝ desineret diuidi: tñ nō semꝑ diuidet̄ ꝛ aliq̄d desineret diuidi qḋ non icepit nec icipit nec icipiet diuidi. Qḋ ad ꝑmū patet ponendo ꝙ sortes nunc incipiat diuidere a corpus per vltimū instans non esse tunc patet ꝙ lineaꝫ quā nūc tāgit nō diuidit ꝛ eā imediate post hoc diuidet q̄ ipsa incipit diuidi qḋ autē nūc eā non diuidat patet qꝛ nunc nō agit. Qḋ aūt nō desinet diuidi ꝓbatur quia da oppositum et signet̄ instans in quo desinet diuidi et quero vel est mediatū vel īmediatū huic. Si ꝑmū ergo nō īmediate post hoc erit diuisa nec pōt dari sm̄ qꝛ nō datur instans immediatum instāti. Deinde ꝓbatur altera pars illati capiēdo vltimam lineam corporis diuidendi illa in instanti terminatiuo diuisionis totius non diuidet̄: quia tunc nulla erit actio vt suppono et ante illud instans diuidetur vt patet ꝛ tamen non incepit diuidi quia tunc non immediate ante hoc diuidebat̄ vel datur instās immediatum instanti. ¶ Decimo arguitur de numero ꝛ vnitate probando ꝙ non distinguuntur a rebus numeratis quero enim q̄d est vnitas. ꝛ videtur ꝙ non sit aliud q̄ȝ q̄titas ꝯtinua quia est ī subiecto diuisibili ꝛ sic erit diuisibilis forte cōcedis cum herueo in. 4. d. xxiiij. Sed cōtra tūc numerus non differret specie a q̄titate continua ꝛ sic q̄titas ꝯtinua ꝛ q̄titas discreta non essent due species quantitatis forte dicis ꝙ vnitas differt secundum rationem a quātitate continua vnde dicis ꝙ vnum quod est principium numeri super quantitatem continuam addit rationem mensure discrete sm̄ quam mensuramus aliqua esse tot vel tot vnde plures homines sunt tot propter plures q̄titates continuas per quas adinuicem distinguuntur. Sed contra. Mensura est de genere relationis quia mēsura relatiue dr̄ ad mensuratū ergo nō est principiū speciei existentis in genere quantitatis cum predicamenta sint impermixta. Item proprietas alicuius non constituit rationem eius cū proprietas sit posterius eo cuius est proprietas sed mensura est

ppriete s vnius quod est principium numeri igitur
Item tunc vnitas esset per se in predicamento qͣtita
tis & ternarius esset eiusdem speciei cum binario
quia tres quantitates pedales sunt eiusdez speciei
cum duabus. Item vnitas non est linea nec superfi
cies ergo. Item tūc vnitas posset diuidi. Itē si vni
tas distinguatur a substantia ergo deus potest eaz
separare & tamē adhuc fortes erit vnus forte dicis
ꝙ vnus erit entitatiue sed non mathematice. Con
tra hoc nihil est possunt enim omnia saluari per vnī
tatem entitatiuā ergo superfluit vnitas qͣtitatiua
¶ Undecimo si numerus est accidens distinctum a
rebus numeratis vel est accidens diuisibile vel idi
uisibile. Si primū ergo quilibet numerus erit eius
dem speciei cum alio ꝓbatur quia partes eius sunt
eiusdē speciei cū partibus alterius quia omnes vni
tates sunt eiusdē speciei ergo constituta ex eis sunt
eiusdem speciei. Item cuius passio est indiuisibilis
ipsum est indiuisibile: sed proportio exipla est indi
uisibilis ergo et ternarius. Item Arimethica ē vna
sciētia simpliciter ergo suum subiectum scilicet nu
merus est simpliciter vnum sed quod est simpliciter
vnum non habet partes igitur vnde. S. T. exponit
hic vere vnum id est idiuisibile. Item numerus est
formaliter ens / ergo ens formatur aliquid / et per
consequens non est absolute multa sicut sunt vnita
tes que sunt a seinuicem distincte & diuise. Sed cō
tra. Tunc aliquod idiuisibile esset parisius & rome
scilicet binarius istarum duarum ciuitatum. Et si
militer idem posset moueri motibus contrarijs vt
puta binarius qui est in sorte descendente & plato
ne ascendente. Item vnitas accidentis est ex subie
cto ergo numerus indiuisibilis nō potest esse i duo
bus a seinuicem diuisis. Item tunc nullus numerus
esset altero maior sicut nec aliqua vnitas. Itē tunc
aliqua creatura esset vbiqꝫ vt puta numerus omni
um rerum totius mundi. Item tunc per hoc ꝙ sor
tes generaretur produceretur aliquod absolutum
in angelo vt puta numerus.

¶ Ad primum dicendum secundum vnum modum
ꝙ deus non potest separare quantitatem a substan
tia. Secundo dicitur ꝙ separata qūtitate partes
non habebunt ordinē ad locū nec distabunt: nō qꝛ
mote sint sed quia desinūt esse partes seclusa qͣtita
te per quam continuabantur. Si dicas substantia
precedit qͣtitatem ergo partes substantie possunt
manere seclusa qͣtitate dicit capr. i. ij. d. xviij. licet
quantitas sit posterior parte i esse substantie est ta
men ea prior in esse partis vel dicitur ꝙ seclusa qͣ
titate licet partes sint. tamen non sunt in loco. Et
de hoc in articulo sequēte. Ad aliud dicitur ꝙ plu
ra corpora mathematica non possunt se penetrare.
Ad aliud conceditur sequela etiam ab aduersarijs
quia sortes nō est maior sua materia nec sua medie
tate ponendo ꝙ altera medietas ponatur modo nō
quantitatiuo sicut corpus christi ponitur in sacra
mento altaris. Ad aliud dicitur ꝙ principium ma
thematicorum intelligitur. Si ab equalibus quan
titatibus &c. non autem si ab equalibꝰ subiꝭs qͣtita
tis. Ad aliud dicitur ꝙ quantitas non suscipit con
traria per mutationem sui nec tanqͣ subiectum pri
mum et principale est tamen aliquo modo subiectū
aliorum accidentium. Quod enim vnum accidens
sit in alio subiectiue patet quia accidēs habet pas
sionez que per se predicatur de subiecto ergo est in
eo vnde passiones mathematice diffiniuntur ꝑ sua
subiecta & demonstrātur de accidentibus vnde mo
tus est perfecte subiectum velocitatis & quantitas
equalitatis. Sed contra nullum dependens termi
nat dependentiam eiusdem rationis: ergo nullum
accidens terminat dependentiam ad subiectum er
go nullum accidens dependet ab alio tanqͣ a subie
cto posset negari antecedēs quia sol effectiue depē
det a deo & tamen terminat depēdentiam luminis.

¶ Ad secundum dicitur negando antecedēs. Dein
de dicitur ꝙ punctum medium secundum aliquos
non est i actu vel dato ꝙ sit i actu nec est in vna me
dietate nec in alia nisi forte terminatiue. Secundo
dicitur ꝙ accidens completum & absolutum potest
habere subiectum primum & adequatum hoc tamē
vr̄ dubiū ꝺ linea & āgulis. ad aliū dicet. q. ꝺ īfinito.

¶ Ad tercium dico vt prius ꝙ in sacramento sola
quantitas est sine subiecto. Alia autez sunt sine sub
iecto principali naturalr̄ substātante. Ad aliud di
citur a quibusdam non esse inconueniens ꝙ due su
perficies diuersorum corporū se penetrent sed eius
dem corporis due quantitates non possunt se pene
trare. Alij dicunt ꝙ hoc non sufficit ad hoc ꝙ alīq̄
qua se penetrēt sed requiritur ꝙ vnum sit in alio vl'
ambo in eodem vel dicitur ꝙ non est inconueniens
ꝙ due superficies se penetrent sed duo corpora non
possunt se penetrare. Primum patet quia secundū
philosophum. iiij. phi. superficies concaua corpo
ris continentis et conuexa contenti sunt simul.
Ad aliud dicitur a paulo veneto ꝙ stante dei omnī
potentia non potest deus seruare omnia illa pūcta
sine linea vel dato. Dico ꝙ omnia illa puncta nihil
occupant cum sint indiuisibilia.

¶ Ad quartum dicitur ꝙ indiuisibilis potest ꝑ ac
cidens moueri. Ad aliud dicitur ꝙ non inconueniēs
totum moueri aliquo puncto centrali non moto.
Ad aliud dicitur ꝙ linea tunc esset infinita negati
ue non autem positiue nec esset maior qͣ prius vel
negatur casus: quia est contra diffinitionem linee.
S. T. opus. xxxij. c. iiij.

¶ Ad quintum dico ꝙ in aqua condensata manet
semper eadem qͣtitas vnde patet ꝙ quantitas non
precise ponitur vt faciat partes tantum vel tantuz
distare secundū locum sed de hoc articulo sequēti.

¶ Ad sextū dicitur ꝙ extēsio dicitur tripliciter primo
ipsa quantitas continua qua partes substantie for
maliter distant secundo esse quod dat quātitas tā
quam formalem effectum suo subiecto vel acciden
tibus sibi inherentibus scilicet esse partibile in ta
les partes: tercio relatio que vtrunqꝫ eorum conse
quitur vel est ipsa realis distantia partium.

¶ Primo modo per se pertinet ad genus quanti
tatis. Et secundo modo reductiue et vtroqꝫ modo
est quid absolutum sed hoc tercio modo est quid re
spectiuum de genere situs vel positionis. Et si que
ratur Ex quo quantitas est extensa per extensionē
an iterum illa sit extensa per aliam extensionem. Et
sic arguatur de diuisibilitate an scilicet diuisibili
tas qua linea est diuisibilis iterum sit diuisibilis a
lia diuisibilitate. Dico ꝙ extensio non est extensa si
cut nec albedo est alba sed est illud quo aliquid est
extensum. Et si queratur nonne substantia est prin
cipium distantie suarum partium.

¶ Respondetur ꝙ sic effectiue: et per quantitatez
partes distant formaliter. Dico tamen ꝙ in sacra
mento eucharistie est quātitas licet partes non di
stant per respectū ad locū sic ꝙ vna sit in loco i quo
non sit alia paulus venetus tenet ꝙ quantitas non
est sua dimensio nec linea est longitudo. Et si phūs

dicat oppositum dicit ꝙ sensus est linea est quantitas in qua est longitudo sine latitudine ꝛ profunditate. Sed tunc queritur ex quo longitudo est verū ens reale an sit substātia vel q̄titas vel ad aliquid ꝛc. Nec sufficit dicere ꝙ nō est q̄titas sed passio q̄titatis: quoniam risibile est vera qualitas licet sit passio sed dicit ꝙ non est simile de alijs passionibus rerum et de passionibus quantitatis que sunt reductiue in eodem predicamēto cum eo cuius sunt passio. Dicit tamen alibi ꝙ est quedam dimensio relatiua et illa est relatio potest ergo dici de dimensionibus sicut dictum est de extensione. S. T. opus. 32. ca. iiij. dimensiones essentialiter q̄titates sunt et si non actu ad genus q̄titatis pertineant.

¶ Ad septimum negatur consequentia deinde dicitur ꝙ mobile per suum motum non acquirit per se vel per mutata esse huiusmodi indiuisibilia quia p motum localem non acquiritur nisi locus siue vbi. Ad aliud alicui videretur ꝙ punctum non est ante lineam: quia punctum est in linea et non alio modo essendi nisi sicut accidēs in subiecto. Sz cōtra tunc diuisibilitas et indiuisibilitas essent in eodē. Punctum enim est indiuisibile dicit enī hic expresse philosophus ꝙ indiuisibile nec est finitum nec infinitū sed est finis. Item tunc linea esset punctalis: quia esset subiectum puncti. Ideo potest dici ꝙ indiuisibilia sunt priora simpliciter linea quia cadūt in diffinitione eius: tamen quo ad existentiā in subiecto prius est linea q̄ punctum vel saltem corpus precedit punctum sicut perfectum imperfectum.

¶ Ad octauum dicitur ꝙ punctum est aliquid positiuum ꝛ per negationem circunloquimur affirmationē et in sua diffinitione dicitur ꝙ habz positionez in ꝯtinuo nō ꝙ habeat situ; sed cōtinuat partes vel terminat ꝛ sic differt ab vnitate. Deīde dicitur ꝙ quando linea diuiditur ibi sunt duo puncta in actu que aliquomō prius erāt in potētia vnū dicit. S. T. iij. metha. lec. iij. Quando corpus vnum diuiditur in duo efficiuntur due superficies quia non pōt dici ꝙ quando corpora duo vniuntur ꝙ due superficies eorum maneant sed vtraqz corrumpitur. i. desinit esse.

¶ Ad nonum conceduntur illata.

¶ Ad decimum dicitur pro nunc ꝙ vnitas realiter distinguitur ab omni quātitate continua nec est inconueniens ꝙ accidens indiuisibile sit in subiecto diuisibili paternitas enim est accidens indiuisibile et est in toto patre qui diuisibilis est ꝛ si dicatur indiuisibile additum alteri non reddit ipsum maius ergo si vnitas sit indiuisibilis si addatur binario nō facit maiorem numerum. Dicendum ꝙ hoc solum verum est in q̄titate continua ꝙ indiuisibile additum alteri non reddit ipsum maius.

¶ Ad argumēta tamen tacta pro alia opinione dicit herueus ꝙ mensura non dicitur relatiue sic ꝙ formaliter dicat ipsum respectum sicut pater et filius: sed dicitur relatiue sicut fundamētum relationis vnde est relatiuum secundum dici sicut q̄tum refertur ad quantum licet autem illud quod dicit formaliter non sit species vel principiū speciei quātitatis: illud tamen quod est fundamentum respectus potest esse quantitas vel principium quantitatis. Secundo dicitur ꝙ licet vnitas distinguatur a substantia non tamen sequitur ꝙ deus possit eam separare album enim et albedo distinguntur ꝛ tamen in sensu composito deus non potest facere album sine albedine.

¶ Ad vndecimum dicitur ꝙ numerus est accidēs diuisibile. vnde. S. T. dicit pma. q. viij. ar. iij. ad secundum ꝙ numerus cum sit accidens non est per se sed per accidens in loco nec est totus in quolibet numeratorꝫ sed sm partē et sic nō sequitur ꝙ sit primo et per se vbiqꝫ. Item. q. xxx. arti. i. ad nonum dicit ꝙ vnum est pars duorꝫ et duo triū. Si ergo q̄ratur verum numerus sit vnitates potest dici ꝙ non quia vt dictum est totum realiter distinguitur a suis partibus. Sed contra ex pluribus existentibꝰ in actu non fit vnum tercium: vnde plures lapides nō faciunt vnum per se nec vnitas que est parisius est in potentia ad vnitatem que est rome. Item vel ternarius est totum homogeneum ꝛ tunc sequitur ꝙ omnes partes eius sunt eiusdem speciei scz binarius et vnitas. Si dicatur ꝙ est totum etherogeneuz et ideo non quelibet pars ternarij est ternarius. Contra tres vnitates est quibus componitur ternarius sunt eiusdez speciei ergo ternarius est totū homogeneū. dicendum ꝙ vna vnitas vt est sub quadam relatione ad aliam se habet vt potentia ad vltimam vnitatem. Secundo dicitur ꝙ ternarius est totum etherogeneū licet omnes eius vnitates sunt eiusdem speciei. Secūdo dicitur vt in logica ꝙ passio numeri est in pluribus collectiue ꝛ ꝙ numerus ē aliquo modo vnum per se ꝛ formaliter aliqd. Paulus venetus tuetur alteram opinionem scilicet ꝙ numerus est indiuisibilis.

Ad quartum sic pceditur videtur ꝙ substantia sine quātitate sit diuisibilis quia seclusa q̄titate adhuc sor. nō esset pla. q̄ esset diuisus a platone. Sed contra est philosophus.

¶ Respondeo dicendum ꝙ aliqui etiam thomiste et reales nō admittūt subām posse esse sine q̄titate et lz de hoc multa dicta sint in logica suadeꝫ tn̄ sic qm̄ alias esset possibile ꝙ cōtinuū esset diuisum in oēm partē qꝛ seclusa q̄titate nulla pars alteri cōtinuareꝫ. cōtinuatio em̄ est p q̄titatē ꝛ per puncta. Itē seqretur ꝙ corruptibile posset fieri incorruptibile qꝛ seclusa q̄titate a sorte sortes nō possz suscipere caliditatē neqꝫ frigiditatē q̄ esset icorruptibilis ex hoc videtur ꝙ q̄tū est ppria passio corpis qꝛ corruptibile est passio rei naturalis ꝛ fundaꝫ i q̄titate. Itē materia signata est pricipiū idiuiduationis et materia signata est materia sub hac q̄titate vn̄ q̄titas diuidit vnū idiuiduū ab alio seclusa em̄ q̄titate sortes ampliꝰ nō esset sors qꝛ nō esset singularis nō em̄ ampliꝰ distingueretur a platone. Itē tūc aliqua albedo sine additōe alicuiꝰ fieret ifinita qm̄ seclusa q̄titate vna pars nō distaret ab alia ꝛ sic oēs partes essent simul ꝛ per ꝯn̄s tota albedo esset infinita qꝛ in eodē pūcto essent infinite albedines q̄ prius erāt in partibꝰ pportionalibꝰ. Itē tūc aer ꝛ aqua possent esse simul ꝛ se penetrarent ꝛ nec essent eq̄lia nec ineq̄lia ꝛ sortes esset simul tū aere pono eꝫ ꝙ corrūpaꝫ q̄titas sortis tūc vꝉ occupat spaciū ꝛ resistit aeri vel nō. Si primū q̄ est q̄tꝰ si sm̄ q̄ pōt cēt simul cū aere. Itē seclusa q̄titate sor. hz aīam q̄ hz corpꝰ organicū sz corpꝰ orgāicū nō est sine q̄titate q̄ sor. hz q̄titatē ꝛ nō hz q̄titatē. Itē tūc q̄titas essz supflua nō ei est ponēda vt ptes distēt per respectū ad locū vt dictū est nec vt totū sit diuisibile qꝛ seclusa q̄titate per aduersariū adhuc caput sortis nō esset pes eius nec materia esset forma.

¶ Itē bene sequitur quātitas non est in hoc subiecto ergo nec propria passio subiecti: vt puta diuisi

bilitas ergo seclusa quantitate sortes componeretur ex indiuisibilibus quod est īpossibile. Itē risibilitas ⁊ alie qualitates insunt mediante quantitate ergo si quantitas est separabilis ab hominem risibilitas erit separabilis ⁊ sic non esset sciētia de hac homo est risibilis quia non esset vera. Quidam dicunt ꝙ licet sortes tunc non esset quantus nō tamē sequitur ꝙ componatur ex indiuisibilibus: quia secundum nominales corpus christi non est quantū quantitate continua in sacramento altaris/⁊ tamē non est diuisū in quamlibet partem nec componetur ex indiuisibilibus. Sed contra vna pars continuatur alteri in sacramento altaris/ergo ibi est cōtinuatio ⁊ quantitas continua: ideo dicunt reales ꝙ corpus christi est quantum ibi sed non habet modum quātitatiuum. Sed contra vbicunꝙ est vna pars ibi est alia ergo non est quantum quantitate continua probatur genera quia alias noticia que est in intellectu esset quanta q̄titate continua tenēdo ꝙ componatur ex pluribus partibus: quia nichil impedit nisi ꝙ vbicūꝙ est vna pars ibi est alia. Forte dicas quod ideo noticia nō est quanta: quia non potest esse subiectum quantitatis. Sed contra secundum philosophum hic albedo est quanta per accidens: licet non possit esse subiectum quantitatis. Ex quo patet ꝙ esse quantū non est habere quātitatem in se subiectiue.

¶ Secunda est opinio eorum qui dicunt quantitatē posse separari a subiecto siue a substantia: quia ista quantitas sortis non est passio eius potest enī intelligi componendo ꝙ sortes nō est quantus ista quantitate. Item. S. T. in compendio theologie ca. xv. iiij. dicit ꝙ licet in resurrectione non redeat eadem corporeitas siue quantitas numero tamen identitas subiecti non impeditur ad quam sufficit vnitas essentialium principiorum. et aliquando tenuit quod totaliter corruptum secundum quodlibet sui non potest redire: et per idem videtur posse probari ꝙ hec risibilitas posset separari a sorte. Item communis maxima est ꝙ realiter distincta possunt separari. quia tamen illud non est vniuersaliter verum arguitur aliter. Ex quo deus est omnipotens ergo potest se solo producere rem subsistentem omni alio secluso. Substantia autem seclusa quantitate habet rationem entis et subsistentis ergo potest deus se solo producere substantiam sine quantitate. Item plus dependet accidens a subiecto q̄ econuerso sed deus facit quantitatē sine substantia vt patet in sacramento altaris ergo multo magis potest facere econuerso. Tum quia substantia in nullo genere cause dependet a quantitate. dicit enim philosophus. vij. metha. T. c. iij. ꝙ substātia est omnium primum ratione et noticia tempore et natura. Aliorum enim cathegoreumatum nullū est separabile hec autem sola hec ille.

¶ Item albedo est quanta per quantitatem et diuisibilis et continua: et tamen secundum. S. T. deus potest facere albedinē sine quantitatē: quo. vij. ar. x. ergo et substantiam potest facere sine quantitate. Item potest facere lineam sine puncto: patet. quia potest facere hanc lineam siue isto pūcto: quia si hanc continuet alteri iam istud punctum desinit esse. Item illud quod est per accidens nō est necessarium sed substantia est quanta et diuisibilis per accidens ergo non est necessario quanta. Forte dicis ꝙ ista homo est quantus est per se secundo modo et ꝙ quantum est propria passio respectu corporis et non capio hic quantum vt dicit aptitudinem sed vt dicit actum tunc sic dicendo homo est quantus ibi conceditur esse predicatio quinti predicabilis ergo non est per se secūdo modo. Sed nōne ista est per se homo est qualis videtur ꝙ sic quia homo est risibilis ergo est qualis antecedens est per se ergo ⁊ consequens forte dicis ꝙ quantitas est accidens inseparabile: et ideo a deo nō potest fieri subiectum sine quantitate. Contra philosophus decimo methaphisicorum ostēdit ꝙ nichil est corruptibile per accidens et ad hoc assumit hāc propositionem scilicet accidens contingit non esse. Si autem hoc intelligeret de accidente non necessario tūc nō probaret nisi ꝙ corruptibile non est accidens nō necessariū ⁊ sic peteret pricipiū ergo vniuersaliter bene seqtur hoc ē accn̄s ergo subiectū pōt eē sine illo. Item potest aliquid esse sine sua passiōe ergo ⁊ subiectum sine q̄titate an̄s patet quia veritas vel falsitas est passio propositionis ꝓbatur tamē ꝙ possit separari. quia quero quid est hec passio veritas vel falsitas in hac ꝓpositione ego sum vel enim est veritas vel falsitas vl' vna tercia entitas q̄ nec est veritas nec falsitas forte dicis ꝙ quando illa est ꝟa ista passio veritas vel falsitas est veritas ⁊ quando est falsa tūc est falsitas. Tunc sic hec veritas pōt separi ⁊ hec veritas est hec passio veritas vel falsitas: g̃ hec passio pōt separi. Itē accidens non migrat de subiecto in subiectum. sed risibilitas nunc est in toto composito pono ergo ꝙ sorti adueniat noua materia per augmentationē tunc risibilitas nō manet amplius in eo quod prius erat qꝛ pars hominis nō est risibilis sed illud quod prius erat fuit sortes ergo sortes potest esse sine risibilitate ⁊ per idē ꝓbaretur ꝙ naturaliter sortes potest esse sine risibilitate: quia hoc sine risibilitate demonstrando totum sortem preter digitum ⁊ hoc possibiliter est sortes ergo sortes possibilit' est sine risibilitate minor patet. qꝛ absciso digito hoc est sortes. Et p idē posset probari ꝙ totū nō distinguit' a sua parte qꝛ pars p̄t eē totū ideo pȝ ꝙ hec argumēta parū cōcludūt pōt ⁊ aliter argui de recto ⁊ curuo ꝙ est passio linee ⁊ tn̄ qd' possit ab ea separi pȝ qꝛ de' p̄t lineā ponere ī pūcto ⁊ iā nec ē recta nec curua an̄s pȝ qꝛ p̄t eā ponere ad modū linee xp̄i ī sacramēto altaris ⁊ istū modū essendi vocabo esse alicubi non dimēsionalit' vel modo non q̄titatiuo: sed contra vel mediū erit ab extremis et sic est curua vel nō sic est recta. Et per idē posset ꝓbari ꝙ dimensio potest separari a linea et longitudo quia pono ꝙ deus continue condēset lineam ad subduplum ⁊ subquadruplum ⁊ sic ī infinitum. tunc illa erit semper minus et minus longa ergo in instanti terminatiuo nullius erit lōgitudinis: sed erit in puncto quod nullius est longitudinis. Sed dices eodem modo probarem illam lineā tunc non esse quātitatem: quia semper est minoris et minoris quantitatis: ergo in instanti terminatiuo nullius erit quantitatis: quia da oppositum ꝙ alicuius erit quantitatis ergo sit quantitatis semipedalis. ¶ Contra prius per condensationem fuit condensata per partes proportionales in infinitum procedendo ergo nunc non est pedalis quantitatis precise. Item quod est possibile pro vno instāti possibile est pro quolibet instanti sed in aliquo instanti nature est sortes sine q̄titate ergo semper potest eē sortes sine q̄titate minor patet quia sortes est prius natura q̄ sua q̄titas qꝛ substātia a toto genere precedit q̄titatē et sortes est aliquo mō causa sue q̄

titatis: quia determinata forma requirit determinatā q̄titatē. Itē. S. T. q. de anima ar. xix. ad quintū. ad hoc ꝙ aliquid sit idē numero sufficit ꝙ principia essentialia sint eadem numero nō aūt requiritur ꝙ proprietates ⁊ accidentia sint eadē nūero. Et vtraqꝫ opinio ꝓbabilis est. Sed dato ꝙ prīa opinio sit vera Nōne tñ gradisputatōis p̄t admitti ꝙ q̄titas possit separari. Quidā dicūt ꝙ ex impossibili sequitur quodlibet ⁊ ideo dicūt duo cōtradictoria seq̄ ex illa suppositione ⁊ ita si queratur ab eis. An seclusa q̄titate substantia sit diuisibilis hoc pōt intelligi dupliciter vel de seclusione .i. separatione ſm rē vel secundum intellectum. Si primum tūc dicunt ꝙ seclusa q̄titate substantia est et non est diuisibilis. sꝫ contra hoc videtur esse fuga questionis mota est autem questio principaliter ad sciendū quod est principium per se diuisibilitatis. Item phūs. iiij. phisicorum arguit posito ꝙ esset aliquod spaciū et non haberet corpꝰ sensibile sed sonū vel colorē querit vtrū esset vacuū Et rńdet ꝙ si natū esset recipere corpꝰ esset vacuū. Si non. nō ergo tali posita positione q̄ tamen ſm ipm ponit incōpossibilia scꝫ accidens sine subiecto potest queri de aliquo an sequat̃ naturali consequentia. Item si aliquod essentialiter inclusum in aliquo ponatur remoueri ab eo qđ tñ nō sit rō inherētie p̄dicari bñ pōt queri an isto vel illo circūscripto insit tale p̄dicatū vel nō etiā q̄tūcūqꝫ positū includat ↄtradictoria vt puta si ab hoīe circumscribatur aialitas qđ tñ includit icōpossibilia: ⁊ querat̃ vtrū hoc circumscripto possit hō distingui ab asino videtur determinate posse rńderi ꝙ sic: qꝛ p aialitatē nō cōueniebat homini sic distingui / sed per rationalitatem: vnde dicit doctor subtilis in .i. licet positio que statim ex intellectu suo includit contradictoria non possit admitti tñ illa q̄ in intellectu suo tm̄ vnū cōtradictorium includit ⁊ nō aliud nisi p cōsequētiā accidentalē .i. materialē vel per locos extrinsecos bene videtur posse admitti. qꝛ tali positione posita pñt sustineri regule disputationis potest em̄ concedi sequēs ↄña essentiali ⁊ negari repugnans sequēs per locū extrinsecū. Sed cōtra necessarium nunq̄ꝫ est negandū sed ↄña bona per locū extrinsecū est necessaria ergo non est neganda. Itē omne impossibile implicat contradictionē ergo in quolibet impossibili icluditur oppositū primi principij ergo non est admittēdū. Et hoc multi arbitrātur dicētes ex quolibet impossibili sequi quodlibꝫ et petrus de alliaco dicit propter hoc ꝙ dissentiēs primo pricipio errat in fide quia ex opposito primi pricipij sequitur oppositū cuiuslibet articuli. Sed hoc parū valet qꝛ tunc ſm eū omnis assentiens alicui impossibili erraret i fide qđ patet esse falsum de assentiente huic mundus nō potuit esse ab eterno.

¶ Pro responsione ad articulum notandum est ꝙ multiplices sunt partes in composito scilicet essentiales vt materia et forma. Alie sunt partes quantitatiue vt manus ⁊ pedes ⁊ iterū manꝰ et pedes pñt capi vt dicāt absolute hanc partē substātie vel alio modo vt dicāt partē substātie sic figuratam.

¶ Notandū ſm. S. T. in. iiij. d. xvj. q. j. ar. j. q. iij. ꝙ duplices sunt partes integrales quedā sunt partes q̄titatis que sunt quandoqꝫ vnius rationis vt i totis homogeneis quandoqꝫ vero diuersarum rationum vt in totis etherogeneis quedā vero sunt partes essentie sicut materia ⁊ forma non q̄titatis: et hec semper sunt diuersarum rationum ⁊ habent ordinem nature ad inuicem: ⁊ quandoqꝫ etiam ordinē temporis. Item vt patet ibidem ad secundum quedam sunt partes permanentium. Alie sunt partes successiuorum et i istis ex qualibet parte potest concludi totum vt bene sequitur hora tercia est ergo dies est non tamen totum de vna parte predicatur non enim dicimus ꝙ hora sit dies sed tamen de omnibus partibus simul acceptis aliquo modo inuenitur predicari scilicet improprie et coniunctim Ex his patet ꝙ nō omnis pars integralis est pars q̄titatiua ⁊ ꝙ a sctō Thoma materia vocat̃ pars integralis tunc sit conclusio.

¶ Seclusa q̄titate substātia aliqua est diuisibilis ꝓbatur: quia seclusa q̄titate ab homine adhuc materia non esset eius forma. Secundo dico ꝙ seclusa q̄titate hoc est materia per intellectū accepta sine q̄titate ipsa non est diuisibilis.

¶ Sed notandū ꝙ dupliciter materia siue substantia separatur a quantitate secundum intellectum. vno modo sic ꝙ materia nullam intelligatur habere habitudinem ad quācunqꝫ quātitatem. Alio mō ꝙ non intelligatur actu esse sub q̄titate: ⁊ p̄io mō dico ꝙ seclusa q̄titate nulle sunt partes i quacūqꝫ substantia nec substantia est amplius in infinitū diuisibilis: quia philosophus dicit hic ꝙ soli q̄titati conueniunt finitum ⁊ infinitum idem. v. metha. T. c. xviij. dicit ꝙ quātum dicitur quod est diuisibile in eis que insunt quorum vtrūqꝫ aut singulum vnū quid est vbi dicitur a sancto Thoma ꝙ ratio q̄titatis est esse diuisibile in ea que insunt seclusa ergo ea nihil est diuisibile. Sꝫ dices ꝙ seclusa q̄titate substantia est diuisibilis entitatiue sed non q̄titatiue sed Contra tunc phūs diffiniret idē per seipsum qꝛ diffiniret q̄tum per esse diuisibile q̄titatiue. Itē quicquid conuenit alicui primo ⁊ per se non potest alteri cōuenire nisi per ipsum sed diuisibilitas i partes eiusdem rationis cōuenit q̄titati p̄io ⁊ per se igitur nulli cōuenit seclusa q̄titate maior patet. j. poste. vbi dicitur primū et per se dico cui nō p alterum sed per ipsum alteri. Item omne diuisibile vel diuiditur in partes discretas vel in partes cōtinuas ⁊ quodcunqꝫ detur sequitur ꝙ sit quantum. Itē omne diuisibile est maius sua parte ergo est quātū. Itē tunc in sorte essent due diuisibilitates vna scꝫ per quātitatē et altera q̄ conuenit ei seclusa q̄titate ⁊ sic vna superflueret. Itē querit̃ quomodo distinguerētur partes sortis seclusa q̄titate non per formā substantialem quia eadem est nec per accidētalem: quia nullam haberet sed dices ꝙ partes sortis distinguerentur seipsis: qꝛ hec est ⁊ illa est ⁊ hec nō est illa ⁊ eodē modo dicunt sortem distingui seipso a platone: quia sortes non est plato. Sed contra sequeretur ꝙ natura humana non esset multiplicabilis: quia ſm se inesset ei oppositum vt patet ſm hāc opinionem. Item tunc indiuidua essent p̄io diuersa et sic in nullo cōuenirent patet ↄña qꝛ seipsis primo distinguūtur. Item sortes et plato alio ↄueniūt ⁊ alio differunt ergo non se toto distingunt̃. Item hic lapis distinguitur ab illo non autem ex natura lapidis quia alias quod non esset hic lapis nō esset lapis ergo est aliquid preter naturam lapidis quo vnus ab alio distinguitur. Item operari realiter prius inest indiuiduo q̄ꝫ speciei ergo aliquid est in eo quod non est in specie.

¶ Notādū preterea ꝙ quidā dixerūt ꝙ seclusa q̄titate totū haberet ptes sed nō distinctas ſm situꝫ pꝫ aūt ex p̄dictis ꝙ nullomō haberet partes eiusdē rationis vnde. S. T. dicit. j. q. j. ar. ij. ꝙ materia nō

potest diuidi in partes nisi secũdum ꝙ intelligitur
sub quantitate et ideo secũdum eum si angelus ha
beret materiam aliã a mea entitatiue vel quocũqꝫ
alio modo oporteret ꝙ illa esset sub alia quantita-
te q̃ mea. Et per hoc probat ꝙ in eo nõ est materia
Hoc autem non sequeretur si seclusa quãtitate vna
materia differret ab alia entitatiue.

¶ Cõtra hec arguitur sequeretur ꝙ materia denu
data q̃titate efficeretur punctuz ꝛ punctualiter in
diuisibilis sed hoc est falsum igitur probatur seque
la: quia per predicta non est diuisibilis minor patet
quia tunc continuum secundum rem componeretur
ex indiuisibilibus vel ex indiuisibili prius enim na-
tura est sortes q̃ sua q̃titas cũ subiectum sit causa
materialis q̃titatis tunc in illo priori materia non
est diuisibilis igitur. Forte dicis ꝙ nũq̃ sortes est
sine q̃titate. Contra prius natura est a quo nõ con
uertitur subsistendi consequentia ergo non oportet
ꝙ si sortes sit q̃titas sit. Item tunc in eodem instãti
temporis duo contradictoria essent vera / quia i eo
dem instãti temporis prius natura sortes est q̃ ha
beat q̃titatem ergo in illo instanti temporis est ali
quod instans naturale in quo verũ est dicere ꝙ sor
tes non habet q̃titatẽ. Et aliud in quo oppositum
eius est verum.

¶ Secundo forma substantialis non aduenit nisi
materie distincte et diuise si ergo materia non sit di
uisa nisi per q̃titatez sequitur ꝙ forma aduenit ma
terie habenti q̃titatem et sic aduenit enti in actu.
Item caput sortis differt realiter a pede sortis er
go per solam ablationem q̃titatis vnum non fit ali
ud. Item pars sortis inquantum pars non inclu-
dit q̃titatem ergo seclusa quãtitate per intellectũ
potest intelligi sortes habere partes antecedẽs pa
tet quia alias pars sortis non esset substantia sꝫ ag
gregatum ex substantia et quantitate. Itẽ q̃titas
habet totum suum esse a substantia ergo habet di-
uisibilitatẽ a substantia vel sic oẽ conueniens cause
et causato prius cõuenit cause sed diuisibile est hu
iusmodi sed dic ꝙ assumptum est verum si formali
ter conueniat dicũt etiam materiam partiri per for
mam essentialiter sed per quãtitatem materialiter.
Et confirmatur / quia omnis accidentia distingun-
tur per subiectum: quia si nõ queritur ergo quomo
do partes quantitatis distinguntur. Si dicas ꝙ se
ipsis contra sequeretur ꝙ distinguerentur formali
ter / ꝛ per consequens specifice.

¶ Tercio cũ dicitur ꝙ seclusa q̃titate materia nõ
haberet partes vel hoc intelligitur seclusa quãtita
te secundũ intellectum ꝛ patet ꝙ hoc est falsum: q2
qualitercunqꝫ intelligamus rem propter hoc nihil
mutatur in re. Item dato ꝙ per intellectum seclu-
damus quantitatem: tamen adhuc partes materie
possunt intelligi: quia multi opinantur ꝙ materia
seclusa quantitate est diuisibilis sed quod quis opi
natur hoc intelligit igitur potest ĩtelligi seclusa q̃
titate ꝙ materia sit diuisibilis.

¶ Quarto seclusa quãtitate homo et asinus distin
guntur ergo habent diuersas materias. Similiter
celum et ista inferiora habẽt materias alterius ra
tionis. ergo seclusa quantitate vna differt ab alia.
Item seclusa quantitate sortes non est plato. For
te dices ad primum ꝙ q̃titas nõ est ratio distinctio
nis nisi eorum que sunt eiusdem speciei. Contra se
queretur ꝙ argumentum. S. T. prima vbi supra nõ
concluderet vbi probat ꝙ angelus non habet mate
riam quia sua materia non potest differre a mea ni

si per q̃titatem ergo vniuersaliter verum est ꝙ nul
la possunt habere distinctam materiam nisi sm ꝙ il
la intelligitur sub lia ꝛ alia q̃titate. ꝙ si concedas
cõtra prima. q. xl. ar. ij. ꝛ dicit ad hoc ꝙ aliqua duo
distincte intelligantur necesse est eorum distinctio
nem intelligi per aliquod intrinsecum vtriqꝫ: ergo
sine quantitate res potest distingui quia non est in
trinseca sorti vnde in de ente et essentia dictum est
ꝙ q̃titas non est principium indiuiduationis: sed
materia q̃titate signata. ꝛ. S. T. opus. xxxij. c. iij.

¶ Quinto seclusa q̃titate a materia vel deus posset
facere nouam materiã ab ista distinctã vel non. Si
primũ ergo nõ requiritur q̃titas ad hoc ꝙ vna ma
teria diuidatur ab alia. Si secũdũ ergo potẽtia dei
est exhausta. Forte dicis ꝙ posset facere duas ma
terias quarũ vna esset sub q̃titate / ꝛ alia non sicut
posset facere duas albedines quarum vna esset sepa
rata ꝛ alia non licet non posset facere duas separa-
tas. Cõtra sequeretur ꝙ angelus possꝫ habere ma
teriam a nostra distictam absqꝫ hoc ꝙ sua materia
haberet q̃titatem quod est cõtra. S. T. vbi supra
Item si diuisibilitas conueniret rei ratione q̃tita-
tis sequeretur ꝙ angelus posset esse diuisibilis hoc
patet probãdo ꝙ q̃titas posset esse in eo quia quã
titas potest nullum locum occupare et nõ esse extẽ
sa: vt patet in sacramento altaris ergo potest poni
in angelo sicut de albedine quidam opinãtur. Itẽ
q̃titas potest poni in puncto ergo et diuisio antece
dens patet: quia potest quanlibet partem ponere
cum qualibet parte igit. Item duo accidentia nu
mero distincta possunt esse i eadem q̃titate ergo di
uisio numeralis non est per quãtitatem. antecedẽs
patet quia apud ꝑspectiuos duo radij se intersecãt
ergo sunt simul Item qualitates contrarie plus re
pugnant q̃ due eiusdem speciei sed cõtraria in esse
remisso possunt esse simul ergo. Item ex multis me
morijs fit experimẽtum ergo multe memorie de ca
lefactione ignis sunt simul si dicas adueniente no-
ua specie prima desinit esse contra volo ꝙ secunda
sit minoris actiuitatis q̃ prima. si dicas sunt in di-
uersa parte memorie contra volo ꝙ prima sit tanta
ꝙ extendãtur per totuz: si dicas ꝙ sunt simul sed se
intendunt. Contra tunc quando vidẽtur duo remis
se alba quodlibet apparet albꝰ q̃ sit quia species
per quam videtur est intensior de hiis in logica.

¶ Sexto illud quod est magis densum ĩ equali q̃-
titate plꝰ habet de materia et plures habet partes
materie ergo habet aliquas partes materie non ra
tione q̃titatis. Si enĩ q̃titas esset tota ratio mul
titudinis partiũ ergo vbi esset equalis q̃titas sem
per essent equales partes materie. Itẽ tunc seclusa
q̃titate nulla materia esset maior alia ergo ꝑ indu
ctionẽ q̃titatis quecunqꝫ materia posset occupare
omnem locũ. Item ista est falsa ꝛ impossibilis hec
materia est illa materia demonstrando duas mate
rias modo distinctas ergo seclusa q̃titate adhuc
hec est vera hoc non est hoc demonstrando easdeꝫ
materias prius per q̃titatem distinctas. Itẽ si q̃
titas ciuitatis lugduneñ. separetur ab ea ꝛ similiꝰ
quantitas parisij adhuc hec materia non esset illa:
quia hec materia non esset lugduni.

¶ Septimo partes materie sunt subiectum partiũ
quantitatis: ergo prius sunt partes materie quam
partes quantitatis.

¶ Item sortes generat platonem prius natura
quam plato habeat quantitatem queritur ergo an
in illo priori materia platonis distiguatꝰ a materia

fortis vel non. Si primum sequitur ꝙ seclusa q̄titate est ibi distinctio Si secundum ergo idem generat se et in aliquo instāti nature in eadem materia sunt simul plures forme. S. T. opus xxxij. c. v. Itez partes fortis sunt eiusdem speciei per formam suā ergo sine q̄titate ꝛc.

¶ Octauo q̄titas non est principium īdiuiduationis ergo q̄titas non est illud quo vnū diuidit siue distinguitur ab alio in hijs que sunt eiusdē ratiōis antecedens patet q2 deus posset ponere eandē q̄titatem numero in forte et in platone ꝛ q̄titatē relictam in sacramento altaris deus posset ponere in alio pane q̄ prius fuit ergo panis non est p̄cise ali9 per q̄titatem sed dices quod istud est miraculum ꝛ ideo non concludit contra rationem naturalē. Cōtra miraculum non est respectu contradictoriorūz ad quenulla est potentia sed contradictio est eādē substantiam ineē ē esse duas substātias qđ tū͂ sequitur in casu si per aliquod accidens esset formaliter hec substantia. Itē substantia prius est naturaliter omni accidente s̄m totalem coordinationem suam ergo nihil posterius ista coordinatiōe potest esse ratio formalis qua aliquid est in ista coordinatione ergo prius naturaliter est substātia prima q̄ determinetur aliquo accidēte. Item substantia p se est prius accidente ergo quod maxime est substātia est maxime prius accidēte Sed dices ꝙ illa substantia est prior q̄titate in essendo non tamen in diuidendo vel ꝙ substantia est prior in entitate nō autē in diuisibilitate. contra forma est simpliciter prior composito in essendo sed quātitas est forma prime substantie inquantum huiusmodi.

¶ Nono arguitur ad idem ī qualibet coordinatione circumscripto quocunqꝫ alio est genus ꝛ species ergo et indiuiduū secluso omni extrinseco. i. eo qđ ē alterius gn̄is: tenet cōsequētia quia in illa coordinatione ꝓceditur in infinitū. Itē species per se p̄dicatur de indiuiduo scꝫ de forte. hoc aūt non esset verū si fortes esset fortes siue hic homo per q̄titatē: quia fortes vt sic videtur esse ens per accidēs ꝛ importare res diuersoꝝ generum. Forte dices ꝙ principiū indiuiduationis siue distinctionis non est q̄titas sed signatio materie quam habet causaliter p q̄titatem ꝛ ista signatio est alia et alia in diuersis partibus ꝛ ī diuersis hominibus. Cōtra quia substantia vt dictuꝫ est prior est naturaliter quātitate: ergo nihil cātū per q̄titatē est prius subāvel idē substantie. Item quero quid est q̄titatē derelinquere vel causare modum talem in substantia si nihil est nisi ꝙ prefuit quantitas tunc nullomodo est signatio per quantitatem quia tunc simpliciter signatio substantie precederet naturaliter q̄titatem. Si autem aliquid aliud quero quomodo causatur a quātitate et quo genere cause non videtur posse assignari ibi nisi genus cause efficientis. sed cōtra q̄titas non est forma actiua igitur. Item īdiuiduum inq̄tum hmōt causat hanc q̄titatē q2 effectus singularis habet causam singularem ergo pri9 in ista signatio q̄ q̄titas. Forte dicis ꝙ materia signata nihil aliud est q̄ materia in habitudine ad hāc q̄titatē. Contra vel ista habitudo est ipsamet materie vl̄ relatio. Si primum tunc nichil aliud est dicere ꝙ materia signata est principium distinctionis q̄ dicere ꝙ materia est pricipium distinctionis suipsius ab alia materia. Si dicatur ꝙ materia est signata per signationem ꝛ ꝙ ista signatio est relatio. contra relatio est posterior fundamento ergo ista signatio sequitur primam substantiam.

¶ Decimo arguitur ꝙ diuisibilitas nō est propria passio q̄titatis quia potentia ꝛ actus sunt eiusdez generis ꝛ eiusdē essentie sed actu diuidi nō est essentiale q̄titati: quia tunc omnis q̄titas esset actu diuisa igitur nec potētia ad diuidi est de eēntia eius esse aūt diuisibile dicit potentiam ad diuidi igit̄. Item nunq̄ actus potentie repugnat illi cuius est potentia sed esse diuisum repugnat q̄titati q2 si est diuisum iam non est ꝯtinuū nec diuisibilitas equaliter inest speciebus quia continuū est diuisibile in potentia numerus autē est actu diuisus. Itē in logica species q̄titatis sumūtur s̄m rōnem mensura vt pꝫ de supficie et loco ideo. Forte dicis ꝙ eē mē suram est ratio quidditatiua q̄titatis. Contra rō gn̄is et vniuoci eque p̄io īest oībus speciebꝰ. Forte dicis ꝙ rō descriptiua generis nō inest eque primo speciebus. Contra in diffinitione equiuocorūz capitur ratio ꝓ quacunqꝫ diffinitione vt dicitur in logica. Itē vnitati cōuenit rō mensure. x. metha.

¶ Undecimo si q̄titas de se haberet partes ergo q̄titas est q̄ta quod tamē est falsum quia albedo non est alba. Item tunc omne corpus esset quadratum patet quia est ita lōgum sicut latum ꝛ profundum quo patet quia vbicunqꝫ est longitudo ibi est latitudo et profunditas: ergo semper latitudo est equalis longitudini.

¶ Ad primū dicēdū ꝙ adhuc materia nō esset punctum. S. T. in scđo. d. xxx. q. j q2 apta nata est recipere q̄titatem haberet tamen aliquomodo moduz puncti q2 non esset extensa sed esset indiuisibilis actu potentia tamen remota diuisibilis sed non potētia propinqua. Ad aliud posset dici ꝙ vnomodo prioritatis aliquid est prius altero ꝛ tamen subsistendi cōsequētia cōuertitur. dicit em̄ phūs ꝙ sic esse vel nō esse est causa veritatis propōnis. Nam si homo est hec est vera oratio homo est ꝛ econuerso inquit phūs Et hec etiā dicitur prioritas nature. Ad aliud non pono a parte rei talia instantia nature.

¶ Ad secundū dico ꝙ forma precedit q̄titatē s̄m esse simpliciter et est posterior q̄titate in esse distincto: sed quia esse est simpliciter prius q̄ esse distinctum ideo forma substantialis est simpliciter prior in natura q̄ q̄titas. Ad aliđ dico pro tota solutione materie sicut dictum est ꝙ materia potest dupliciter considerari sine q̄titate vno modo ꝙ nullam habeat habitudinem ad hanc q̄titatem vel ad illā ꝛ hoc nō est possibile. Alio modo ꝙ vna pars habeat habitudinem ad hanc q̄titatem ꝛ alia ad aliam sicut ponimus plures animas separatas eiusdē rationis: et tunc dico quod separata quantitate actu adhuc caput fortis differret a pede. Alij dīit ꝙ secundum rem quantitas non potest auferri: sed solū secundum intellectum quia materia potest intelligi sine quantitate. Et si queratur an materia potest intelligi sine forma dicendum quod non: quia non intelligitur nisi per analogiam ad formam: tamen in conceptu eius non cadit determinata forme siue quantitas. Ad aliud dicitur quod partes substantie non habent a quantitate quod sint substantia licet habeāt quod sint partes. Ad aliud dicitur negando consequentiam. Et ad aliud dico: ꝙ quantitas ex se habet quandam distinctionem quam non habent alia accidentia/cuius ratio est quia quantitas ex sua ratione habet partes vniꝰ rationis distinctas secundum ordinem ī situ. Sed cōtra situs est respectus qui est posterior. Dicendū ꝙ

loquimur de situ qui est differentia q̄titatis qui ab alio situ distinguitur ex propria oppositiōe. Et hic situs est prima radix distinctionis et est inuariabilis licet situs predicamentalis possit variari quia illud quod est ante potest poni retro. Deinde dicit̄ ꝙ verum est ꝙ distinctio formalis in formis simplicibus est specifica non autem in aliis.

¶ Ad tertium dicitur a multis ꝙ q̄titas secludit̄ secundum intellectum.

¶ Ad quartum dicitur sicut ad secundū ꝙ seclusa q̄titate .i. omni habitudine ad q̄titatem nulla haberent distinctas materias et ideo hoc est impossibile vel dicitur ꝙ q̄titas solū distiguit materias eiusdem rationis materie aūt diuersarū rōnū distinguntur scđm diuersitatē potentiarū vt dicit. S. T. i. q. l. ar. iiij. Quidam dicunt ꝙ seclusa q̄titate materie non distinguerentur scđm situm neqꝫ partes eiꝰ et sic cōcedunt ꝙ in illo casu partes sortis essent simul alias essent extense vel circūscriptiue in loco visibiles. Itē cōcedūt ꝙ aliqua duo sūt īmediata nec tamen sunt continua nec contigua vt patet si ab vna parte sortis separaret̄ q̄titas. Item concedunt ꝙ separata q̄titate a terra ipsa nulli resisteret nec cederet nec asinus sustineret saccū quia ista pertinent ad illud qđ localiter pōt moueri. Sed contra ex primo sequit̄ ꝙ possibilis esset penetratio corpoꝝ. Itē ex vltimo sequitur ꝙ vinum in dolio separata q̄titate a vino non posset moueri doliū patet qꝛ vinū nō est mobile. Item per hoc ꝙ secluditur q̄titas non ponitur res vbi qꝫ nec vbi prius nō erat nec ascendit ergo per hoc non quelibet pars est cū qualibet parte. Item ponatur asser in medio impediens ne materia transferatur de vno loco ad alium vel non separetur a medio quantitas.

¶ Ad quintum dicitur ꝙ deus non posset facere nouam materiā seclusa quantitate modo supradicto sicut nec posset facere duas albedines separatas sꝫ vnā tantum. Similiter non possunt esse plures hūanitates separate fm. S. T. i. q. l. ar. iiij. Sed nonne posset facere vnam humanitatem separatam et de illa queritur an esset in supposito et an esset aliquod īdiuiduū. Respondet Capreo. in ij. d. iij. q. i. ꝙ si essꝫ aliqua albedo separata sine q̄titate ipsa non esset indiuidua et ita dicendū esset de homine si deus illū sine q̄titate facere posset quod multi dubitāt. Nec ille sed dices ex quo homo separatus non esset indiuiduum ergo esset homo vniuersalis. Itē predicaretur de vno solo ergo esset indiuiduū. Item omne qđ est in vltimo actu nature .i. deo est quia est vnum numero. Itē esset persona ergo esset indiuidua substātia. Ad aliud dicit̄ ꝙ impossibile est q̄titatē poni ī angelo vt dicit. S. T. i. q. l. ar. ij. nec sequit̄ non ē extensa ergo potest poni in angelo quia hoc repugnat sibi ratione situs.

¶ Ad sextum dicatur vt prius ꝙ densum habet plures partes quia habet habitudinem ad maiorē quātitatem et per hoc patet ad alia.

¶ Ad septimum dicitur similiter vel dicitur ꝙ partes in oratione partium non precedunt q̄titatem sꝫ vt sunt substantie quedā et sic sunt subiectum ꝛ causa. Si dicatur partes sortis precedunt sortem et sortes precedit suam quantitatem ergo sunt partes ante quantitatem de hoc in sexto phisicorum.

¶ Ad octauum dicit̄ ꝙ in indiuiduatione duo sūt consideranda scꝫ non esse in pluribus et esse diuisuꝫ ab alio. Primum cōuenit rei per materiam que in nullo recipitur scđuꝫ vero est ꝑ q̄titatem vt dicit. S. T. iij. q. lxxvij. ar. ij. Et nego ꝙ eadē q̄titas numero possit poni in pluribus īdiuiduis miraculose. Secundo dico ꝙ substātia prima siue indiuiduum non precedit quātitatem. Sed quātū ad primum bene precedit quia incōmunicabilis est per materiam. Et si dicatur substantia .i. vt distinguitur a. ij. ꝑ se generat̄ et per se operatur ergo substantia .i. non includit accidens dicendum ꝙ verum est q̄tum ad incōmunicabilitatē sed non q̄tum ad distinctionem. Sed cōtra nichil generat se ergo sortes distiguitur a platone ante quātitatem posset dici ꝙ distinguit̄ a platone nō per q̄titatem sed per materiam signatam. Ad aliud dicitur ꝙ indiuiduum predicamenti substātie quoad naturam pertinet ad genus substantie nō autem quātū ad vltimam indiuisionem. Et est sciendum ꝙ substantia prima vt sic nec in recto nec in obliquo dicit accidens tanq̄ aliquid sui sed tanq̄ determinatiuum essentie sue et ideo non est ens ꝑ accidens. Ad aliud negatur consequentia qꝛ nō sequitur albū est coloratū ergo maxime album est maxime coloratū: ergo maxime albū est maxim colloratū: vel albū ē quale ꝙ maxime albū ē maxime quale.

¶ Ad nonum patet per idem. Et pro substantia argumenti dico ꝙ principium indiuiduationis est materia q̄titate signata et dato ꝙ ista signatio sit respectus potest tamen dici ꝙ identificatur materie vel si distinguatur tunc dicitur ꝙ materia signata ē materia sub respectu. Et quando dicit̄ respectus p̄supponit fundamentum concedo. Et ideo omnis respectus presupponit subiectū sed nō subiectuꝫ hoc vel illud in particulari sicut albedo p̄supponit subiectum tamen non presupponit subiectum tale vel tale. Sed dices in materia nulla potest esse relatio realis. Et dato ꝙ esset queritur ad quid terminatur de hoc alias.

¶ Ad decimum dicit Clipeus propter hoc ꝙ ratio quidditatiua quātitatis est habere partes eiusdem rationis integralis formaliter extensas. Sed contra tunc ratio q̄titatis non conueniret numero nec q̄titati in sacramento altaris. Ideo dico ꝙ actus diuisibilitatis semper conuenit quātitati quia ratio eius est esse diuisum .i. habere plures partes distinctas sed contra motui etiā conuenit diuisibilitas forte dicis post aris. v. metha. ꝙ motus non ē diuisibilis nisi per accidens vnde non est q̄tus per se sed per magnitudinē nec in logica ponitur species quātitatis. Contra partes motus realiter distinguūtur a partibus magnitudinis ergo est ibi alia diuisibilitas antecedens patet quia partes motus nō sūt permanentes sicut partes magnitudinis ergo sunt alterius rationis. Item ad aliud continuātur partes motus et magnitudinis ergo est alia continuitas. Itē in parua magnitudīe pōt esse motꝰ maior.

¶ Ad vndecimum dicūt quidem ꝙ quātum sumit̄ dupliciter videlicet materialiter ꝛ tūc ideꝫ est ꝙ habens quantitatem. Et formaliter et tunc ideꝫ est ꝙ habens partē extra partē. Et hoc mō q̄titas possꝫ dici quāta licet hoc sit improprie dictum. Ad aliud dicitur negando sequelā nec sequitur vbicunqꝫ est longitudo ibi est latitudo ergo corpus est ita longū sicut latū vnde magnitudo profunditatis habet attendi penes maximā lineam mensurantē profunditatem et latitudo penes maximā lineā mensurantē illam. Hic queritur. An corpus quadratū bipedale a quo deus separasset omnē quātitatē preter lineas esset duplū ad pedale videt̄ ꝙ sic quia quātitas eiꝰ est precise dupla ad quantitatem alterius. Sed cō-

tra deposita vna medietate adhuc ipsum est duplū ad alterū ergo prius erat plusq̄ duplū. Item queritur. Ex quo quantitas distinguit vnam materiam ab alia vtrum illa sit q̄titas continua vel discreta videtur enim q̄ per vnitatem que est principium numeri materia sortis possit distingui a materia platonis. Et eodem modo posset queri. An materia signata dicit materiam sub quantitate continua sub vel vnitate.

¶ Ad primum dicitur q̄ esset virtualiter octuplū. Ad aliud dicitur secundum. S. T. q̄ materia signata est materia que sub determinatis dimensionibus consideratur opus. xxxi. vbi etiam videtur velle q̄ corpus de genere quantitatis non distiguitur a suis dimensionibus sed est tres dimensiones. Deinde dicit q̄ vnitas que est principium numeri predicamentalis non reperitur nisi in habentibus quantitatem cōtinuam et ideo ipsa est primum prīcipiū distīctiōis.

Ad quintum sic proceditur videtur q̄ entia naturalia nō sint determinata ad maximū et minimū quia secundum philosophū. ij. de anima si igni apponerentur infinita combustibilia in infinitum augeretur ergo non est determinatus ad maximum. Sed contra est philosophus q̄ ponit minimam carnem ergo etiam datur maxima vnde homo non potest esse ita magnus sicut celum.

¶ Respondeo dicendū s̄m. S. T. hic. lec. viij. Post q̄ phūs improbauit opiniones de principijs eorum qui de natura non naturaliter sunt locuti hic prosequitur de opinionibus eorum qui de principijs naturaliter sunt locuti. i. non remouētes motum et ideo vocat eos phisicos. i. naturales et primo ponit opinio anaxagore qui posuit prīcipia esse infinitas partes similes et contrarias sicut infinitas partes carnis que sunt similes inuicem et īfinitas partes ossis et aliorū qui habent partes similes. Cū tamen quedam sit ad alias contrarietas sicut partium ossis ad partes sanguinis est contrarietas scd̄m humidū et siccū. Hanc opinionē īpugnat phūs ponendo duo q̄ ponebat anaxagoras ex q̄bus p̄cedebat quorū primū est qd̄ etiam ab omnibus naturalibus philosophis supponebat q̄ ex nichilo nihil fiat. Et ideo necogeret ponere aliquid de nouo fieri qd̄ prius omnino non esset posuit oīa prius simul extitisse in vno cōfuso ex quo alia fiebant scd̄m q̄ ab illo extrahebātur. Sed hoc p̄cedebat q̄ nesciuit distinguere inter potentiam et actum ens tm̄ in potētia est quasi medium inter purū nō ens et ens in actu que igit naturaliter fiunt non fiunt simpliciter ex nō ente s̄z ex ente in potentia non autem ex ente in actu vt ipsi opinabant et ideo qua fiūt nō oportet preexistere actu sed potentia tm̄ secundo supponebat q̄ contraria fiunt ex alterutris videt enim ex calido fieri frigidū et econuerso et et hoc concludebat q̄ cum ex nichilo nihil fiat q̄ vnum contrariorum preexistit in altero quod quidem est verū secūdū potentiam nā frigidū est potentia in calido non aūt actu vt anaxagoras estimabat qui sic arguebat. Si aliquid est necesse ē q̄ fiat aut ex ente aut ex non ente. Non secundum p̄ primam suppositionē ergo primū vt aer fit ex aqua quod non esset possibile nisi in aqua preexisteret aer vnde volebat accipere q̄ omne quod fit ex aliquo p̄existebat in eo et quando obiciebatur sibi qd̄ hoc erat contra sensum dicebat q̄ preexistebat scd̄z partes minimas q̄ sunt nobis insensibiles p̄pter suam paruitatē vn̄ ponebat quodlibet in quolibet p̄mixtum scd̄m partes minimas et insensibiles et q̄ infinities vnum ex alio fieri pōt īfinitas partes minimas in vnoquoq̧ esse dicebat. Et q̄n dicebat sibi sequeretur q̄ res ad inuicē non differrent. Dicebat q̄ res differre videbant et denominātur ab eo qd̄ maxime superhabundat in eis. Et sic aliquid dicitur album licet nichil sit pure aut totaliter album aut os s̄z id quod plus est in vnoquoq̧ hoc videtur esse ex natura rei sed contra secundum eum in qualibet re sunt infinite partes cuiuslibet speciei.

¶ Notandum preterea q̄ aristoteles. primo improbat hanc opinionem. Secūdo cōparat eam ad opinionē empedoclis. Primo ergo ponit. v. rationes. Prima oē infinitū est ignotū s̄m q̄ infinitum ē. Et dicit notanter s̄m q̄ infinitum est vt puta si sit infinitum scd̄m multitudinem erit ignotū secundū quātitatem. Cuius ratio est quia id quod est notum ab intellectu comprehenditur ab eo quātum ad omnia que ipsi⁹ sunt quod non potest cōtingere in aliquo infinito. Si igitur alicuius rei principia sunt infinita oportet ea esse ignota et per cōsequēs ea que sūt ex principijs quia tunc arbitramur nos cognoscere vnum quodq̧ compositum cum scimus ex quibus et quātis sit et sic res naturales erūt ignote. scd̄a ratio si alicuius totius partes nō h̄nt determinatam q̄titatem necesse est q̄ totū non habeat determinatam magnitudinem vel quātitatē quia quātitas totius consurgit ex partib⁹ sed hoc intelligendū est inquit S. T. de partibus existentib⁹ actu ī toto vt sunt caro neruus et os et per hoc excluduntur partes ipsi⁹ continui que sunt potentia in ipso sed impossibile ē q̄ animal vel planta habeat quantacunq̧ magnitudinem vel paruitatem ergo partes eius sunt determinate quantitatis ita q̄ non possunt in infinitū diuidi per ablationem nec sunt alique insensibiles propter paruitatem. Tertia ratio quia si ex aqua remouatur caro dum scilicet ex aqua generatur caro et si iterum ex residua aqua fiat alia segregatio carnis q̄uis semp̄ remaneat aliqua minor q̄titas carnis ī aqua tamen contingit dare aliquam paruā carnem qua non erit minor tunc sic segregando carnē ex aq̄ tandem deueniatur ad illā minimam qua ablata in residua aqua non erit amplius caro. Nec potest dici q̄ sint infinite minime carnes in aqua equales q̄ alias sequeretur q̄ aqua esset infinita et notanter dicitur equales inquit. S. T. non eñi est inconueniēs q̄ in aliquo finito in diuidendo procedatur in infinitum scd̄m eandē proportionē. Quarta ratio omne totū per remotionē fit minus cū autē q̄titas carnis sit determinata scd̄m magnitudinem capta illa minima carne ab ea non posset aliqd segregari quia sic daret minus minimo. Quinta rō sequeret q̄ infinita sunt in infinitis infinities quia secūdū anaxagoram quodlibet est in quolibet quotquot fiāt sepe rōnes.

¶ Notandum preterea q̄ doctor subtilis opinatur q̄ in rebus est dare maximum ita scilicet q̄ tanta est dabilis albedo q̄ de⁹ nec natura possent facere maiorem et adhuc illa esset finita. Sed de minimo dicit q̄ res naturales nō sunt ad minimum determinate. Contra hanc positionē sic arguitur. Quacunq̧ albedine creata deus scd̄m eū potest aliā creare et illam potest ponere in eodē subiecto ergo potest primam intendere quia duo accidentia solo numero differentia non sunt in eodem nisi faciant vnum. S̄z dices q̄ verū ē nisi altera eaꝝ sit ī sūmo tūc enim nulla ē sibi vnibilis. S̄z ꝯtra albedo sūma et remissa sūt eiusdem speciei ergo q̄cq̄d ē vnibile vni est vni-

bile alteri nõ eni sibi repugnat ratione sue nature cū
eadem sit intensa et remissa. Item tunc potentia dei
esset terminata ad maximū. Itē sit albedo sūma vt
xij. et infundat deus simul z semel. xx. gradus tunc
vel omnes isti facient vnum vel aliqui et aliqui non
Non secūdū cū nõ maior sit ratio de vno q̃ de alio.
Item in motu locali non datur summum quia q̃to
partes celi magis accedunt ad superficiem conue-
xam tanto velocius mouentur et motus naturalis
semper velocior est in fine q̃ in principio. Item nõ
datur summa visio patet quia sit illa vt. xij. tunc po
no q deus ponat cum primo visibili aliud corpus
visibile extensū sm opinionē suam tunc illud videbi
tur quia est ista presens sicut primū ergo prima vi-
sio intendetur. Item non datur maxima q̃titas cō
tinua sm extensionem vt potest probari per lineam
gratiuam ergo non datur maxima qualitas intēsi-
ue quin deus posset facere maiorem. Item secundū
eundem nõ datur minimū ergo non debet dari ma-
ximū. Itē si eēt aliqua qualitas sūma maxime esset
vt dicūt quidā theologi gratia aīe xp̄i sed probo q
de potest facere eā maiorē in esse gratie quia illa po
test acceptari a deo ad hoc q det alijs hominibus
maiorem beatitudinem intensiue z secundū aliquos
ad liberandum homines dāpnatos de potentia abso
luta ergo de potentia absoluta poterit eē maior in
eē gratie. Item secundū istū penitens semper resur
git ad maiorem gratiā ergo quacunq̃ gratia prius
data semper contingit dare maiorē. Item sequeret̃
q esset aliquod petm̃ qd deus non posset punire q̃a
secundum eū datur summa pena finita tamen. pona-
mus ergo q fortes iam demeruerit eam et sequitur
q si de nouo peccet istud nouū peccatū non poterit
amplius puniri. Et ita posset argui de merito si ali-
quis homo fuisset ab eterno et continue meruisset il
le intendisset habitus virtutū in infinitū. Item ca-
pio summā noticiā in anima fortis tunc secundum
aliquos illa potest poni in summa angelo qui est ma
ioris virtutis q̃ fortis ergo ille angelus potest eā
intendere ergo illa non erat absolute summa. Item
non datur maximus angulus obtusus nec acutus
nec contingentie quia maximus obtusus vel acut9
diuisibiliter distat a linea secū iacente vel non si nõ
ergo non distat et per consequens sunt eadem linea
Si primum ergo potest dari maior eo ponendo ter
tiam lineam inter illas duas. Similiter arguitur de
acuto querendo si diuisibiliter distet a recto simili-
ter de angelo ɔtingentie quia dato quocunq̃ circu
lo datur minor. Item detur maxima tristicia quam
fortes potest. Item z moriatur fortes et sit dāpnat9
tunc vel habebit maiorem tristiciam quando ē dā
natus q̃ quando est viator vel non. Si primum er-
go illa non erat maxima. Si secundum contra. seq̃-
retur q tristicia anime xp̄i non esset minor q̃ tristi-
cia anime dāpnati vel non esset maior q̃ tristicia via
toris sed quodlibet istorum est cōtra theologos igi
tur. Item ex quo non datur maximā corpus scʒ ex
tensionem ex hoc etiam potest probari q non datur
maxima figura nec maximus circulus quoniam se-
cundum geometriam super centrū quodlibet q̃tūli
bet occupando spacium circulū designare. ¶ Alia
est opinio quā tenet petrus de aliaco q scʒ forma in
esse qualitatis potest infinitū intendi tamen quali-
tates que sunt in anima licet secundū essentiam pos
sint infinitum augeri tamen ipsa anima nõ potest ni
si finite immutari a talibus qualitatib9 vt licet visio
ve est q̃litas quedam in infinitū possit augeri a deo

non tamen potest in infinitū augeri in esse visionis
ita q q̃uis illa visio augeatur in esse qualitatis ta-
men fortes non magis neq̃ melius videbit per eam
z ita dicit de charitate qz potentia est finite capaci
tatis actiue z ideo nõ potest nisi finite agere p istas
actiones. Sed contra hec qualitas potest in infini-
tū augeri demonstrata visione z hec qualitas est vi
sio ergo visio potest in infinitū augeri. Respondeter
q in sensu diuiso visio pōt infinitū augeri sed nõ po
test in infinitū augeri visio sicut hec linea potest au
geri z hec linea est bipedalitas quia bipedale est spe
cies q̃titatis et tamen non potest augeri bipedali-
tas. Contra hanc opinionē arguitur: due visiones
posite in eadē potentia faciunt vnum ergo si augea
tur illa qualitas etiam augebitur visio. Negat con
sequētiam quia p illas duas visiones potētia nõ me
lius videt. Alias sequeret̃ potentiā esse infinitam si
in infinitū melius posset agere et videre. Contra si
scđm cum essent infiniti aeres penetratiue sol p̄du-
ceret infinita lumina qz in quolibet aere p̄duceret
lumen z tamen est finite actiuitatis non enī esset ma
ior ratio q produceret lumen in vno aere q̃ in alio
et eodem mõ potest argui de colore in cuius circui-
tu ponuntur infiniti oculi vel infiniti anguli vt tan
git holcot in suis determinationibus. Item fortes
cum alio et alio auxilio in infinitū maius pond9 po
test portare et tamen nõ sequitur q iam sit infinite
virtutis ergo licet potentia in infinitum possit ha-
bere maiorem visionem vel noticiam cū auxilio dei
non sequitur q sit iam infinita quia vt dicit. S. T.
capacitas anime augetur secundū q maior sibi gra
tia infunditur. Item sequeret̃ q noticia anime xp̄i
non esset maior q̃ noticia supremi angeli nisi enim
eius capacitas esset aucta esset minor q̃ capacitas
infimi angeli. Si ergo gratia precise respondeat ca
pacitati naturali sequitur q non habet maiorē gra
tiam in esse gratie q̃ infimus angelus supposito q
capacitas actiua infimi angeli sit repleta. Item ad
gratiam siue charitatē anima se habet pure passiue
ergo licet ista in infinitū augeantur non p̄pterea re
quirit̃ maior capacitas actiua. Item tunc hō pos-
set deuenire in via ad tantam gratiā q amplius ni-
chil posset proficere qz videtur q tandem deueniret
ad illum gradum quē tu dicis esse summum. Forte
dicis q nunq̃ perueniret ad illum sicut angulus in
diametro circuli crescente circulo in infinitū cresce
ret nec tamen attingeret angulum rectum. Et sic q̃
dam dicunt q charitas vie nunq̃ potest attingere
charitatem patrie quia non sunt eiusdem rationis.
Sed contra inquit heruetis scđm quosdam sunt ea-
dem numero in via et in patria saltem non differūt
specie. Item angelis data gratia in creatione secun
dum capacitatem naturalium sed in infinitum per-
fectior angelus potest creari ergo in infinitū potest
dari maior gratia q̃ gratia beati. ¶ Deinde argui
tur q sit dabile minimū naturale. Et sic habebunt̃.
iiij. conclusiones huius articuli. Prima est q quo-
cunq̃ dato contingit dare maius per virtutem pri
mi agentis. Secunda est q etiam in intellectu z vo-
luntate possunt qualitates in infinitū augeri a deo
vnde dicit. S. T. de veri. q. xxix. ar. iij. ad tertium q
capacitas creature dicitur secundū potentiā rece-
ptibilitatis. Potentia autem ad recipiendū est du
plex scilicet naturalis q̄ potest tota impleri. Alia ē
obedientie scđm q potest aliquid recipere a deo et
talis non potest impleri licet etiam scđm se homo ī
infinitū non possit actum suum augere tñ cum alio

potest. Tertia conclusio est ꝙ entia naturalia secundum extensionem sunt ad minimum determinata. Quarta ꝙ est probabile qualitates secundum intēsionem ad minimum terminari. hoc ē dabilis tā paruus hō ꝙ nō potest dari minor et tam paruus calor ꝙ non potest dari remissior in eodē subiecto. ¶ Unde notandum ꝙ dupliciter itelligitur dari minimū vno modo in toto et hoc vocant quidam minimum mathematice et sic non datur minimum quia quascunqꝫ parua in toto contingit dare minorem vtputa medietatem eius. Alio modo capitur minimum pro minimo phisice. idest quod est separabile et possibile naturaliter seorsum existere. ¶ Tertiam conclusionem probat Gregorius in .ij. distin. xvij. quia in aliquanta magnitudine subiecti potest naturaliter seruari forma naturalia et in aliquanta minore non potest ergo est dabilis minima ī qua potest vel maxima in qua non hoc est datur tam parua ꝙ non posset stare sub minore extensione siue q̄titate vel maxima inter eas sub quibus non potest stare ⁊ ista duo capiunť q̄si pro eadē. Secunda pars antecedētis patet quia forma cameli siue elephantis nō posset naturaliter seruari in tam modica q̄ntitate quāta est quantitas grani milij. Nec valet dicere ꝙ non est simile cum forma elephantis requirat corpꝰ etherogeneum idest dissimilium partium. Nam si partes homogenee quas requirit corpus elephantis possint esse semper minores poterunt in tam parua sumi q̄ntitate ꝙ constituent corpus etherogeneum in quantitate sinapis eiusdem rationis cum corpore quod nunc habet elephas et in illo poterit seruari forma elephantis. Ad hanc intentionem ē philosophꝰ hic contra anaxagorā. Sed hic dicit Sco. iij. ij. distin. q. ix. ꝙ propterea nō cogimur ponere minimum vel in nimam carnem quoniam non minꝰ cōcludit argumentum philosophi contra anaxagoraz quia dato ꝙ caro in infinitum diuidatur per segregationem saltem nō remaneret tanta vt possit ex ea quodcunqꝫ generabile generari. Sed contra philosophus dicit sic. Si omne corpus remoto quodam minus necesse est fieri carnis autem determinata ē q̄titas et magnitudo manifestum est ꝙ ex minima carne nullū segregabiť corpꝰ erit eī minꝰ minimo. Deīde arguit qꝺ dať minimus color secundum extēsionē per commentatorem .vj. phi. vbi ait. T. c. xlix. ꝙ minimus color est terminatus per se q̄admoduz minima forma est terminata scilicet ꝙ minimum eiꝰ quod potest esse coloratum in actu est terminatum q̄admodum minimum quod potest esse aliquid demonstratum est terminatum verbigratia quoniam minima aqua est terminata. Hec ille in forma. Ex quo patet ꝙ non solum in etherogeneis datur minimum sed etiam in homogeneis. S. T. j. q. vij. ar. iij. dicit ꝙ omnem formam substantialem consequūtur determinata accidentia inter que est quantitas vnde omne corpus naturale habet determinatam q̄titatem et in maius et in minus vnde dabilis ē maximus equus et minimus equus. Ex quo īfertur ꝙ omnia entia naturalia sunt ad maximuz determinata Grego. de arimino tenet oppositum quarte ꝯclusionis quia tamen eam quidam dicit esse de mente sancti thome potest pro ea sic argui per aduersariū datur minimum naturale capio ergo instans ī quo primo est minimū naturale tunc in illo instanti habet aliquam caliditatem et queritur quare illa est tante intensionis subito acquisita in illo instanti nō potest dari ratio nisi quia minor esse nō potest. Itē calor secundum intensionem non est in infinitum maioris virtutis ad conseruandum se q̄ calor secundū extensionem sed secundum extensionem est deuenire ad minimum ergo etiam secundum intensionē. Itē si aliquid transmutatur a summa caliditate ad frigiditatem est dabile primum instans in quo frigiditas est inducta vtpura ponamus ꝙ aqua seipsam reducat ad frigiditatem et signemus duo tēpora primum in quo semper in ea sit caliditas. Secundum in quo semper in ea sit frigiditas quia secundum eū nun q̄ iste qualitates remisse sunt simul et capio instans medium inter ista duo tempora. Et oportet ꝙ sit in subiecto caliditas vel frigiditas quia iter ista non datur mediuz vel ergo illa frigiditas est remissima et habetur intentum si non sequitur ꝙ dabilis est ea remissior cuz igitur mobile naturaliter prius transmutetur in medium q̄ in extremum sequiť ꝙ illa frigiditas que ponitur primo inducta nonē primo inducta. Dicetur forte ꝙ ista ratio non cōcludit quia non oportet ꝙ subiectum quando transmutatur prius sit sub medio q̄ sub extreemo vt si aliquid transeat de albedine ad nigredinem non oportet ꝙ transeat omnes colores medios sed hoc ē verum tantum in motu locali. Nam cum lumen generatur in aere non prius producitur lumen remissum q̄ intensum. Contra inquit galterus burlei sequitur ꝙ posset esse transitus de vna specie ad intentissimum gradum alterius speciei non pertranseundo formam remissam forme posterioris quia qua ratione non oportet transire medium ita neqꝫ mediuz aliquod eiusdem rationis. Item semper in motu continuo prius acquiritur gradus remissus q̄ intēsus sed alteratio secundum eum est motus cōtinuꝰ igitur. Item dato ꝙ non esset necesse ꝙ mobile transiret omnia media tamē hoc est possibile illo ergo posito queritur quanta frigiditas esset in illo instanti medio. hic dicit Gregorius ꝙ dato ꝙ transeātur omnia media non sequitur ꝙ sit dare primuz vel minimum medium vt patet de localiter moto quod transit omnia media spacia tamen nulluz est primū vel minimum spacium. Sed contra hoc non est simile quia per hoc non assignatur quanta sit illa frigiditas in primo instanti non esse caliditatis. Et similiter potest queri de frigiditate que est in primo instanti in quo producitur minimum subiectum frigiditatis secundum extensionem.

¶ Contra hec arguitur per argumenta Scoti lib. iij. distin. xiij. q. j. Capta aliqua albedine finita puta a queritur vtrum ascendendo sit statꝰ ad aliquā supremam possibilem et tunc non procedetur in infinitum in eius augmento aut non est status et tunc cum quanto aliqua magis excedit tanto sit perfectior sequitur ꝙ illa que in infinitum excedit sit infinitum perfectior et per consequens in se infinita ⁊ cum ipsa videatur a deo vt quoddam vnum factibile poterit ab ipso vnita causatiōe causari. Et sic deus posset facere aliquam albedinem infinitam.

Item omnis potentia potest reduci ad actū sed potentia ad totum augmentum est vna ergo possibile est ꝙ totum augmentum forme sit productum.

¶ Secundo secundum philosophum quantancunqꝫ magnitudinem contingit esse in potentia tantam contingit esse in actu sed impossibile est ꝙ actu sit forma infinita ergo falsum est ꝙ infinitam formam deus potest producere. Item quantancunqꝫ albedinem deus potest facere: deus potest facere hoc patet quia predicatum includitur in subiecto ponaꝰ

ergo in esse ꝙ quantacunq; potest creare tantaz creer. ergo non poterit vlterius maiorem creare. Item deus videt omnem albedinem ab eo factibilem aut ergo videt aliquam factibilem infinitam et tūc posset infinitam facere quod est falsum aut non videt infinitam factibilem et tunc sequitur ꝙ non posset in infinitum facere maiorem.

¶ Tertio quantacūq; albedo potest a deo fieri successiue tanta potest fieri ab eo simul sed nulla albedo infinita potest simul fieri ergo nec successiue probatur maior quia quod non possit simul fieri non est ex parte dei cum totam suam potentiam simul habeat nec ex parte perfectionis factibilis quia nō repugnat simul habere gradus quos importat de natura sua. Item sequeretur ꝙ esset possibilis aliquis motus rectus continuus in infinitum patet consequentia quia et augmētum et intensio motus recti sunt infinita sed consequens est falsum vt patet per philosophum et commen. viij. phi. patet etiam ratione quia omnis motus rectus est inter duos terminos inter quos impossibile est in infinitum recte moueri. Item natura inciperet moueri ad id ad qḋ non potest attingere et esset aliquis motus sine termino ad quem hoc autem est impossibile quia mot⁹ ex intrinseco suo requirit terminum ad quem et patet consequentia quia si posset esse talis intensio infinita nullus terminus citra infinitum erit essētialis terminus eius.

¶ Quarto si albedo potest augeri in infinitum ergo aliqua creatura ex natura sua absolute importaret infinitam perfectionem quod tamen est propriū deo. Item arguitur ꝙ dilectio dei non est in infinitum augmentabilis quia primum ens non est tantū diligibile a nobis q̃tum a se sed a se non est diligibile plus q̃ in infinitum igitur. Item tunc potentia anime esset infinite virtutis quia in infinitū potest actum suum augere et tam virtualiter continet omnem suum actum ergo iam est virtualiter infinita. Item arguunt theologi ꝙ tunc posset esse charitas maior charitate christi. Angeli etiam in primo instanti elicuerunt maximum actum quem possunt habere vt videtur ex prima parte. q. lxij. ar. vj. Forte tamen non est necessarium quia libere agunt.

¶ Quinto arguitur contra secundam conclusionē possibile est omnes animas creabiles esse creatas ergo non omni multitudine data contingit dare maiorem per dtum. antecedens patet quia quelibet singularis illius vniuersalis est vera. ergo ipsa est vera: vnde ista est vera possibile est istas animas creabiles esse creatas: et sic de singulis. Item in quolibet tempore sunt infinite partes proportionales ergo tot sunt partes proportionabiles quot sunt anime creabiles: ergo in tota hora potest deus producere omnes animas creabiles quo facto deus non posset amplius aliquam aliam producere quod si cōcedas sequitur ꝙ dei potentia erit exhausta. Item omnium natura constantium determinata est ratio magnitudinis et augmenti ergo nulla qualitas nec aliqua magnitudo in infinitum est augmentabilis. Forte dicis verum est a creatura non tamen a deo. Contra. S. T. per hoc. j. q. vij. ar. iij. probat ꝙ non potest esse aliquod infinitum actu secundū magnitudinem quod non esset verum si res in infinitū posset augeri.

¶ Sexto arguitur contra tertiam conclusionem a Scoto et est argumentuz. S. T. hic in cōmēto sicut essentiale est quāto posse diuidi in partes ita est ei essentiale per phi. ꝙ singulum eorum in que diuiditur possit esse hoc aliquid. id est per se esse vel diuisibilitas est passio quantitatis ergo omne quantuz potest diuidi in partes per se existentes ergo nulli eorum repugnat per se esse. Constat autem ꝙ forma naturalis est quanta igitur. Item omnes partes aque sunt eiusdem rationis cum toto sed toti non repugnat per se esse ergo nec alicui parti quia est eiusdem speciei.

¶ Septimo circunscribatur omne corruptiuum et diuidatur aqua minima tunc vel partes remanebūt et sic dabitur minus minimo. Si dicas ꝙ resoluentur in continens. Contra pono ꝙ corpus sit i vacuo Si dicas ꝙ partes anichilabuntur sequitur ꝙ creatura potest anichilare. Item sequeretur ꝙ est dare primam partem motus ad formam. Sed contra agens naturale prius agit in propinquum q̃ in distans ergo prius producit formam in medietatem minimi q̃ in totum minimum quia qua ratione dicis ꝙ in instanti in toto minimo ꝑducitur calor eadem ratione dicetur ꝙ in eodem instanti i alia parte producetur calor et sic de singulis et per consequens totus motus erit compositus ex mutationibus vel mutatis esse quod est contra phūm. vj. phi.

¶ Octauo aliquod subiectum potest partibiliter. id est successiue moueri ab vna forma ad aliam ergo nullus gradus acquiritur in instanti sed q̃libz pars acquiritur successiue. Item arguit paulus qꝛ si daretur minimus ignis aut minima caro tūc daretur vltimum instans esse illius quia incipiat talis ignis minui per diuisionem vel per ablationem partium tunc verum est dicere ꝙ nunc est et non immediate post hoc erit igitur secunda pars patet qꝛ post hoc si sit erit minor et sic daretur minus minimo. Item vel minimum corrumpitur subito vel successiue. Si primum ergo desinit esse in instanti totaliter. Sed contra alterans prius alterat et indisponit vnā partem q̃ aliam ergo forma prius expellit᷑ ab vna parte q̃ ab alia. Item si concedas ꝙ minimum naturale habet vltimum instans sui esses sequeretur ꝙ anima rationalis non crearetur in instanti quia dem⁹ minimum naturale in quo debet ītroduci forma humana et ꝙ illud nunc habeat vltimum instās sui esse tunc anima rationalis non est in illa materia in hoc instanti nec potest dari instās in quo primo erit ergo in nullo instanti creabitur ꝛ suppono ꝙ anima non creatur nisi in materia.

¶ Nono agens naturale potest in sua virtute augeri et melius disponi ergo in quancunq; materiam potest producere formam adhuc potest producere in maiorem. Item non potest dari homo ita magn⁹ qui adhuc possit rarifieri vel comedere ergo potest semper augeri. Forte dicis sicut in minimo ꝙ si rarefiat desinet esse. Et si minimum condensetur corrumpitur alias daretur maius maximo et min⁹ minimo contra sequeret᷑ vt prius ꝙ homo haberet vltimum instans sui esse.

¶ Decimo non datur minimus angulus rectus secundum extensionem. Item in formis mathematicis non datur maximum ergo non omnia sūt ad maximum et minimum determinata. Item in sacramēto altaris albedo corporis christi non est extensa ergo ad suum esse non requirit determinatam extensionem et similiter arguitur de anima. Item in aliquo instanti nature est forma ante quantitatem ergo esse sine quantitate nō repugnat forme immo cōuenit sibi. Item tunc naturalia essent composita ex

indiuisibilibus patet sic quia sunt composita ex minimis naturalibus que non sunt diuisibilia ergo sunt indiuisibilia.

¶ Undecimo actiuitas anime est infinita ergo non terminatur ad maximum antecedens pz quia a nulla temptatione potest vinci. Forte negas quis non est possibile secundum multos theologizantes quin homo venialiter peccet et sic videtur ꝙ pro aliquo tempore voluntas vincitur. Hoc nichil est quia loquimur de immortali. Item bonum nature est in infinitum diminuibile per malum morale quia non potest totaliter auferri ergo non datur minimum bonum nature sicut etiaz non datur minimum tempus quia semper habet prius et posterius.

¶ Duodecimo arguitur contra quartam conclusionem quia quacunqz volitione data in voluntate contingit dare minorem alias voluntas necessitaretur nisi posset producere actum ita remissum sibi placet. Item sit corpus luminosum aerem illuminans ad quantancunqz distantiam tunc patet ꝙ in parte remota lumen est semper minus et minus intensum ergo non datur minimum signetur enim pars in qua est minimũ lumẽ: tũc post illã partez est alia pars in qua adhuc lumen minus quia plus distat a corpore luminoso. Item tunc visio haberet vltimum instãs sui esse quia datur minima visio et incipiat visibile elongari tunc vel visio desinit esse vel remittitur si secundum datur minus minimo ergo primum. Item indiuisibile additum alteri non reddit ipsum maius sed minimus calor per te est indiuisibilis secundum intensionem ergo si addatur alteri calori nõ reddit ipsum maiorem quod tamen est falsum apud nominales nos autem negamus talẽ additionẽ. Itẽ nõ datur minimus motus localis sed loquor de permanẽtibus.

¶ Ad primum dicendum ꝙ huiusmodi argumenta probarent ꝙ etiam in numeris non est procedere in infinitum et etiam in magnitudinibus ideo dicitur ꝙ non sequitur hanc albedinem in infinitum aliqua albedo potest excedere ergo aliqua albedo potest in infinitum hanc albedinem excedere quia in antecedente albedo stat simpliciter vel confuse tantum et in consequente stat determinate. Et ideo cum infertur ꝙ illa que in infinitum excedit ꝛc. Negatur sequela propter falsam implicationem implicat enim ꝙ ex illo antecedente sequatur ꝙ aliqua sit possibilis excedens in infinitum quod falsum est. Ad aliud dicitur ꝙ per illud probaretur ꝙ sit possibile in sensu composito continuum esse diuisum in quãlibet partẽ. Quidam non habent pro inconuenienti ꝙ deus possit facere infinitum quia albedo separata apud. S. T. est aliquomodo infinita sed de hoc postea sz hoc non tenendo dicitur ꝙ nulla est potentia ad totum augmentum cathegoreumatice capiendo totum quia tale non est dabile.

¶ Ad secundum negatur consequentia quia in minore est sensus compositus et infinitum capitur cathegoreumatice in consequente vero est sensus diuisus et capitur infinitum sincathegoreumatice vnde sensus est aliquãtã formam deus potest producere et non tantam quin maiorem. Ad aliud dicit grego. ꝙ non est necessarium ꝙ quelibet propõ vera de possibili possit poni in esse nisi quãdo est vera in sensu composito. Ad aliud negatur consequentia vt pater in numeris. S. T. in .i. dist. xvij. q. ij. ar. iiij. primũ.

¶ Ad tertiũ dicit Ockam negãdo maiorem sed contra inquit grego. quelz singularis eius ẽ vera demonstrata enim aliqua latitudine qualitatis successiue facibilis verũ est dicere ꝙ illa põt simul fieri a deo igitur aliter dicit ꝙ nulla ĩfinita qualitas potest a deo fieri successiue tamẽ in infinitũ successiue põt fieri maior qualitas. Quidã aliter rñdẽt vñ precedẽtẽ ppõnẽ ponũt in esse p istas albedinẽ duorũ graduũ deus causat albedinẽ triũ graduũ deus causat ꝛ sic de singulis. Et similiter mõ ponit ista in esse in quotcũqz partes põt deus diuidere põt deus diuidere. Et negant predictã maiorẽ qz motũ localẽ põt deus facere successiue ꝛ tñ non põt eũ facere simul. Et infinitos gentes futuros deus põt facere successiue ĩ dãnatos et tamẽ non posset facere illos simul. Ad aliud dz ꝙ motus inter duos terminos in infinitũ a deo posset augeri. Sicut quidã dicũt ꝙ sincathegoreumatice infinitũ pondus sor. põt portare nõ tamẽ sequitur ꝙ dabile sit maximũ põdus qd sortes põt portare. Ad aliud dz ꝙ adeo pot fieri motus q̃ nunqz terminatur vt quidã dicũt de tota terra si moueret ad centrũ.

¶ Ad quartũ dz ꝙ albedo intẽsa nõ est essentialiter perfectior q̃ albedo remissa. Ad aliud dz ꝙ deus nõ est tantum diligibilis a nobis q̃tum est diligibilis a se sz tñ ꝛ q̃uiũ notẽr q̃titate dilectiõis qz deus semp perfectiore actu diligit se q̃ nos possemus eũ diligere. Nos enĩ nullã ponimus dilectionẽ infinitaz et dato ꝙ in nobis poneretur dilectio infinita adhuc dilectio dei excederet illã. Ad aliud patz ex dictis de charitate anime xpi videtur quibusdã ꝙ deus non posset eã augere qz. S. T. dist. iij. q. vij. ar. xij. ꝙ non põt esse nec intelligi maior vnio creature rõnalis ad deũ ꝛ ideo grã eius pertingit ad sũmã mensurã grẽ ꝛ est infinita scdm rõnẽ grẽ nõ aũt vt est quoddã ens. Si aũt queratur de grã viatoris an possit attingere grãz btĩ per cõtinuu augmentũ videtur probabile ꝙ sic ex. s. t. opus. lxj. c. de augmẽto caritatis. Aliter opinãtur alij ex. s. t. de ve. q. xxix. ar. iij. quintum.

¶ Ad quintũ rñdet grego. negãdo añs. Et cũ dicitur hac ꝛ illã põt deus creare ꝛ sic de singulis i sensu composito negatur lz q̃lz sit possibilis sicut de stramontis duobus contradictorijs hec copulatiua est ĩpossibilis hec ẽ vera ꝛ illa ẽ vera ꝛ tñ quelz pars est possibilis. Siliter in sensu diuiso ista põt esse v̾a ꝛ tñ nõ sequitur ꝙ in sensu cõposito possibile sit ista esse v̾a scdo dicit ꝙ oẽs aĩas creabiles demonstrari põt intelligi dupliciter vno mõ ꝙ demõstrarentur oẽs quarũ quelz ẽ creabilis. Alio mõ ꝙ demõstrarentur oẽs q̃ sunt creabiles. Si primo mõ tunc ista ẽ falsa iste anime possunt esse create ꝛ nõ est singularis illius vniuersalis oẽs anime creabiles possunt esse create quia illis omnibus demonstratis hec non est vera iste anime sunt creabiles licet quelibet earum sit creabilis. Et si queratur an iste sint creabilia demonstrando omnes quarum quelibet est creabilis dicit ꝙ non. Si vero demonstrentur secundo modo dicit ꝙ talis demonstratio est impossibilis quia nulle creabiles sunt omnes creabiles. Dicit ergo ꝙ sicut quelibet singularis illius vniuersalis est vera ita ipsa est vera non tamen sua de inesse est possibilis. Et ideo per hoc non infertur antecedens quod habet sensum compositum vnde non sequitur omnes anime creabiles possunt esse create in sensu diuiso ergo possibile est omnes animas creabiles esse creatas quia antecedens est verum et consequens falsum. Si autem queratur de veritate huius vniuersalis omnes anime quarum quelibet est creabilis possunt esse create dicit ꝙ est falsa quia habet vnam singularem falsã scilicet in qua demonstrentur omnes collectiue a deo quaruz quelibet est creabilis. Contra ista instatur sic secundum

eum omnes anime creabiles possunt eē create ergo omnes anime quarum quelibet est creabilis possūt esse create tenet consequentia quia anime creabiles et anime quarum quelibet est creabilis conuertunt̄ Item bene sequitur. Iste sunt anime quarum quelibet est creabilis ergo iste possibiliter sunt demōstrā do omnes quarum quelibet est creabilis alias subiectum antecedētis non supponeret et vltra iste possibiliter sunt ergo iste possunt esse creabilia. Item iste quarum quelibet est creabilis sunt hoc creabile et hoc creabile et sic de singulis ergo sunt creab'ia. Item iste anime quarum quelibet est creabilis possibiliter sunt anime ergo creabiles. Item tunc ista omnis chimera currit non haberet singularem quia subiectum non verificatur de aliquo hoc quidaz cōcedunt licet sit vniuersalis sed contra tunc non quelibet singularis eius esset falsa. Dico preterea ꝙ impossibilia et chimera possunt demōstrari scilicet ad intellectam et ideo non videtur bene dictum ꝙ demonstratio qua demonstrantur omnes anime creabiles sit impossibilis. Dicendum igitur ꝙ hec est vera in sensu diuiso capiendo omnes distributiue omnes anime creabiles possunt esse create non autem capiendo omnes collectiue quia tunc subiectum non supponit vnde nec deus in infinitis partib⁹ hore posset producere omnes animas creabiles. Ad aliud dicitur ꝙ illa ratio bene probat ꝙ in naturalibus non reperitur infinitum.

¶ Ad sextum respondet. S. T. hic et in secūdo dis. xxx. q. i. ar. ii. ꝙ licet corpus mathematice. idest de genere quantitatis acceptum sit diuisibile in infinitum corpus naturale non est diuisibile in infinitum in corpore enim mathematico non consideratur nisi quantitas in qua nichil inuenitur diuisioni repugnans. Sed in corpore naturali inuenitur forma naturalis que requirit determinatam quantitatem sicut et alia accidentia vnde non potest inueniri quātitas in specie carnis nisi infra aliquos terminos determinata. Dico preterea ꝙ non omne continuū ē diuisibile in partes sic ꝙ vna possit separari ab alia vt patet de celo. Item nasus hominis est eiusdem speciei essentialis cum homine et tamen non potest per se esse sicut homo Forte negas primam partem sed probatur quia nasus hominis componitur ex materia et forma eiusdem speciei cum toto homine. Itē nasus hominis continuatur aliis partibus ergo est eiusdem speciei cum eis. Dico preterea ꝙ de ratione continui est esse diuisibile. idest ꝙ habeat partem realiter distinctam ab alia nec oportet ꝙ vna sit extra aliam secundum situm vt patet de corpore christi in sacramento eucharistie. Item non sequit̄ istd est eiusdem rationis sicut prius ergo potest perseuerare in esse sicut prius vt patet de homine vulnerato in corde. Sed nonne medietas minimi naturalis est minor eo si sic ergo datur minus minimo. Dicendum ꝙ non dat̄ minus qđ possit per se subsistere.

¶ Ad septimum dicitur ꝙ si minimum diuidatur resoluetur in continens. Et si ponatur in vacuo nō poterit diuidi. Ad aliud dicitur ꝙ non datur prima pars motus sed bene datur primum motatum quia forma introducitur in ipso minimo per subitam mutationem. Et dico ꝙ non semper agens prius alterat partem sibi proximiorem quando pars proximior non est per se susceptiua forme introducende per ipsum agens nec est simile de productione primi minimi et de aliis sequentibus quia partes sequentes non per se subsistunt sed vniuntur prime.

¶ Ad octauum dicetur postea. Ad aliud quidā nō habent pro inconuenienti ꝙ minimum naturale habeat vltimum instans sui esse. Sed videtur illo concesso ꝙ res permanens semper desinit per vltimum instans sui et incipit per vltimum instans non esse quia anteq̄ȝ res corrumpatur semper ē deuenire ad minimum. Forte dicis ꝙ quo ad illud minimuȝ res habet vltimum instans esse. Tunc queritur de forma que in illo minimo immediate post hoc producetur quia cum illa habeat minimum naturale queritur an illud fiet in instanti vel in tempore. Si primum ex quo instans non est immediatum instanti q̄ritur sub que forma erit materia per tempus medium inter illa duo instantia. Si dicas ꝙ minimū forme sequentis producetur in tempore sequit̄ ꝙ pars producetur post partem et sic dabitur minus minimo ideo dicitur aliter ꝙ illud minimum non potest subito esse. Si dicas pono ꝙ minime carni applicetur vnum agens contrarium quod incipiat corrumpere aliquam partem eius vel aliquam condensare. Non admitto casum dicit venetus primo phi. vnde applicato contrario frigido. a. minime carni vel minimo igni non immediate post hoc corrumpetur aliqua pars. a. neq̄ȝ condensabitur sed bene alterabit̄ et frigesiet immediate post hoc nec est quēlibet gradum frigiditatis sequitur aliquis gradus densitatis immo inducetur certa latitudo frigiditatis anteq̄ȝ īducatur aliqua densitas et tandem illud minimum habebit primum instans non esse. Sed contra ponamus ꝙ minima caro habeat etiam minimā frigiditatem et omnes alias qualitates minimas secundum intensionem et applicetur sibi contrarium. Posset dici ꝙ in primo instanti applicationis minimum primo non est sicut actus opinatiu⁹ corrumpitur ab actu scientie in primo instanti sui esse sic ꝙ actus opinatiuus tunc non est.

¶ Ad nonum negatur antecedens. Et similiter ad aliud licet calefiat non fit maior.

¶ Ad decimum dicit. S. T. et Albertus ꝙ in mathematicis non datur maximum neq̄ȝ minimum. Ad aliud quidam diceret ꝙ albedo christi si relinquatur sue nature corrumperetur quia non est extēsa. Sed contra non habet modum quantitatiuuȝ ergo non est corruptibilis. Dico ergo ꝙ habet determinatam quantitatem licet non sit extensa. Ad aliud dicunt quidam illa instantia nature nichil esse in re sed solum in intellectu. Sed contra causa est prius natura effectu secluso intellectu dicendum vt supra. Ad aliud dicitur ꝙ non sunt indiuisibilia mathematice. idest puncta.

¶ Ad vndecimum dicit quidam ꝙ delectatio poterit tantum augeri ꝙ generabit fastidium et sic non necessitabit voluntatem. Sed hoc nichil est quia sit et argumentum de tristicia Dicunt alii ꝙ voluntas est infinite virtutis extrinsece sed non intrinsece q̄a a nullo extrinseco potest vinci et si dicatur difficilius est vincere vnam tēptationem q̄ȝ aliam ergo tandem potest superari. Dicendum ꝙ verum est si deus permitteret vnde Gregorius in primo dis. prima cōcedit ꝙ positus in igne necessario tristatur sed dicunt alii ꝙ talis tristicia homini non imputatur sicut dicunt de actibus stultorum. Alii dicunt stultos nullos habere actus voluntatis. Posset dici licet voluntas propter temptationē si non iuuaretur a deo non posset aliquando nullum actum habere non tamen necessitari potest. ad habendū hunc actū vel illum ad aliud dicit. S. T. prima parte ꝙ bonū

nature est finitum nec potest auferri quia non diminuitur per ablationem sed quia per malū homo magis elongatur a suo fine ideo est min⁹ abilis ad ip͡ȝ. ¶ Ad duodecimum diceretur ꝙ voluntas necessitatur ex suppositione. Ad aliud potest dici ꝙ nō datur minimum secundum intensionem quando illud vnitur alteri secundum extensionem vel ꝙ lumen se per terminatur ad certum gradum et vltra illum nō potest produci minus quia non posset subsistere. Ad aliud potest dici ꝙ visio haber vltimum sui esse vt alias dicetur. Ad aliud dicatur vt supra. ¶ Sȝ hic est dubium quia bene sequitur iste aer potest durare per certum tempus ergo quelibet pars separata potest durare per aliquot tempus licet minus probatur consequentia quia nulla pars est in infinitum minoris virtutis ꝙ̄ totum. Item producat de⁹ medietatem minimi in vacuo ee queritur a quo corrū̄petur cum nichil ibi sit si a nullo ergo non desinit esse sed per se stat. Item tertio ex quo passu. S. T. habetur ꝙ datur minimum. Ad primū dicitur ꝙ pars non corrumpitur propter defectum resistētie sed q̄ntitatis. ratione cuius non est a toto separabilis. Ad aliud dicitur ꝙ corrumpitur non ab aliquo positiue sed priuatiue propter defectū quantitatis. Ad aliud dicit. S. T. in. ij. dist. xiiij. ar. j. iiij. ꝙ in qualibet specie oportet esse terminum quendam rarefactionis vltra quem species non saluatur vnde vltima raritas ad quam non potest peruenıri est secundum ꝙ materia stat sub forma ignis vt dicit cōmen. iiij. phisicorum vnde aqua posset tantum rarefieri ꝙ iaȝ non esset aqua et. d. xxx. q. ij. ar. ij. dicit de minima aqua ꝙ si diuidatur non erit vlterius aqua ⁊ in. iij. d. iij. q. v. ar. ij. Tertiuȝ dicit ꝙ minimū quātitatis hominum in primo instanti figurationis et animationis parum excedit quantitatem formice vnde dicit ꝙ minimum quantitatis in vno indiuiduo est in primo instanti sue animatiōis hoc probat per philosophum in. q. de animalibus quia. xl. die inuenta ē mulier patiens aborsum et corpus prolis habebat omnia membra distincta et erat sicut magna formica. Quidam dicunt christum fuisse minimum hominē. Deinde. S. T. videtur ponere minimā immutationē ad vidēdū quia dicit in. iiij. dist. xliiij. q. ij. ar. j. q. iiij. Ad sextū ꝙ visus corporis gloriosi ex minima immutatione poterit videri. Item videtur ponere minimam charitatem. Dicit enim in. iij. distin. xxxj. q. j. ar. iij. ꝙ charitas minima potest resistere cuilibet temptationi. Si quis velit exponere aliter has auctoritates poterit tenere oppositum quarte conclusionis et sic non omnium natura constantiū erit certus terminus decrementi. Ad argumentum capitale dicetur in secundo de anima.

¶ Sequitur in textu. Omnes igitur contraria.

¶ Circa hunc textum queruntur quinq̄. Primo an principia rerum naturalium sint contraria. Secundo an sint tantum tria principia rerum naturalium Tertio an materia appetat formaȝ. Quarto an forma substantialis ante generationem rei sit in materia secundum esse formale formabile. Quinto an ex nichilo aliquid facere seu creare sit possibile.

Ad primum sic proceditur videtur ꝙ principia rerum naturalium non sint contraria quia substantie nichil est contrarium sed potius qualitati. Qualitas autem nō est principium rei naturalis igitur. Sed contra est philosophus. ¶ Respondeo dicenduȝ ꝙ superius philosophus reprobauit opinionem anaxagore qui dicebat ꝙ quodlibet poterat segregari a quolibet. T. c. iij. Hoc autem est falsum quia accidens non potest separari a subiecto quia semper dicitur de subiecto. Itē dicebat oīa ī principio fuisse cōmixta sed p intellectū incepert segregari. Contra inquit philosophus quicunq̄ intellectus querit facere quod est impossibile fieri est indecens intellectus sed secundum anaxagoram impossibile est omnia esse segregata ergo indecens est intellectus intendēs rerum segregationem. Et si queratur vnde cognoscetur ꝙ aliquid sit accidens. Dicendum per vnam propositionem philosophi quod vni est substantia nulli est accidens vt supra dixit philosoph⁹. Quia ergo videmus lumen esse accidens in istis inferioribus etiam concludimus ꝙ lumē quod est in sole etiam est accidens. ¶ Notandum preterea ꝙ quedam sunt accidentia separabilia vt tangit philosophus. T. c. xxviij. Alia sunt inseparabilia et per se et hoc ē accidens in cuius diffinitione ponitur subiectū cui accidit sicut simum est per se accidens nasi quia in diffinitione simi ponitur nasus. Est enim simum nasus curuus ¶ Notandum preterea ꝙ anaxagoras ex hoc ꝙ videbat ꝙ aliquid fit magnum ex congregatione multarum partium similium paruarum sicut torrens ex multis guttis credidit ita esse in omnibus quod est falsum. Quedam enim ex similibus generantur et in similia resoluuntur sicut lutum diuiditur in luta. In quibusdam autem non est sic sed generantur ex dissimilibus sicut lateres non fiūt ex lateribus sed ex luto. Nec domus fit ex domibus sȝ ex lateribus vnde contra anaxagoram ponitur ista conclusio. Non quodlibet est in quolibet nec quodlibet fit ex quolibet per se quia album non fit ex musico per se. ¶ Notandum preterea ꝙ secundum philosophum. T. j. c. iiij. melius dixit de principiis naturalium empedocles ꝙ̄ anaxagoras quia empedocles posuit principia finita ex hoc communis habetur auctoritas ꝙ sine necessitate non est ponēda pluralitas. Pro quo sciendum ꝙ quidam philosophi ponebant tantum vnum principium et ex eo alia principiabantur et fiebant secundum rarietatem et densitatem vt qui ponebant aerem principium dicebant ꝙ ex eo rarefacto generatur ignis. Ex eo autē condensato generatur aqua. Unde densuȝ est quod multum habet de materia sub parua quantitate. Rarum autem quod parum habet de materia sub magna quantitate et isti quodammodo concordabant cum platone qui ponebat magnum et paruum principia sed in hoc differebant quia plato posuit magnum et paruum ex parte materie quia ponebat vnum principium formale quod est quedā ydea participata a diuersis secundum diuersitatem materie Antiqui vero naturales ponebant contrarietatem ex parte forme qui ponebant primum principium vnam materiam ex qua multa constituuntur secundum diuersas formas. Anaximander ponebat ꝙ illud vnum ex quo alia fiebant et extrahebantur vnū principium et in eo erant omnia commixta empedocles vero et anaxagoras ponebant illa que in eo p miscebantur esse principia et ideo ponebat multa principia. Anaxagoras infinita empedocles vero non ponebat nisi quattuor que communiter dicuntur elementa scilicet ignem aerem aquam et terram Item anaxagoras dicebat mundum tantum semel esse factum per segregationem. Empedocles vero ponebat mundum sepe esse factum. Item dicebat

ꝙ in mixto sunt multorum germanorum capita sine ceruice sed postea per amiciciam facientem conuenire germana fiunt ⁊ homogenea ⁊ vniuntur ceruices alijs partibus corporis.

¶ Notandum preterea sicut dicit philosophus hic multi philosophorum secuti sunt veritatem in aliquibus no quasi ab aliqua ratione moti sed sicut ab ipsa veritate coacti. vnde dicit philosophus pmo metha. Et. S. T. lec. vi. ꝙ erant sicut inerudiri in bello q̄ circunducti sepe bonas plagas faciũt. Item dicit ꝙ balbuciens erat eorum philosophia. vnde recte dixerũt omnes antiqui philosophi ponentes contrarietatem in principijs. vnde permenides licet diceret esse vnũ ẜm rationem tamen posuit plura principia ẜm sensuz scilicet calidum ⁊ frigidum. Et attribuebat calidũ igni frigidum vero terre. Aliqui autẽ ponebant vnũ principium cum quadam contrarietate que est inter rarum ⁊ densum. Si dicas ex quo rarum ⁊ densum erant principia quomodo ergo posuerunt tantũ vnũ principium. Dicendum ꝙ dicuntur posuisse tantum vnum principium materiale. Democritus ponebat omnia fieri ex indiuisibilibus corporibus que in suo contactu relinquebant quasdam vacuitates quas vocabat poros ⁊ sic ponebat corpora componi ex pleno ⁊ vacuo que sunt principia nature. Et si queratur ex quo ista indiuisibilia sunt eiusdem nature. An omnia composita sunt eiusdem speciei dicunt ꝙ no sed diuersificãtur ẜm diuersitatẽ figure sicut dictio ex ordine literarũ vt sum ⁊ mus. positionis ⁊ ordinis. vñ ponebãt principia esse contraria que sunt in genere positionis scilicet sursum ⁊ deorsum ante ⁊ retro.

¶ Notandum preterea ꝙ ad ostendendũ prima principia esse contraria supponitur ꝙ tria videtur esse de ratione principiorũ. Primũ ꝙ non sint ex alijs ẜm ꝙ nõ sint ex alterutris. tertium ꝙ omnia alia sint ex eis Sed hec tria conueniunt primis contrarijs ergo principia sunt prima contraria. Ad intelligendum autẽ quid vocet prima contraria considerandum ꝙ quedam contraria sunt que ex alijs contrarijs causantᷣ sicut dulce ⁊ amarum causantur ex humido ⁊ sicco calido ⁊ frigido. Et quia non est procedere in infinitum ideo deueniendum est ad contraria que non causantᷣ ex alijs. Et hec vocantur prima contraria. Hys igitur tres conditiones principiorum conueniunt quia enĩ sunt prima ideo non sunt ex alijs quia vero sunt contraria ideo non fiunt ex alterutris q̄uis enim frigidum fiat ex calido in q̄tum id quod prius erat calidum fit frigidum tamen ipsa frigiditas non fit caliditas. Tertium vero scilicet qualiter omnia fiant ex contrarijs ostẽditur premittendo ꝙ neq; actio neq; passio potest accedere inter ea que contingunt simul esse vel inter quecunq; indeterminata vt album non fit ex musico nisi secundũ accidens forte in q̄tum musico accidit nigrum vnde album fit per se ex non albo quod est nigrum vel medio colore coloratum ⁊ musicus fit ex immusico id est quod est natũ habere musicam ⁊ non habet. Similiter album non corrumpitur in musicum vt qui desinit esse albus non statim fit bonus cantor quod enim fit ⁊ corrumpitur nõ est antec̄ fiat nec est postq̄ corrũpitur. vnde quod per se fit ex alio oportet ꝙ in sua ratione includat nõ esse alterius siue in cõpositis siue in simplicibus sed magis latet in compositis quia opposita compositorum non sunt nominata. Oppositum enim domus nõ est nominatum. Composita autem fiunt ex incompositis

Ex quo patet ꝙ omnia fiunt aliquo modo ex contrarijs vel medijs media autem fiunt ex contrarijs sicut colores medij ex albo ⁊ nigro.

¶ Notandum preterea ꝙ in assignando principia cõtraria philosophi differebant quidam enim accipiebant priora contraria alij autem accipiebant posteriora. Item quidam capiebant priora secundum naturam quidam vero secundum sensum vt humidum ⁊ siccum calidum ⁊ frigidum sunt notiora secundum sensum calidum tamen ⁊ frigidum quia sunt qualitates actiue sunt priora humido ⁊ sicco quia actiuũ naturaliter est prius passiuo. Pitagorici posuerunt numerum parem ⁊ imparem esse principium et ista sunt notiora secundum rationem.

¶ Notandum pretterea ꝙ vniuersalia sunt notiora secundum rationem vt magnum ⁊ paruum singularia vero secundũ sensum vt rarum ⁊ densum que sunt minus communia. Item semper vnum contrariorum se habet vt melius ⁊ aliud vt peius quia semper alterum habet priuationẽ sui oppositi admixtã. Principium enĩ contrarietatis est oppositio priuationis ⁊ habitus. vt dicitur in. x. metha.

¶ Notandum preterea secundum. S. T. super. T. c. lvij. ꝙ omnia contraria que sunt in genere substantie non differunt genere sed se habent sicut prius et posterius quia in vno genere est tantum vna contrarietas scilicet prima eo ꝙ omnes alie contrarietates reducuntur ad vnam primam. Item si accipiatur ipsum quod est substantia nichil est ei contrarium. Si vero accipiantur formales differentie in genere substantie contrarietas in eis inuenitur. Si autem queratur que sunt illa principia que nos dicimus esse cõtraria. Dicendum secundum aliquos ꝙ sunt forma substantialis ⁊ priuatio. Tertium autem est principium scilicet materia ⁊ hoc alijs non contrariatur quia contraria non possunt esse simul. Materia autẽ potest esse cum aliqua priuatione ⁊ cum aliqua forma.

¶ Ex hys patent tres conclusiones quarum vna posita est contra anaxagoram. Secunda ꝙ non quodlibet fit ex sibi similibus. Tertia ꝙ principia rerum naturalium sunt contraria.

¶ Contra hec arguitur principia rerum naturalium sunt priuatiue opposita ergo non contrariantur antecedens patet quia vnum vocatur priuatio ⁊ aliud forma. Item substantie nichil est contrarium sed forma substantialis est substantia igitur. Item contraria sunt forme positiue sed priuatio non est huiusmodi ergo nulli contrariatur.

¶ Secundo contraria sunt forme actiue sed priuatio non est actiua igitur. Item que est illa priuatio q̄ contrariatur forme fortis si sit priuatio alterius forme ergo contraria sunt simul. si sit priuatio forme fortis. contra illa non est principium fortis ergo principia fortis non sunt cõtraria. Item celum est res naturalis ⁊ tamen sua principia non sunt contraria alias esset corruptibile. Dicendum ꝙ celum est naturale id est mobile sed non ad formam substantialem.

¶ Tertio contraria sunt sub eodem genere ergo nõ sunt prima principia quia genus est principiũ omnium que sub eo continentur. Item caliditas ⁊ frigiditas sunt prima contraria ergo prima principia de genere substantie non sunt prima contraria. vt dictum est. Si forte aliquis velit sequi auicennam et auerroim in solutione questionis dicentes ꝙ contraria sumuntur dupliciter scilicet large ⁊ stricte. Stricte enĩ sumũ

pta cõtraria sunt qualitates prime vel causate ex pri
mis. Large aũt sumpta contraria sunt continẽtia sub
se priuationẽ ⁊ habitum ⁊ ita intelligitur ꝙ pricipia
sunt contraria q̃ sunt opposita vt priuatio ⁊ habitus
Sed contra q̃ vn aristoteles probat duo esse cõtra
ria principia ratione vtitur ad hoc ꝙ ad agendũ suf-
ficiunt duo ergo ſm Aristotele principia sunt agen-
tia. Priuatio aũt ⁊ habitus nihil agunt. Priuatio
enĩ nihil agit ergo hec distinctio nulla est. Item quia
priuatio non diceret principium q̃ ipsa nihil est licet
enim relinquat subiectum proprium tamen nihil po-
nit sicut cecitas non plus ponit de visu in oculo ꝙ in
lapide licet in oculo relinquat subiectum visus pro-
prium. Omne autem principium videtur esse tale ꝙ
ex ipso causatur aliquid quod principiatur ab ipso.
Item si consequentia oppositorum debeant reduci
non reducentur in contraria sed potius in affirmatio
nem ⁊ negationẽ priuationem ⁊ habitũ quare ergo
philosophus potius nominat principia contraria ꝙ
priuatiue opposita quod melius intellexissemus.

¶ Quarto si principia sint opposita sequit̃ ꝙ non po
tuerunt esse simul in materia quando ergo vnũ est in
materia alterum erit extra materiam quod si verum
est sequitur ꝙ non trãsmutet nec materia transmute
tur ſm ipsum. Item ad generationem rei sufficit ꝙ
alterum sit actiuũ ⁊ alterum passiuum. Hec autem
sunt materia ⁊ forma que nullo genere oppositionis
sunt opposita. Item vna proprietas principiorum est
ꝙ ipsa non sint ex alterutri sed vtrũqꝫ contrariorum
fit ex altero ergo principia non sunt contraria minor
patet q̃ album fit per se ex nõ albo quod est nigrum

¶ Quinto arguitur ꝙ rarum ⁊ densum non sint con
traria quia idem videtur esse rarum ⁊ densum respe
ctu diuersorum vt aqua respectu terre ⁊ respectu ae
ris. Item potest argui ꝙ plenum ⁊ vacuum non con
trariantur quia vacuum non est ergo nulli contraria
tur. Item priuatiue opponuntur.

¶ Sexto deus ⁊ celum sunt principia rerum ⁊ tamẽ
non contrariantur. Item arguitur cõtra conditiones
primorum principiorum per idem vel aliter. Contra
secundam quia elementa sunt principia mixtorum ⁊
tamen fiunt ex aliis scilicet ex materia ⁊ forma eorũ
⁊ materia fit ex suis partibus ⁊ theologi dicũt ꝙ mo
nas gignit monadẽ. i. filius est a patre tamen est prin
cipium. S. T. de po. q. x. ar. iiij. ad. xvi. Item arguit̃
ꝙ res naturalis non fit ex materia ⁊ forma q̃ non fit
ex his effectiue q̃ materia nihil agit nec subiectiue
quia forma nõ est subiectum compositi igitur. Item
posset argui ꝙ album non semper fit ex nigro vel me
dio colore colorato: quia mixtum album aliquando
fit ex elemento quod nullum habet colorem.

¶ Septimo arguitur ꝙ prima principia supponunt
aliaqꝫ quia priuatio est principiũ primũ ⁊ tñ aliud sup-
ponit scilicet materiam. Item forma similiter pre-
supponit materiam ⁊ per eam indiuiduatur.

¶ Octauo arguunt quidam nominales ꝙ in princi-
piis non sit contrarietas quia materia ⁊ forma non
contrariantur ⁊ priuatio solum distinguitur ratione a
materia ergo priuatio et forma non contrariantur.
Item generationis principia sunt materia et forma
nec alia sunt principia intrinseca ergo in principiis in
trinsecis ⁊ per se non est contrarietas. Item arguit̃
ꝙ accidens potest esse sine subiecto quia secundum
porphirium aliquod est accidens separabile. Item
supra dictum est ꝙ album ⁊ musicum sunt idem sub

iecto sed musica potest esse sine subiecto albi q̃ mu-
sica põt remanere in anima corrupto toto cõposito.
Ite argit̃ ꝙ accidẽs inseparabile nõ debet diffiniri
p illũ subiectũ q̃ in diffinitione nigredinis nõ ponit̃
coruus ⁊ tñ est accidẽs insepabile respectu corui igr.

¶ Nono arguitur ꝙ non oportet ꝙ intellectus sit va
nus si nunꝙ quodlibet sit segregatum a quolibet q̃
primus motor non est vanus ⁊ vñ slicet nunꝙ cessa-
bit a motu ⁊ dictum est ꝙ deus vnam formam posset
in infinitum augere.

¶ Ad primum dicendũ ꝙ nõ solum est ibi priuatiua
oppositio pro quanto enĩ due forme sunt incompossi-
biles ⁊ oportet vnã expelli priusꝙ alia introducatur.
Ideo dico ꝙ priuatio ratione forme expellende vel
etiã forma expellenda habet aliquã contrarietatẽ ad
formam introducendã. similiter põt dici ꝙ materia
vt est sub priuatione vnius forme quodammodo con
trariatur illi forme vel dicat̃ sicut ad tertiũ. Ad aliũ
dicitur ſm alexandrum ⁊ auerroim ꝙ verum est in
compositis non autem in simplicibus. Secũdo dicit̃
ꝙ in substantiis reperitur contrarietas ſm ꝙ diffe-
rentie dicunt̃ contrarie ⁊ non solum priuatiue oppo-
site. vnde contrarietas capitur dupliciter. Vnomodo
pro repugnãtia duarum formarũ eiusdẽ generis sibi
inuicem succedentiũ in eodem subiecto ⁊ illa est du-
plex. Quedã enĩ est inter extrema. Alia vero est me-
diorum ⁊ extremorum. Alia est contrarietas. i. repu
gnantia duarũ formarũ que licet non reperiantur in
eodem supposito tamen fiunt circa idem genus.

¶ Ad secundum dicit albertus ꝙ contraria reperta
in qualitatibus sunt actiua. forme autem substantia
les solum habent modum contrariorum pro quanto
sunt incompossibiles. Secundo dicitur ꝙ forma sub
stantialis est actiua nec qualitas agit nisi vt instrumẽ
tum eius. Ad aliud dicetur in sequentibus.

¶ Ad tertium dicitur ꝙ principia non habent aliqũ
particulare principium quo realiter constituantur.
Ad replicas contra illam solutionem si quis eam ve
lit tenere. Respondet albertus magnus ꝙ priuatio
licet nihil sit tamen per hoc ꝙ reliquit aptitudine for
malem aliquid est ⁊ sic principiat motum rei mobi-
lis. Ad aliud dicitur ꝙ principia potius vocantur cõ
traria quia ab antiquis sic vocabantur vel propter ra
tionem supra tactam.

¶ Ad quartum dicitur ꝙ priuatio est in materia se-
cundum aptitudinem suã. Ad aliud negatur de pri-
mis contrariis ꝙ sint ex alterutris vel aliter dicitur
ꝙ contraria possunt dupliciter considerari vno modo
ꝙtum ad formas. Et sic vnum non fit ex alio id est nõ
mutatur in aliud. Alio modo considerantur ꝙtum
ad subiecta ⁊ sic vnum fit ex alio vt tangit. S. T. hic
lec. xi. Sed contra. Tunc contrarium non fieret ex cõ
trario nisi per accidens scilicet ratione subiecti tamẽ
philosophus dicit ꝙ album per se fit nõ ex quocunqꝫ
sed ex non albo quod est nigrum. Item hoc modo pos
set dici ꝙ album fit ex musico scilicet ratione subie-
cti. Dicendum secundum albertum ca. x. Tract. iij.
per se dicitur dupliciter scilicet vt opponitur ad per
accidens. Alio modo vt opponitur ad id quod est pro
pter aliud. Tunc dicitur ꝙ vnum contrarium non fit
ex alio per se primo modo. Sed secundo modo pro
quanto terminus a quo est subiectum vt est sub for
ma contraria ⁊ non sub alia. Ratio primi est quia
vnum contrariorum non est pars alterius et ideo non
est principium eius per se.

¶ Ad quintū dicendum primo ꝙ hoc dictum est ſm opiniones antiquorū vel non inconuenit contraria reſpectiua dici de eodem ſicut idem eſt intenſum ⁊ remiſſum reſpectu diuerſorum vel dicatur de raro et denſo ſicut de magno ⁊ paruo dictum eſt in logica.
¶ Ad ſextum dicitur ꝙ deus nō eſt principiū intrinſecū de quo hic loquimur elementa etiā nō ſunt principia prima. Et res naturalis ſit ex materia ⁊ forma cōſtitutiue. Ad aliud dicitur ꝙ nichil fit ſubito albū ex elemento ſed tranſit per aliquē medium colorem.
¶ Ad ſeptimū dicitur ꝙ principiū primū nihil ſupponit ex quo conſtituatur tanꝙ ut pars eius.
¶ Ad octauū patebit in articulo ſequenti. Ad aliud dicitur ꝙ apud porphiriū accidens dicitur ſeparari ⁊ corrumpi nec eſt intelligendū ꝙ album et muſicum ſint idem ſubiecto quasi muſica ſit in toto compoſito Ad aliud dico ꝙ nigredo non accidens proprium ſicut riſibile quod debet diffiniri per ſubiectum.
¶ Ad nonū dicitur ꝙ intēdes complere actionē ſuā ſi hoc non poteſt vanus eſt ſed ſm ariſto. motor celi non intēdit ꝓ determinato tpe finire ſuum motum.

Ad ſecundū videtur ꝙ nō ſint tm̄ tria principia rerū naturalium qꝛ diuerſarum rerū diuerſe ſunt forme ⁊ quelibet forma eſt principiū igitur. Sed contra eſt phūs ⁊.ſ.t.opuſ.xxxi.qō ꝺꝛ de ꝑncipijs nature
¶ Reſpondeo dicendum ſm̄. S.T.lec.ij. Et.T.c.v. hic phūs incipit inquirere numerum principiorum ⁊ non loquimur hic de principio ſm ꝙ cauſa efficiens vel finalis poſſet dici principium. vnde eſt prima concluſio. ¶ Impoſſibile eſt ꝙ ſit tantum vnum principiū qꝛ principia debent eſſe cōtraria ⁊ ſic exploſa eſt ſententia permenidis ⁊ melliſſe ⁊ omnium aliorum qui tantum ponebant vnū principium negantes omnem formam ſubſtantialē. Melliſſus aūt negabat oēm formam accidentalē. Alij autem eas concedebant. vnde quidā dicit ꝙ permenides ⁊ melliſſus nō negabant quin eſſent plura numero qꝛ ſi ſic nullā famam habuiſſent. Et fatuum fuiſſet ariſtotelē eos improbare quis vt dicitur .viij.phi. Talia velle improbare ꝓuenit ex debilitate intellectus ſed negabātu omnem multitudinem rationis.i. diſtinctionem ſpecificā inter diuerſas res ſiue inter ſubſtantiā ⁊ accidens. Et quidam nominales multum videntꝛ accedere ad hāc opinione. Albertus dicit Tract.ij.ca.x. ꝙ pater alexander ⁊ dauid de diuinato etiam dixerunt formas ⁊ accidētia eſſe tantū in ſentire ⁊ apparere ⁊ ꝙ homo ⁊ aſinus ſunt vnum. Rectius aūt dixerunt alij concedentes formas accidentales. Male tñ negauerunt formas ſubſtātiales ſequereꝛ enī ꝙ calliditas q̄ ē ī ꝗbꝰ cōſeruaretur in aqua ſicut in igne qꝛ ſi in aqua ſit tātum materia nichil eſt ibi repugnans caliditati. Itē tunc homo nunꝙ eſſet infirmus nec moreretur quia nulla diſpoſitio eſt diſconueniens materie tantum anaxagoras aliquomodo poſuit formas ſubſtantiales ⁊ ꝙ latitabant iſti autem errauerūt quia non poſuerunt cauſam efficientem a quo res tranſmutaretur nichil enī tranſmutat ſe de hoc. S.T. primo methaſ.lec.v. ¶ Secunda concluſio principia rei naturalis non ſunt infinita probatur Primo quia ſequeretur ꝙ res naturalis eſſet ignota qꝛ non poteſt cognoſci niſi cognitis principijs ⁊ partibus ſecundo principia ſunt prima contraria. Prima autē contraria ſunt primi generis quod eſt ſubſtantia que primo diuiditur per duas differentias contrarias. vnde non recte dicunt dicentes differentias tantū eſſe oppoſitas priuatiue qꝛ viderunt ꝙ eas nominamus quodāmodo ꝑ nomina priuatiua dicendo inſenſibile ⁊ irrationale. Si enī irrationale eſſet tantū priuatio tūc nō intrinſece conſtitueret aliquod poſitiuū. Item differentia ſm rem idem eſt cū ſpecie ergo non eſt priuatio licet vna quodāmodo inferat negatione alterius. Tertia ratio quod poteſt fieri per finita magis eſt ponendūꝛ ſed ratio omniū que fiunt ſm naturam aſſignatur ſm empedoclem per principia finita ſcilicet per quatuor elemēta ⁊ per amorē ⁊ litem. vnde dicit. S.T.i.metha. vbi ſupra ꝙ cōmunicatio bonitatis prouenit ex amore immortalium a quo iſta corruptibilis habent eſſe ſicut a deo. vnde ⁊ etiam ipſe permenides cum vniuerſi generationem monſtrare temptaret dixit ꝙ amor deorum prouidet omnibus per litem aūt dicebat mala fieri videmus enī ꝙ cōcordia parue res creſcunt lite autem maxime dilabūtur.ij. Principia ſunt contraria ſi ergo principia ſunt infinita oportet oīa contraria eſſe prima cōtraria quod eſt falſum qꝛ quedam ſunt poſteriora ⁊ ex alterutris.
¶ Notandum preterea ꝙ quia cōtrarietas eſt inter duo extrema ⁊ principia ſunt contraria ideo videtur ꝙ ſunt tantū duo principia. Sed dicendū ꝙ illa duo contraria non ſufficiunt qꝛ ex quo vnum non fit reliquum oportet ꝑter iſta ponere ſubiectū vtriuſqꝫ. Itē contrarietas videtur eſſe in qualitatibus q̄ preſuppo nunt ſubiectum de quo dicūtur ergo ſole qualitates contrarie non poſſunt dici prima principia ſed oportet ponere tertiū. ¶ Eſt ergo tertia concluſio ꝙ tria ſunt principia rerum naturaliū ſcilicet priuatio ⁊ forma ⁊ quoddam tertiū ſcꝫ materia quod ſubſit iſtis contrarijs. Ex quo patet ꝙ non omnia principia ſunt contraria qꝛ materia non contrariatur forme qꝛ vnū contrarium non perficiꝛ ab alio ſed materia perficiꝛ per formā. ꝙ aūt non ſint plura principia q̄ tria patet qꝛ hoc eſſet ſuperfluū tota enī generatio poteſt cōpleri ponēdo vnum principiū materiale ⁊ duo formalia. Item ſi plura ſint ꝑncipia q̄ tria oportet eſſe plures primas contrarietates ſed hoc eſt impoſſibile qꝛ prima contrarietas videtur eſſe primi generis quod eſt vnum ſcilicet ſubſtantia que diuiditur tātum per duas differentias contrarias.
¶ Notādum preterea ꝙ cū in quolibet fieri aliud dicatur fieri ex alio q̄tum ad fieri ſm eſſe ſubſtantiale vel alterum ex altero q̄tum ad fieri ſm eſſe accidentale propter hoc ꝙ omnis mutatio habet duos terminos dupliciter contingit hoc dicere eo ꝙ termini aliecuius factionis vel mutationis poſſunt accipi vt ſimplices vel compoſiti. Exemplū primi vt homo fit muſicus vel non muſicum fit muſicū. Exemplum ſecūdi vt non muſicus homo fit muſicus homo quia ex parte vtriuſqꝫ extremi eſt ibi compoſitio ⁊ hic vtimur duplici modo loquendi. Dicimus enī ꝙ non muſicus fit muſicus ⁊ ex nō muſico fit muſicus. Sed non ſic eſt in omnibus. Non enī dicimus ꝙ ex homine fit muſicum ſed ꝙ homo fit muſicus. Itē ꝙ in omni factione ſit ſubiectū aliquod probat inductiue vt quando frigidum fit calidū ibi eſt ſubiectū ⁊ forma q̄ acquiriꝛ ⁊ ſuum oppoſitum. ¶ Notandū ꝑterea ꝙ doctor ſubtilis in .i.d.viij. concedit aliquā creaturā eſſe ſimplicem hoc eſt non compoſitā ex rebus. Tamen omnis creatura eſt aliquo modo cōpoſita ⁊ cōponibilis quia habet entitatē cum priuatione alicuius gradus entitatis ſiue perfectionis alterius creature. Et ideo cō

ponitur ex re positiua ꝛ priuatione ꝛ ad istã etiã sequitur cõpositio actus ꝛ potẽtie obiectiue. Sed contra scđo creatura esset cõposita ex infinitis q: q̃libet creatura priuata est infinitis perfectionibus possibilibus ꝙ si concedas sequit̃ ꝙ nulla creatura poterit perfecte cognosci. Itẽ non posset cognosci vna creatura nisi cognoscerent̃ alie q: priuatio non cognoscit̃ nisi per habitũ. Itẽ creatura est qđ positiuũ ergo potest intelligi sine priuatione. Itẽ vbi esset ista priuatio non in essentia ſm istũ ergo non est in rerũ natura Item quecunqȝ sunt omnino idem non cõponuntur sed actus ꝛ potentia obiectiua sunt huiusmodi igitur q: nihil est in creatura quod non sit simpliciter possibile q: omnis creatura potest a deo fieri ꝛ produci.

¶ Cõtra hec arguitur primo res potest cognosci sine suis principiis ergo dato ꝙ sint infinita non sequit̃ ꝙ res sit ignota antecedens patet ſm sophistas inquit albertus. Res naturalis cognoscit̃ ab hys qui deum ignorauerunt. Forte dicis ꝙ alii ipsum cognouerunt licet esset infinitus. Cõtra tunc sequitur etiã ꝙ licet principia sint infinita tñ possunt cognosci. Item multi dicũt ꝙ est dabile minimũ tempus perceptibile a nobis ꝛ minimũ naturale. Ista autẽ cognoscuntur non cognoscendo per se partes eorũ. Item in quolibet cõtinuo sunt infinite partes proportionales ꝛ in linea infinita puncta que non cognoscimus ꝛ tñ cognoscimus totum. Forte dicis ꝙ totũ non dependet a cognitione suarũ partium in potẽtia sed a cognitione suarum partium in actu: partes autẽ in actu sunt finite vt neruus ꝛ os ſm .S.T. lec. ix. Contra quemadmodum totũ quantũ habet esse ex suis partibus in actu ita habet esse ex aliis partibus in potentia ergo oportet eas precognosci. Item partes in actu sunt quodã modo nobis infinite multi eñ ignorãt quot sunt nerui vel ossa in hoĩe vel saltem in aliis animalib⁹ ignotis. Itẽ anaxagoras non ponebat in quolibet infinitas partes in actu q: nõ dixit eas seorsum ꝛ diuisim subsistere sed coniunctim ꝛ latere. S.T. de potẽtia. q. iij. ar. viij. ad. ix.

¶ Secundo medicina est perfecta scientia ꝛ tñ non considerat omnia principia rei scʒ materiam formã ꝛ priuationem. Itẽ perfecta sciẽtia habetur per verã demonstrationem. ad veram autẽ demonstrationem sufficit diffinitio in qua nõ est necesse ponere oĩa principia rei alias diffinitio causans perfectã sciẽtiã esset diffinitio data per additamentum. S.T. vij. metha. lec. xv. quia finis qui est causa non est de essentia rei sed aliquãdo est operatio que est alterius predicamẽti. Item. S.T. lec. i. dicit ꝙ methaphisica solum demonstrat per causam finalem ꝛ formalem ꝛ agentem ꝛ tamen est perfecta scientia.

¶ Tertio arguitur ꝙ dato ꝙ prĩcipia sint infinita adhuc res cognosceret̃ quia ſm Capriolum angelus distincte pt cognoscere infinitas partes proportionales. Forte dicis ꝙ nos non possumus contra quacũqȝ re cognita adhuc possumus aliam cognoscere species eñ intelligibiles nõ sunt incõpossibiles in intellectu. Item nos cognoscimus totum tempus cathegoreumatice ꝛ tamen totum tempus habet infinitas partes equales quia totum tempus cõponitur ex infinitis dieb⁹. Item philosophus in tertio huius tradit scientiã de infinito sed oẽ illud de quo habetur scientia euidenter cognoscitur ergo infinitũ euidenter cognoscitur.

¶ Quarto quantitas est principiũ indiuidui siue indiuiduationis ꝛ tñ hic non enumerat̃. Itẽ magister sententiarum in secundo reprobat aristo. q: ponebat duo principia scʒ materiã ꝛ speciem .i. formam ꝛ tertium operatoriũ .i. effectiuũ. Item quando res fuit primo a deo producta tunc ad eius productionem non concurrebat alterius forme priuatio. Item priuatio non est de constitutione rei ergo non est principium. Forte dicis ꝙ est principiũ extrinsecũ ꝛ per accidens non autẽ per se. Contra priuatio ſm aristotelẽ coincidit cũ materia differẽs tantũ ratione. Item priuatio non ꝓcedit totũ compositũ qđ est substãtia q: substantia est primũ ens. Itẽ principia semꝑ manent ſʒ ari. in textu sed forma nõ sꝑ manet ergo nõ est principiũ.

¶ Quinto celũ est res naturalis per .S.T. xij. metha. lec. v. ꝛ tñ non est in eo priuatio. Item intelligẽtie non cõponuntur ex materia ꝛ forma ꝛ tñ sunt entia naturalia ꝓbatur q: mouent saltem ꝑ accidens ꝛ habẽt naturã. Itẽ prima principia sunt prima cõtraria sed dictũ est ꝙ due drẽ diuidẽtes substãtiã sunt prima cõtraria ergo ille due differẽtie sunt prima principia. Itẽ oĩs causa est principiũ sed res habet quatuor causas igit̃. Sed dices ꝙ hic loquimur solũ de causis intrinsecis. Cõtra priuatio nõ est causa intrinseca rei naturalis forte dicis ꝙ est causa intrinseca transmutationis. Contra q: omne intrinsecum alteri est pars illius vel ꝑdicat̃ essentialiter de eo sed ipsa priuatio nõ ꝑdicatur de trãsmutatione neqȝ est pars transmutationis q: transmutatio est accidẽs quod nõ cõponit̃ ex priuatione. Itẽ priuatio est vnũ principiũ ꝑ accidẽs sed nullũ per accidẽs est necessariũ ergo seclusa priuatione adhuc res naturales possent fieri.

¶ Sexto ꝓncipiata sunt multo plura ꝙ̃ tria ergo sũt multo plura principia ꝙ̃ tria. tenet consequẽtia q: sĩ vnũ relatiuũ multiplicat̃ suũ oppositũ multiplicabit̃.

¶ Septimo arguitur ꝙ non est aliqđ subiectũ transmutationis in generatione rei q: maxime esset materia sed materia non potest esse subiectũ alicuius accidẽtis ꝙ accidẽtia sunt in toto cõposito ergo nõ est subiectum transmutationis q̃ est accidens forte dicis ꝙ subiectum transmutationis forme accidentalis est totum compositũ sed subiectũ trãsmutatiõis forme substantialis est ipsa materia q: in hoc differunt forma substantialis ꝛ accidẽtalis q: forma accidentalis aduenit enti in actu: forma autem substantialis aduenit enti in potentia. Sed contra hoc videtur ꝓbatio in textu qui ponit ꝙ oĩm transmutationũ est vnũ subiectum qđ est principiũ rei ꝛ dicit̃ materia. Itẽ falsum ꝙ semꝑ subiectũ trãsmutationis accidẽtalis sit totũ cõpositũ vt patet qñ aĩa transmutat̃ de vna opinione in aliã. ¶ Octauo arguit̃ ꝙ põt esse transmutatio de vno cõtrario in aliud absqȝ priuatione. Qñ eñ digit⁹ fortis corrũpitur ibi fit noua forma ꝛ tñ ꝓcedens non corrũpitur ergo non est ibi priuatio forme ꝓcedentis idem patet qñ remisse calidũ intendit̃. Similiter qñ aliquid rare fit ꝓcedens quantitas non corrũpitur.

¶ Ad primum dicendũ ſm albertum ꝙ aliter deus gloriosus est infinitus ꝛ aliter infinitum per numerũ vel per extensionem deus enim dicitur infinitus negatiue quia nullo potest mensurari nec intellectu potest capi sed est inenarrabilis. Alia autem dicuntur infinita priuatiue. Ad aliud dicitur ꝙ quo ad nos aliquando cognoscitur totum nõ cognoscendo distincte partes. Quidã tñ negant esse minimum tempus perceptibile quia si percipiatur tempus percipiet̃ prius ꝛ posterius que sunt partes eius. Ad aliud dicitur ꝙ non oportet omnes partes proportionales cogno=

scere. Et cum dicitur vnũquodq; cognoscitur ex illis ex quibus est verum est de partibus essentialibus vel potentibus separari ab inuicem. Nec oportet distincte cognoscere numerum talium partiũ in actu. Ad aliud dicitur ꝙ ipse ponebat infinitas partes contra quã ꝯ dicebat posse scientiam existere.

¶ Ad secundũ dicitur ꝙ medicina est perfecta scientia non simpliciter sed in suo genere. Quidam dicũt ꝙ non oportet quamlibet causam distincte cognoscere sed proximam. Sed contra tunc fm aristotelem procederetur in infinitum quia non possem cognoscere sortem nisi cognoscerem patrem eius ⁊ patrem patris ⁊ sic in infinitũ. Nec potest dici ꝙ de suo potest haberi noticia perfecta cognoscendo celum ⁊ alias causas vniuersales. Ad aliud dicitur ꝙ diffinitio q̃ facit perfectam scientiam non simpliciter sed in genere non debet constitui ex omnibus causis. Aliq dicunt ꝙ diffinitio realis ⁊ naturalis bene est per additamentum vel dicitur ꝙ non omnis finis debet semper poni in diffinitione rei sed finis qui est prim⁹ et ille non est alterius predicamenti. Ad aliud dicitur ꝙ S.T. dicit precipue.

¶ Ad tertium dicitur ꝙ nos accipimus noticiam a rebus ⁊ ideo non possumus cognoscere infinita cathegorematice vel numerando partẽ post partẽ ⁊ ꝑ modum infiniti. Sed de hoc in secundo de anima.

¶ Ad quartum dicitur ꝙ ꝗtitas nõ est principium intrinsecũ tanꝗ pars rei naturalis. Ad aliud dicitur ꝙ aristo. reprobat qꝛ posuit mundi eternitatẽ vt dicit. S.T. in expositiõe. Ad aliud dicitur ꝙ loquimur de fieri ipsius rei per naturã. Ad aliud dicit ꝙ priuatio non est principiũ per se sed est principiũ per accidens vt dicit phũs et S.T. lec. xiij. inquantum accidit subiecto qđ est principium sicut dicimus ꝙ musicus est causa per accidens domus pro quãto accidit edificatorem esse musicũ sic etiã materia est causa per se rei naturalis. Et ipsi materie iũgitur priuatio. Si queratur An priuatio sit pricipiũ rei quo ad fieri vel quo ad esse. Et an ꝑuatio que est principiũ rei sit priuatio forme abiciende vel introducende dicit S.T. Quando materia est sub vna forma tunc est sub priuatione alterius forme. Et ideo principiũ ꝑ accidens hominis musici in fieri est nõ musicum qꝛ fieri dicit duo scꝫ nunc esse et prius non fuisse. Et sic priuatio forme introducende est principiũ per accidẽs rei quo ad fieri sed priuatio forme preterite est principiũ per accidens rei in essendo qꝛ accidit ipsi materie postꝗ forma est introducta ⁊ simul stat cũ ea. Sic ergo duo sunt principia per se ⁊ aliud per accidens. Sed contra. S.T. de potentia. q. iij. ar. i. dicit ꝙ si ly ex nominet causam non fit aliqd ex opposito nisi per accidens scilicet ratione subiecti. Si vero nominet ordinem tunc fit aliquid ex opposito etiam ꝑ se vnde priuatio dicitur esse principium fiendi sed non essendi. Ex quo videtur ꝙ priuatio sit principium per se fiendi et ita videtur esse intrinsecum respectu fieri quoniam in intellectu eius quod est fieri includitur prius non fuisse. Sed dicendum per. S.T. opusculo. xxxi. c. i. ꝙ duplex est principium vel causa per accidens vnum est quo posito vel non posito nihilominus fieret mutatio Et si diceremus grammaticũ esse principium per accidens domus. Aliud est principium per accidens qꝛ nichil influit tamen nisi ipsum poneretur res non fieret ⁊ sic priuatio potest dici principiũ per accidẽs nõ autem primo modo. Scientia vero causam per accidens secundo modo considerat. ꝙ autem priuatio sit principium rei patet quia nihil fieret de nouo nisi preiceretur priuatio alterius forme. Dicitur autem esse idem numero cũ causa materiali ⁊ materia quia est idem subiecto vel quia in ꝑuatione sunt duo scilicet negatio ⁊ aptitudo ad formam ⁊ quantum ad secundum est idem cum materia. Ad aliud dicitur ꝙ principia semper manent in vniuersali tenendo enĩ mũdi eternitatem semper fuit forma ⁊ materia semper habet formam non tamen hanc vel illam.

¶ Ad quintum dictum est articulo precedente. Nec substantie intellectuales cõponuntur ex materia vt dicebat auicebron contra quem hic disputat albertus nec mouentur phisice. Ad alia patet ex dictis.

¶ Ad sextum dicitur ꝙ in omni principiato sunt tria principia tamen illa cõueniunt in tribus rationibus ita ꝙ omnes forme sunt vnum in ratione principij.

¶ Ad septimum dico ꝙ idem est subiectum vel mediate vel immediate sed non absolute, ⁊ loquimur de transmutatione naturali.

¶ Ad octauum dico ꝙ in materia in qua fit forma cadaueris remanet priuatio ipsius anime. Alie trãsmutationes non sunt absolute de contrario in cõtrariũ.

Ad tertiũ sic proceditur videt ꝙ materia nõ appetat formã qꝛ non illam quã habet ⁊ hoc probatur quia appetit aliã sed alia non potest esse cum ista ergo non appetit istam. Nec aliam probatur qꝛ tunc quando habet animam rationalem appeteret suam imperfectionem. Sed contra est philosophus. T.C. lxxxi.

¶ Respondeo dicendum ꝙ philosophus. T.C. lxv. ostendit duo esse principia per se scꝫ materiam ⁊ formam ⁊ hoc patet qꝛ ista duo ponuntur in diffinitione rei naturalis. Priuatio autem est principium ꝑ accidens pro quanto accidit materie que est principium rei. ¶ Sed contra tunc forma ꝑcedens diceret principium vel negatio vt dicit. S.T. opus. xxxi. c. i. quia generatio est a non esse ergo est principium ꝑ accidẽs ei⁹ quod generatur ⁊ omnia alia que accidunt ipsi materie dicerentur principium ꝑ accidens. Et sic plura essent principia ꝗ enumerata. Item si priuatio est aliquomodo principium ergo erit aliquo modo causa. Et res naturalis non poterit ꝑfecte cognosci nisi cognita priuatiõe qꝛ res naturalis non cognoscitur nisi cognitis principijs. Eadem enim sunt ꝑncipia essendi ⁊ cognoscendi. Dicendum ꝙ non omne accidens ꝑncipij per se rei naturalis debet dici ꝑncipium per accidens eiusdem sed illud quod determinat subiectũ ⁊ se habet tanꝗ terminus a quo. Ad aliud dicitur ꝙ ꝑncipium se habet in plus ꝗ causa. Quidam tamen concedunt ꝙ est quodammodo causa materialis ⁊ dispositiua per accidens ꝓ quanto accidit cause materiali. S.T. xij. metha. lec. iij. ⁊ opus. xxxi. ca. i. Ad aliud dicitur ꝙ cognitio rei non dependet ex ꝑncipio ꝑ accidens. ¶ Notãdum ꝑterea ꝙ aristo. docet cognoscere principium qđ est materia que scibilis est fm analogiam. vnde natura q̃ primo subicitur mutationi. i. materia prima non potest sciri per seipsam. Cũ omne qđ cognoscitur cognoscat per suã formã. Materia aũt prima cõsideratur subiecta omni forme sed scitur fm analogiã. i. fm ꝓportionẽ. Si enĩ cognoscimus ꝙ lignũ est aliquid ꝑter formã scãni ⁊ lecti quia quãq; est sub vna forma quãq; sub alia. Cũ ergo id qđ est aer videamus quãq; fieri aquã oportet dicere ꝙ aliquid idẽ existẽs est quandoq; sub forma aeris ⁊ quan-

doqꝫ sub forma aq̄ ⁊ illud est aliquid preter formam aque ⁊ aeris. Id igitur ꝙ se habet ad formas naturales sicut lignum ad formam lecti ⁊ scanni illud dicimus materiam primam. Hoc igitur est vnum principium nature quod non sic vnum est sicut hoc aliquid idest indiuiduum sed dicitur ens inq̄tum est in potentia ad formam. Aliud est principiū scꝫ forma et tertium priuatio que forme contrariatur. ¶ Notādū preterea ꝙ circa priuationem philosophi errauerunt qꝛ non distinxerūt inter priuationē ⁊ materiā. vnde quod est priuationis attribuebant materie. Et qꝛ priuatio ſm se non est ens. Ideo dicebant ꝙ illud quod per se ⁊ fit ex materia simpliciter ⁊ p̄ se fiebat ex non ente. vnde dicebant materiam esse simpliciter no ens Sed dicendū ꝙ priuatio est vnum numero siue subiecto cum materia sed non est vnum ratione siue potentia sicut albuꝫ ⁊ musicum sunt idem subiecto. Et si queratur Quid sit potētia materie ⁊ vtrum sit vna vel plures. Respondet. S. T. lec. xv. ꝙ actus ⁊ potentia diuidunt quodlibet genus entiū vt patet. ix. metha. vnde sicut potentia ad qualitatem non est aliq̄d extra genus qualitatis ita potentia ad esse substātiale non est aliquid extra genus substātie potētia igit̄ materie non est aliqua proprietas addita supra essentiā sed materia ſm suā substātiā est potentia ad esse substātiale ⁊ tñ potētia materie subiecto est vna respectu multarū formarū sed ratione sunt multe potētie ſm habitudinem ad diuersas formas probatur ergo sic primo quia materia non est ens ſm accidens sed priuatio est non ens per hoc enim ꝙ est figuratū signantur non esse. Item materia aliqualiter est qꝛ est in potentia ad rem ⁊ est aliqualiter de substantia rei sed hoc de priuatione dici non potest. Item materia est sicut mater sicut enim mater est causa generationis in recipiendo ita ⁊ materia sed priuatio non pertinet ad constitutionē rei sed magis ad quoddam malum rei qꝛ est penitus non ens cū priuatio Inquit S. T. nichil aliud sit q̄ negatio forme in subiecto ⁊ lec. xiij. dicit ꝙ priuatio que ponitur principium nature per accidens non est aliqua aptitudo ad formā vel inchoatio forme vel aliquod principiū imperfectum actiuum vt quidā dicunt sed est ipsa carentia forme ⁊ est extra totum ens non aūt materia. Quod autem priuatio pertineat ad maluꝫ probat̄ qꝛ forma est quoddā diuinū et optimum diuinū quidē qꝛ omnis forma est quedam participatio similitudinis diuini esse ꝙ est actus purus vnuꝫ quodqꝫ eñ inq̄ntum est actu inq̄tum habet formā. Actus aūt est perfectio potentie ⁊ bonum eius et per consequens sequit̄ ꝙ sit appetibile qꝛ vnuꝫ quodqꝫ appetit suā perfectionem priuatio aūt opponitur forme cū sit remotio eius sed oppositū bono est malū igitur pertinet ad malū ergo non est idē ꝙ materia que est causa rei sicut mater.

¶ Notandū p̄terea pro respōsione ad quesitū ꝙ forma est quoddā bonum vt dictū est ⁊ ideo materia appetit formā. Ex quo pꝫ ꝙ materia non est priuatio quia priuatio forme introducende nō appetit eam qꝛ desinit esse per introductionē eius. Materia vero appetit formam non ſm ꝙ est sub ipsa forma qꝛ iā non indiget esse per eā appetitus autē omnis est propter indigentiam qꝛ non est habiti. Sic ergo materia non est priuatio sed hñs priuationē sicut dicim⁹ ꝙ turpe appetit bonū non ꝙ ipsa turpido appetat bonum sibi contrarium sed ſm accidens qꝛ scꝫ id cui contingit esse turpe appetit esse bonū. Et similiter femina appetit masculum. ¶ Notandum p̄terea ꝙ triplex solet poni appetit⁹ scꝫ naturalis sensitiuus ⁊ intellectiu⁹ vt potest haberi ex multis passibus. S. T. Appetit⁹ naturalis nihil aliud est nisi inclinatio ⁊ ordo rei ad rem sibi conuenientem. vnde nihil aliud est materiā appetere formam q̄ eam ordinari ad formam vt potentiam ad actum. Et q̄uis sub quacunqꝫ forma sit adhuc remanet in potentia ad aliam formam inest ei semper appetitus forme non propter fastidiū forme q̄ habet nec propter hoc ꝙ querat ꝯtraria esse simul sed qꝛ est in potentia ad alias formas dum vnam habet in actu. S. T. i. parte. q. lix. ar. i. ⁊ arti. ij. dicit ꝙ talis appetitus si sit ad esse non differt a re secus autē si sit ad operari vel ad extrinsecum. vnde appetit⁹ lapidis vt sit deorsum est grauitas ⁊ appetitus naturalis quo homo vult finem vltimū est voluntas. Appetitus sensitiuus est ille qui mouetur ex cognitioe sensitiua precita ⁊ diuiditur per concupiscibile ⁊ irascibilem ⁊ potest q̄nqꝫ mediate moueri a ratione. Appetitus autem intellectiuus dicitur voluntas que dicit̄ appetitus rationalis. ¶ Notandū preterea ꝙ aristo. in fine huius primi ostendit quomodo materia corrūpitur ⁊ quomodo non qꝛ ſm ꝙ inq̄tum est ens in potētia est ingenita ⁊ incorruptibilis qꝛ subiectum generatiōis est materia. Si ergo materia generaretur ante materiam esset materia quodammodo tñ corrūpitur scꝫ ſm ꝙ in ea est priuatio vt si dicerem⁹ es infiguratum corrumpi quādo desinit esse infiguratum.

¶ Contra hec arguit̄ primo Auicenna arguit contra verba philosophi vbi dictū est ꝙ materia appetit formam sicut femina virum qꝛ appetitus naturalis non conuenit materie cum non habeat aliquā formā vel virtutē inclinantē ipsam ad aliquē sic em grauie naturaliter appetit locum infimū. Et iste appetitus sequitur formā naturaliter scilicet grauitate. Item si materia appetit formā hoc est qꝛ caret omni forma aut qꝛ appetit multas formas habere simul qđ est impossibile aut qꝛ fastidit formam quā habet ⁊ querit habere aliam ⁊ hoc est vanum. Item dicere materiam appetere formam sicut femina masculum est figurate loquentium scilicet poetarum ⁊ non philosophorū Item non cognoscit forma ergo non appetit formam.

¶ Secūdo appetitus est quidam actus sed materia est pura potentia ergo ipsa non habet appetitū. Itē materia celi non appetit aliam formam.

¶ Tertio Si materia appeteret formam maxime esset quia non habet eam sine ratione priuationis. vñ propter hoc dictum est ꝙ non appetit formam quā habet sed probo ꝙ non qꝛ priuatio est non ens ergo nō est principium appetitus. Item si propter priuationem forme future materia appeteret formam sequeretur ꝙ priuatio inclinaret ad suam corruptionem.

¶ Quarto vel priuatio est ipsa materia vel aliquid ab ea distinctū. Nō primū qꝛ priuatio opponitur forme non autē materia. Itē materia est subiectum forme non autē priuatio. Itē materia est principiū per se ⁊ ingenerabilis non autem priuatio. Nec secūdū quia quocunqꝫ extrinseco secluso adhuc materia est p̄uata forma ergo priuatio materie est materia. Itē si priuatio non esset materia sequeretur ꝙ in qualibet materia essent infinite res distincte quia si mundus fuit ab eterno ista materia nunc caret infinitis formis quas aliquando habuit ergo in ipsa sunt infinite carentie ⁊ priuationes.

¶ Quinto arguitur ꝙ potentia materie non sit ipsa

materia quia potentia materie multiplicat̄ ⁊ nō materia. Primum patet quia alia est potentia ad formā ignis ⁊ alia ad formam aque qꝛ actus distinguūt potentias. Sed ibi sunt diuersi actus qui sunt ipse forme ergo diuerse sunt diuerse potētie. Item si eadem potentia esset qua materia est in potētia ad formam aque ⁊ ignis tunc sequeretur ꝙ reducens vnā actum reduceret ⁊ aliā ⁊ sic generans ignē simul ⁊ semel generaret aquam ⁊ quod esset in potentia ad vnum esset in potentia propinqua ad alterum qđ est falsum licet de remota secus sit. Item tunc in qualibet materia esset potētia ad formā antichristi ⁊ sic aīa antichristi posset esse in materia totius vniuersi. Non eñ potest esse maior ratio de vna parte materie q̄ꝫ de alia ꝙ ipsa sit potētia ad formam antichristi magis q̄ꝫ alia. Item potentia est de predicamento ad aliquid non autē materia sed est de predicamento substātie igitur. Itē potētia ad hanc formam corrumpitur adueniente ista forma non autem materia igitur.

¶ Sexto arguitur ꝙ materia potest cognosci sine forma qꝛ ens est obiectum intellectus sed materia habet rationē entis ergo materia sine alio est cognoscibilis forte dicis ꝙ materia est pura potentia ⁊ nō est ens. Contra Sequeretur ꝙ generatio esset ex nihilo qꝛ est ex materia que est non ens. Item quod nichil est non potest esse subiectū transmutationis ergo materia non est nihil. Item substātia nō componit̄ ex nō ente. Sed substātia cōponitur ex materia ⁊ forma ergo materia est ens. forte dicis ꝙ est ens in potentia pura. Cōtra oīs distinctio est per aliquē actū sed materia distinguitur a forma ergo habet aliquem actū. Item materia est ens naturale ergo habet aliquem motū ⁊ per consequens habet aliquē actum. Itē materia ē formaliter substātia ergo est substātia in actu.

¶ Ad primum dicendū ſm. S. T. hic ꝙ omne quod appetit aliquid vel cognoscit ipsum ⁊ se ordinat in illud vel tendit in ipsum ex ordinatione ⁊ directione ⁊ cognitione alicuius cognoscentis sicut sagitta tendit ad signū ex directione sagittantis non solū autē aliquid ordinatur in suū finē per virtutē actiuam suā sed materia ſm ꝙ est in potētia ordinatur in finē suū qui est ipsa forma. Et sic dico ꝙ appetitus naturalis non semper consequitur formam in entibus potētialibus. Ad aliud dictum est in corpore appetit eñ qꝛ est ens perfectibile per formā vel qꝛ ad hoc ordinata est vt formā suscipiat. Ad aliud dr̄ ꝙ aristo. hic cōtra platonē loquit̄ q̄ talibus locutionibꝰ methaphoricis vtebat̄. Ad aliud negat̄ ꝯña qꝛ appetitus naturalis non requirit cognitionem preuiā appetentis.

¶ Ad secundū dicit̄ ꝙ nō omnis appetitus est actus Et si queratur An appetitus materie sit tantū ens in potentia sine ipsa materia dicendū ꝙ sic. Si enim appetitus distingueretur a materia tūc esset accidēs inherens materie ante formam substantialem ⁊ iterum appeteret̄ ab ipsa materia talis appetitus. Sed contra Manente materia appetitus corrūpitur ergo non est appetitus patet ꝯña quia sic aristoteles probauit priuationē nō est materiam aūs patet qꝛ hn̄s formam non amplius appetit ipsam nisi forte appetitu cōplacentie ⁊ post corruptionem non appetit quia appetitus nō est impossibiliū. vnde propter hoc dicit̄ ꝙ materia mea non appetit formā vestrā. Item appetitus est ad aliud nec ponitur in diffinitione materie ergo non est de essentia eius videtur enim dicere respectum. Item arguitur sic expositorie. Hec materia appetit formam ⁊ hic appetitus non appetit formam ergo hic appetitus nō est hec materia. Ad hec dicitur ꝙ aliquis appetitus naturalis distinguit̄ ab appetitu materie qꝛ aliquis est appetitus naturalis totius cōpositi. Secundo dicitur ꝙ appetitus supra materiam importat quendam respectum rationis. Nichil tamen reale dicit preter materiam De celo dicitur ꝙ sicut materia celi non habet priuationem annexam ita non appetit formam.

¶ Ad tertiū dicitur ꝙ materia appetit formā qꝛ per vnā eius potentia nō completur vel quia perficit̄ per eam ⁊ qꝛ ordinatur ad eam potest tñ dici qđ non ens aliquomodo causa appetitꝰ licet nō principalis. Priuatio etiā potest aliquomodo dici ens vt dictū est in logica. Ad aliud dicit̄ ꝙ ex consequenti ⁊ tāq̄ꝫ causa per accidens aliquid est causa sue corruptionis. Si dicas priuatio cōtrariat̄ forma ergo nō est causa appetēdi causa. Item post corruptionem forme est in materia priuatio ergo materia appeteret formā corruptam. Dicendū ꝙ contrariū priuatiuū p̄dicto modo est causa appetēdi reliquū. Ad aliud dicūt q̄dā ꝙ p̄ter priuationē requirit̄ potētia ad talem formam.

¶ Ad quartū dicitur ꝙ priuatio realiter differt a materia sicut cecitas realiter differt a visu eo modo quo supra dictum est. Et dico ꝙ secluso omni extrinseco positiuo ⁊ priuatiuo a materia ipsa non esset priuata forma nec haberet aptitudinē ad eā. Ad aliđ dicitur ꝙ materia nō habet nisi vnā priuationē qua est priuata omnibꝰ formis preteritis. Et si dicat̄ ista materia nunc est priuata forma a ⁊ tamen non est priuata forma b. ergo nō est eadē priuatio ad illas duas formas Negatur consequētia sed sequit̄ ꝙ priuatio materie non se extendit ad istam formam vel dicatur sicut dictum est in logica de patre habente plures filios.

¶ Ad quintum dicitur ꝙ propter hoc argumentum Quidam auerroiste tenēt ꝙ potentia materie distinguitur realiter a materia. Sed contra sicut se habet primū ens actu ad esse actu ita se habet primū ens in potentia ad esse in potentia sed primum ens est in actu per suam essentiā ergo et prima potentia est in potentia per suā essentiam. Item nichil substātiatur per accidens sibi sed materia substātiatur per potentiam ſm cōmen. in de substātia orbis igit̄ forte dicis ꝙ materia substantiat̄ per posse sic sez ꝙ cognoscit̄ per suū posse quod tñ non est ipsa sed se habet vt passio eius. Cōtra. Si ista passio distingueret̄ realiter a materia sequeretur ꝙ in materia essent infinite entitates actu qꝛ materia ē in potētia ad diuersas formas ⁊ infinitas. Respondēt ꝙ materia prima nunc habet infinitas potētias. Contra sequeret̄ ꝙ materia non posset perfecte cognosci. Itē p̄ eos potentia materie videt̄ corrūpi adueniente ista forma q̄ꝫ aliqđ ens reale quod fuit ab eterno desinit esse. Item ſm phm̄. iij. phi. est incōueniens ꝙ actu sint infinita accidētia ergo impossibile est ꝙ in materia sint actu infinite potētie. Dicunt ꝙ aristoteles non reprobat infinitum secundum multitudinem sed contra omnis numerus est in aliqua specie numeri ergo oēs potentie collectiue sunt due vel tres vel quattuor. Dicendum ergo cum sancto thoma ꝙ potentia materie est ipsa materia. vnde in. i. d. iij. q. iiij. ar. ⁊ ad. iiij. dicit ꝙ si per potentiam passiuam intelligatur relatio vel ordo materie ad formā tunc materia non est sua potentia quia essentia materie non est relatio. Si autem intelligatur potētia ſm ꝙ est principiū in gn̄e substantie. Et sic

materia est sua potentia passiua. Et per hanc distinctionē possunt solui argumēta. vnde S. T. dicit hic q posse sanari ⁊ posse infirmari sunt subiecto vna potentia licet differāt sm rationem. S. T. opus. xlviij. dicit oēs formas substantiales vnius esse gnīs ⁊ ideo est vna potētia licet differunt specie actus sicut potē tia visiua est vna potest tñ dici q plures sunt potentie proxime sed vna est remota potentia cū proxima dicit dispositionem ⁊ quidam dicūt hoc sentire auerro in sōcinas. vij. metha. q. vi. Et nego q potentia sit adequate de predicamento ad aliquid ymo in quolibet predicamento reperitur potentia ⁊ actus.

¶ Ad sextum dicitur pmo q aliquid est obiectū alicuius potentie ⁊ tñ non oporter q quicqd continetur sub eo perfecte cognoscatur qñ illud nō est pfecte cognoscibile. vnde quilibet color sufficit mouere visuz ⁊ ideo quilibet est a visu perceptibilis sed nō quodlibet ens sufficit mouere intellectum. Ad aliud dicit q materia est pura potentia sic q de se nullū habet esse existentie licet sit quedā partialis essentia incompleta. Nec oportet omē distinctū ab alio habere in se actum existentie. Non dico tñ q materia sit purum nichil sed est ens in potentia ⁊ est subiectū generationis: ⁊ ideo aliquomodo potest dici ens naturale et non mathematicū nec phisicum sed de hijs alias vbi declarabitur vtrū materia possit esse sine forma. Est etiam materia ens naturale pro quanto per se pertinet ad considerationē rei naturalis tñ non est ens naturale cōpletū. Dubitant quidam quomodo priuatio potest esse idem numero cū materia ⁊ tñ differt ratione siue specie. Quecūqz enī differunt specie differūt numero. Itē priuatio nō est in specie nisi forte reductiue ⁊ tunc est in specie in qua reponit totum cōpositum vel habitus sibi oppositus f. licet forma sed materia est reductiue in eadem specie ergo materia et priuatio sunt in eadem specie reductiue. Item priuatio non est accidens ergo est substantia ⁊ non nisi materia igitur. Item in priuatione non sunt nisi duo scilicet negatio forme ⁊ aptitudo ⁊ q primum sit materia quia hec est vera materia est non forma.

¶ Ad primū dicit negādo illā maximā de hijs q sūt idē nūero subiecto. Ad aliud dr q priuatio iproprie differt ipē sed distiguit rōe sicut cecitas. Seclusa tñ operatione itellect⁹ adhuc materia nō est priuatio lz sit priuata. Ad aliud negat ɔña. Ad aliud dr q materia non est nō forma formaliter sed materialiter.

¶ Ad argumētum capitale Cum inquiritur ex quo materia appetit formā propter suā perfectionem qr per perfectiorē formā pfectius habet esse videtur q non debeat appetere formā imperfectiorem. Item qñ aduenit sibi alia forma tūc pdit primū esse existētie ergo corrumpitur p accidens. Hic dicitur q vna forma nō dat materie oīa esse substātialia. Et ideo quādo est sub vna adhuc appetit aliā qr sub vna non potest semper manere oēs enī res habens materiā admixtā priuationi corruptibilis est. Et ad hoc sequit per accidēs materiā esse corruptibilē vt dictum est.

Ad quartū sic procedit videt q forma substātialis ante gñationē rei sit in materia sm esse formale formabile qa forma rei subālis nō fit ex nihilo qr alias crearetur ergo aliquid eius pfuit sed ipsa est indiuisibilis ergo prefuit in materia sm totam suā essentiam Sed cōtra Tunc nihil generaret de nouo qr materia ⁊ forma rei naturalis prefuissent.

¶ Respondeo dicendū q aliquid est in alio multipliciter scz virtualiter ⁊ sic dicimus caliditatē esse in vino frigido. Alio modo formaliter et sic albedo est in albo. Et istud esse formale aliquando dicit formabile pro quāto istud esse formale potest perfici ⁊ cōpleri. ¶ Notandū preterea q quidā putant albertum magnuz posuisse formam prefuisse sm esse formale formabile ante rei generatione qr ipse ca. xv. trac. ij. dicit q forma que educitur de potentia sm suam essentiam est in materia potentia habituali sed confusa ⁊ indeterminata. Et in codē ca. dicit sm peripatheticorum perfectam sententiā q forma est in materia per essentiam confusam ⁊ ipsa est eadē numero extra p virtutem formatiuā immissam in materiā quā tangit agens aut mediate aut immediate. Quibusdā non placet albertū fuisse hui⁹ snie vnde p essentiā cōfusā forme nō intelligit nisi ipsā aptitudinem materie ad formā quequide aptitudo non est entitas realiter distincta a materia. ¶ Notādum preterea vt habet. S. T. pma q. Quidā posuerūt formas nō incipere p actionē nature sed tantū latitare vt anaxagoras qr eū forme pre existūt in materia in potentia posuerūt eas simpliciter pexistere. Alij vero posuerūt foras creari ab agente separato Sed dicendū q forme nō proprie fiunt partim tñ sunt ad intra ⁊ partim extra Compositum vero substantiale proprie est generabile ⁊ corruptibile. Primū patet qr nō per se subsistūt nihil aute potest terminare actū pductionis nisi subsistat. Non est tñ intelligendū q forma habeat diuersas partes ⁊ q sm vnam sit in materia et sm aliam extra materiam sed dicit tota esse ab intra ⁊ tota ab extra sm diuersa esse ipsius forme qr sm esse potentiale cōfusum ⁊ indeterminatum est ab intra sed secundum esse distinctum ⁊ determinatum ad certum speciem est tota ab efficiente extrinseco. ¶ Notandū preterea sm philosophum hic q quidā antiquorum dixerunt q nihil generatur nec corrūpitur. vnde quidam negauerunt omnē formā substātialē. vnde hoc erat argumentū eorū qr si ens fit aut fit ex ente aut ex non ente. Nō primū qr id qđ est nō fit nihil enī est anteq̄ fiat sed ens iā ē ergo non fit. Nec secundū qr oportet aliquid subiici ⁊ quod fit ergo ex non ente nihil fit. Hic respondet philosophus ⁊. S. T. lec. xiiij. q cum dicit aliquid facere aut pati hoc potest intelligi dupliciter scilicet per se ⁊ per accidens. Exemplū medicus edificat. Et si queratur quis est sensus huius medicus sanat per se. Dicendum q sensus ē medicus inq̄tum medicus sanat. Et ita dicatur aliquid fit ex non ente per se. i. inq̄tum est non ens. Dicendū est ergo q ex non ente nichil fit simpliciter et per se sed solum sm accidens quia res naturalis non est ex priuatione quia priuatio non intrat essentiam rei facte. Sic etiam figuratum non fit ex infigurato per se sed per accidens. Similiter dicendum est q ex ente fit aliquid per accidens et non per se vt quando ex equo generatur canis tunc ex aīali fit aīal non per se sed per accidens. Non enim fit inq̄tum est aīal sed inq̄tum est hoc aīal pmū patet qr iam aīal erat actu anteq̄ fiat canis. Et ideo dicit. S. T. q per se iste canis fit ex hoc non animali. i. ex non cane. Et similiter si animal fieret per se oporteret q fieret ex nō animali. Nō autem fieret simpliciter ex nō ente sed ex nō ente tali sed accidit ei quod non est tale q sit ens. vnde non fit aliquid per se ex ente nec per se ex non ente quia nichil fit ex ente inquantum huiusmo-

di nec ex nõ ente inquātum hmõi sed iste mod⁹ sol=
uendi videtur insufficiēs si enī fit ens per accidēs
ex ente et ex non ente opꝫ ponere aliqd ex quo fiat
ens per se qꝛ omne quod est per accidēs reducitur ad
aliquid quod est per se. Ideo dicendum ꝙ ex ente
in potentia fit aliquid ꝑ se. Ex ente aūt in actu: actu
vel ex non ente fit aliquid per accidens Exemplum
primi vt ex materia fit aliquid per se. Ex priuatione
autem vel forma precedente fit aliquid per accidēs
pro quanto materie accidit priuatio vel forma pre=
cedens. Cum ergo priuatio semper sit principium ꝑ
accidens figuratum non fit ex infigurato per se. Nec
ens fit aliquid per se ex non ente hoc nec canis fit ꝑ
se ex non cane quia non cania dicit priuationem qua
dam. Sed contra lec. 10. dictum est ꝙ album fit per
se ex nõ albo quod est nigrū vel medius color ergo
aliquid fit per se ex negatione vel priuatiõe vel for
ma contraria dicendum ꝙ fit per se ex non albo nõ
ratione priuationis sed ratione subiecti.

Conclusio responsiua. Forma rei gñande preexi=
stit in materia in potentia remota et aliquando ī po
tentia propinqua sꝫ scd̃m esse formale nõ preexistit
Primum pꝫ quia forme educibiles de materia pre
existunt in ea potentialiter scd̃m pꝫ quando mate=
ria iam est per qualitates disposita ad formam ter=
tium probatur qꝛ si forma preexistat vel ergo illud
preexistens est res distincta a materia aut ipsa ma=
teria vel realiter est ipsa forma. Si primū tunc ex il
lo et materia fieret vnū per se vel vnū per accidens
Non primū qꝛ omne tale est terminus generationis
et per ꝯñs non preexistit gñationi. Nec scd̃m qꝛ tūc
sequitur ꝙ ens per accidens sit prius ente per se.
Item sequeretur ꝙ in eadē parte materie esset in=
finite entitatis ab ea distincte. Et idē potest inferri
si dicatur ꝙ illud preexistens ē ipsa forma imo tūc
habetur ꝙ simul in eadem materia sunt plures for=
me quod sic impugnat. S. T. opusc. 45. quia omnes
forme subãles sūt eiusdē generis sꝫ pl̃es forme eius
dem gñis non possunt esse simul vt pꝫ in figuris.
Non enim idem est simul semel figuratum diuersis
figuris ergo maiorem probat quia ille forme sunt
eiusdem generis phisici inter quas est transmutatio
per se ita scilicet ꝙ vna sit per se terminus a quo
et alia terminus ad quē vnde quando album mu=
tatur in nigrum hoc est per se sed quando albū mu=
tatur in dulce hoc est per accidens quia albū ⁊ dul=
ce non sūt eiusdem generis. Nec potest dici ꝙ illud
preexistens sit ipsa materia quia materia nõ est for
male ipsius forme sed est pura potentia. Forte dicis
ꝙ illud preexistens est vnum numero respectu om
nium formarum. Et ideo non sequitur ꝙ in mate=
ria preexistant infinite formalitates. Contra seque=
retur ꝙ idem numero esset formale aque et forma=
le ignis. Item per generationem forma habet esse
ergo non prefuit Item sequeretur ꝙ forma substan
tialis intenderetur quia procedit de esse imperfe=
cto ad esse perfectum secundum istos quia ante ge
nerationem rei forma prefuit secundum esse imper
fectum in generatione autem perficitur. Item tūc
anima rationalis secundum suū esse formale esset
in materia ante creationem.

Contra hec arguitur Quando animal anulosum
diuiditur tunc in qualiber parte est forma substan
tialis in actu. Et tamen prius fuit secundum essen=
tiam quod est esse formale eius ergo non inconue=
nit formam prefuisse generationi vnde. S. T. dicit ꝙ
quando ramus auellitur ab arbore non aduenit no=
ua forma vegetabilis sed eadem essentia que erat
in arbore in actu vna ꝑ diuisionē fit multiplex ⁊ mul
ta actu. Item sequeretur ꝙ introductio forme in
materia esset violenta patet cõ sequētia qꝛ nichil
forme prefuit ergo tota est ab extrinseco violentū
enim est cuius principium est extra passo non confe
rente vim modo manifestum est ꝙ materia non con
fert vim quia materia non est actiua.

Secundo forma est perfectior materia sed mate
ria est incorruptibilis ⁊ semper fuit ergo forma se=
per fuit Item forma dicitur prefuisse in potentia sꝫ
ibi per potentiam nõ intelligitur materia quia for
ma non fuit in materia ergo potentia est aliquid ip=
sius forme aliud a materia Item quod erat in po=
tentia fit in actu ab agente sed hec est forma ergo for
ma prius habebat esse potentiale sed esse potentia=
le est reale ergo habebat esse reale. Item nichil edu
citur de aliquo nisi sit in illo sed forma educitur de
materia ergo erat in materia.

Tertio forma non fit ꝑ se ex materia nec ex pri=
uatione cū nullū istorū sit pars eius ergo si fiat fit
ex nichilo cuius oppositū dicunt phi naturales.
Item ab eterno hec erat vera sortes est homo ergo
forma sortis secundū essentiā fuit ab eterno. It ex
vnūquodqꝫ intelligibile scd̃m ꝙ ē in actu sed ante rei ꝓ
ductionem potest intelligi ergo est in actu. Item for
ma ante rei productionem non est nichil alias non
esset magis in potentia ꝙ chimera ergo est aliquid
immo tāta essentia forme inducenda prefuit vt vide
tur ex capreolo in primo dis. 8. q. 2.

Quarto stat formā esse ante rei generationem er
go potest prefuisse in materia añs patet quia anima
rationalis potest a deo creari priusꝙ sortes genere=
tur et aīa asini est in corde priusꝙ totus asinus pro
ducatur. Dicunt eniꝫ ꝙ cor est illud qḋ primo gñat
Item effectus est in sua causa ergo forma preexiste
bat in materia qꝛ ipsa est aliquo modo causa forme

Quinto videmus ignē exire in ꝑcussione silicis
a calibe ergo preexistebat ibi. Item quando hõ mo
ritur ibi est forma cadaueris sꝫ nichil ibi est qḋ eā
subito producat ergo prefuit. Item plutarchus po=
nit argumentum anaxagore qꝛ cibo eodem alitur ca
pillus vena neruꝰ ergo necesse ē dicere in cibo esse ali
quid ex quo omnia ista fiant nisi enim forme aliquo=
modo preessent in rebus vt puta in seminibus nul=
la esset ratio quare potius ex vno semine educeret
vna forma ꝙ alia. Item. S. T. in. 2. di. 18 q. 1. ar. 2.
ponit rationes seminales sed iste non videntur esse
nisi forma producenda vnde. S. T. ibideꝫ ponit for
me inchoationem.

Sexto. Ois appetitus fit ratione alicuius simili=
tudinis sed materia appetit formā introducendam
ergo in ipsa est aliquid per quod assimiletur forme
et hoc non est nisi forma futura scd̃m esse imperfe=
ctum igitur. Itē forma muli non potest produci ab
aliquo agente naturali ergo ipsa prefuit in materia
añs pꝫ qꝛ natura nõ agit nisi sibi simile sꝫ neqꝫ equ⁹
neqꝫ asinus sunt similes in spē mulo ergo nõ possūt
ipsum producere. Item capreolus in. 1. d. 8. dicit ꝙ
potentia ad formā accidentalē est ipsamet forma.
Sed potētia semꝑ est in ipsa re ergo forma accidē=
talis prefuit in re anteꝙ produceretur forte negas
maiorē qꝛ contrariorum est eadē potentia ergo potē

tia ad calorem non est calor.

¶ Ad primum dicit. Capriolus in. 2. d. 17. q̃ scḋm S. T. forme substātiales nō preexistunt in materia actu scḋm se totas nec secundū aliquā sui partem ante productionē cōpositi. Secūdo dicit q̃ nō est in cōuenientē essentiā alicuius forme substātialis prius duretiue fuisse in materia q̃ daret esse cōposito vel materia ꝛ hoc habet in. S. T. opus. de natura materie quod tamen dubitat esse sancti thome vbi dicit. Capriol⁹ q̃ ex quo hō est substātia quāta iō in ipso est essentia alicuius forme a qua originet̃ quātitas ꝛ ad quā terminet̃ illa aūt forma nō est aīa intellectiua q̃ nullo modo est quāta ergo preter eā in homine est essentia alterius forme ad quā nō sequit̃ esse ꝛ q̃ nō det esse actu sed talis forma postea pot dare esse. ¶ Pro quo sciendū inquit. S. T. q̃ materia est in potētia ad oēs formas que de ea educi possūt vn̄ quanto magis ad plures earum simul accedit tanto plus perficitur eius potētia ꝛ ideo in elementis materia minime ē perfecta q̃ solū forma vnius elemēti pficitur s; in corporibus mixtis magis est pfecta ibi enim cum forma mixti manēt oēs forme elementorum virtute tm̄. Supra aūt ista sunt aīata ꝛ precipue homo cuius aīa indiuisibilis est ꝛ p se ꝛ p accidens. Et ideo preter eā reperitur alia forma a qua quātitas dependet. Tenet̃ g̃. S. T. plures formas substātiales esse simul in eadē materia scḋm essentiā sed nō scḋm esse ꝓpriū. Sed si quis aliter velit dicere. Dico q̃ in diuersis ptibus aīalis aīuloru sūt diuerse ptes totius forme que nō habent propriū esse existentie nisi per diuisionē per quā res nō proprie generatur. Ideo dico q̃ in gñatione proprie dicta nichil forme prefuit in ipsa materia. Nec sequitur q̃ ei⁹ introductio sit violenta vt dicit. S. T. in. 2. quia materia est in potentia passiua ad formā et coadiuuat ad generationem inquantum est habilis ad recipiendum talem actionem que etiā habilitas appetitus materie ꝛ inchoatio forme dicitur. Sed contra. Si sufficiat principium passiuū ad hoc q̃ motus sit naturalis sequeretur q̃ nullus esset motus violētus. Quidam hoc concedūt respectu materie s; solum respectu forme. Sed potest dici q̃ ad motū naturalē non sufficit potētia passiua s; op; q̃ sit inclinatio naturalis. Notandū tm̄ q̃ aliquādo forma preexistit scḋm aliquod principiū actiuū vt p; de aīa vegetabili et sensibili que p̄existit in semie vt ponit. S. T. opus. 32. ¶ Aliscḋm dicitur q̃ incorruptibile p se existens vt celū pfectius est. Ad aliud dico q̃ forma dicitur prefuisse in potentia materie pro quāto erat ad ipsam inclinata et poterat p agens naturale educi. Et scḋm hoc potest dici q̃ forma aliquo mō erat in materia ante generationem. Sed contra Sequeretur q̃ eius eductio esset alteratio p; q̃ nō cōpiete p̄existit et postmodū cōpletur. Dicendu; q̃ forma quādo educitur non perficitur aliquo exterio ei addito. Nec sequitur q̃ sit alteratio q̃ esse i potētia ꝛ esse in actu non dicunt diuersos modos accidētales vt dicit. S. T. de potētia. q. 3. ar. 8. ad. 12. Et per hoc patet ad aliud. Ad aliud dicit. S. T. ibidem ad octauū q̃ forma que est generationis terminus erat in materia ante generationem completam non in actu sed in potentia.

¶ Ad tertiū dicitur q̃ nulla forma ꝓprie fit S; eōtra Anima rōnalis proprie creat̃. Et similiter gratia respōdet. S. T. ibide; q̃ gr̄a non ꝓprie creatur De aīa tn̄ rationali secus est q̃ ipsa per se subsistit. Ad aliud cap. in. 2. dicit esse probabile res fuisse ab eterno scḋm esse essētie. Et scḋm hoc videretur dicendū formā prefuisse vel aliter dicendū q̃ ista semper fuit vera sortes est hō tamē ex hoc non sequit̃ eius formā semp fuisse in materia q̃ veritas illi⁹ est ex cōnexione terminorū. Ad aliud dicitur q̃ icia dei ē etiā nō entium vt dicit. S. T. 1. parte. Ad aliud dicitur q̃ vnū nichil in existendo est magis producibile pro quanto potest pticipare rationem entis.

¶ Ad quartū dico q̃ naturaliter hoc non est possibile Ad aliud dico q̃ ante primā rei generationem nichil forme prefuit scḋm esse formale.

¶ Ad quintū dico q̃ iste forme subito de nouo causantur. Ad aliud dicitur q̃ forme p̄fuerūt i potētia De rationibus seminalibus dicitur a S. T. ibide; q̃ rationes seminales dicuntur virtutes actiue vt calor et frigus et virtus solis.

¶ Ad sextū dicitur q̃ quedā est similitudo i proprie dicta et illa non fundatur in aliqua forma sed in ꝓportione vnius rei ad aliam. Preterea concedo vt dictum est q̃ ex vno semine non potest produci quecunq; forma quoniam in semine ponitur vis actiua ad vnam formam de mulo dicit S. T. q̃ sufficit q̃ ē similis in genere proximo cū equo vel asino.

¶ Ad quintū dicit ꝙ ari. nunq̄ȝ probauit corpora naturalia habere in se principiū motus sed bene ꝓbauit ꝙ habent principium motus distinctum a se ⁊ probauit ꝙ elementa habēt grauitatem ⁊ leuitatem distinctam ab elementis quod tamen erat dubium apud antiquos. Queritur quare ī diffinitiōe nature postq̄ȝ dicitur primum super additur per se ⁊ non secundum accidens. Dicendum ꝙ natura dicitur esse principium motus primum. i. non mediante alio presupposito deinde dicitur per se. Et additur non secundum accidens quia per se capitur dupliciter hic autem sumitur vt distinguitur contra per accidens.

¶ Ad sextum negatur maior quia materia est ī potentia ad naturam idest ad formam que est eius actus. Ad aliud dicitur ꝙ forma non accidit materie quia materia et forma habent idem esse. Similiter solet dici de partibus hominis. Sed tūc queritur in qua materia est ista. Materia est informata hac forma. Dicitur ꝙ in materia contingenti.

¶ Ad aliud dicitur ꝙ natura fundamentaliter est ens absolutum. Nec inconuenit eiusdem rei esse duas naturas incompletas. Sed nōne humanitas est natura. Dicitur ꝙ non quia non est primum principium motus sed compositum.

Ad secundū sic proceditur videtur ꝙ artificialia non distinguantur a naturalibus ſm rem quia artificialia habent in se principia pria motus ⁊c. ergo nō differunt a naturalibus antecedēs patet de horologio quod per se mouetur. Sed cōtra est philosophus. S. T. hic et opus xxxi. c. j. ⁊ opus. xxxiij.

¶ Respondeo dicēdum ꝙ res artificialis est res facta ab intellectu practico ⁊ quidam addunt cū voluntate libera vel quod est res facta aliqualiter se habere qualiter se nō haberet vel plures res facte aliqualiter se habere qualiter se non haberent si intellectus non concurreret cum voluntate libera. et hoc ponunt nominales dicentes res artificiales nō differre realiter a rebus naturalibus nec figuram a re figurata. Et si queratur ab eis quid est res naturalis dicunt ꝙ quadrupliciter capitur Primo pro re cōposita ex materia ⁊ forma substantiali secūdo pro ipsa natura tercio pro dispositione conueniēti forme ⁊ sic caliditas est naturalis respectu ignis. quarto ꝓ qualitate conueniente materie. Et sic diceret ꝙ caliditas est naturalis materie aque licet disconueniat sue forme. ¶ Contra hāc opinionem arguitur quia sequeretur ꝙ omnis res que mouet esset artificialis ⁊ similiter intellectus quādo intelligit quia aliter se habet qualit̄ se nō haberet. Itē Aristoteles. xij. metha. T. c. xliiij. loquens de scientiis mathematicis dicit ꝙ ipsi de nulla substantia cōsiderant. Sed hoc esset falsum si quantitas quā considerant nō distingueretur a re quanta sed figura est passio quantitatis igitur distinguit̄ a substātia. Itē illud aliter se habere a parte rei vł aliquid dicit preter subām rei vel nō. Si scđꝫ ergo lapides et ligna semp sunt domus quia hoc nomen domus non significat nisi lapides ⁊ ligna. Sed dicas ꝙ cū hoc cōnotat ꝙ aliter se habeāt. Tunc q̄ro pro quo supponit subm̄ in hac propositione taliter se habere est connotatū per hoc nomen domus. Si dicas ꝙ ꝓ lapidibus ⁊ lignis precise ergo prius ista erat vera lapides ⁊ ligna sunt domus vel eadem facilitate diceretur ꝙ noticia nō distinguitur ab anima Diceretur enim ꝙ aīa dicitur cognoscens per hoc ꝙ aliter se habet absq̄ȝ aliquo accidente. Item. vj. ethi. ars ē habitus factiuus ergo edificator aliq̄d facit ⁊ nō rē artificialē ergo aliquam aliā formam scꝫ figurā. Quidā hic dicūt ꝙ facit complexe significabile ⁊ sic complexe significabilis venderentur que tamen secundum gregorium nō sunt aliq̄d existens Item figura est in predicamento qualitatis ergo est accidēs. Item edificatio est transmutatio realis ergo habet terminum realem preter rem naturalem. Item res naturalis manet sine artificio: quia es manet es destructa statua ergo distinguit̄ Item quare daretur pecunia sutori nisi aliquid faceret. Secundū istos enim posset vere iurare corā iudice. Iste nunq̄ȝ fecit aliquid pro me. Item scientia ⁊ virtutes sunt res artificiales que tamē distinguntur a naturalibus. Item secundū phm̄ naturalia habent principiū motus innatum ⁊ per hoc dicit ꝙ differunt ab artificialibus. Sed hoc quidaꝫ exponit dicens ꝙ alia est ratio huius termini artificiale ⁊ huius termini naturale. Sed tunc queritur quō ex illo sequit̄ ꝙ natura est principium motus: quod Aristoteles per hoc intendit probare. Ideo dicitur ꝙ omnis forma artificialis distinguitur a re naturali vt forma domus distinguitur realiter a lapidibus ⁊ lignis ⁊ omnis figura distinguitur realiter a re figurata. ¶ Contra hec arguitur. Prīo contra differentiā inter artificialia ⁊ naturalia qꝛ sicut naturalia habent principium sui motus passiuum ita etiam artificialia qꝛ moueri possunt. Si dicas ꝙ passiuū nō sufficit. Cōtra gñatio sortis est et naturalis ⁊ tamē nō habet in se nisi prīcipiū passi-

uuz. Item Sanatio fortis est artificialis: ⁊ tamen
est primo ⁊ per se ab arte que est in forte supposito
ꝙ sit medicus ergo est primo ⁊ per se ab eo qđ est in
erinsecum. Forte dicis ꝙ sanatio nō est ab arte sed
est prima natura qꝛ nullꝰ posset p solā artē sanari si
naturalia essent ī eo totaliter destructa. Cōtra nul
lū artificiale est a natura. ¶ Scđo. Ens artificiale
inꝗ̄stum huiusmodi includit ens naturale vt ferra
inꝗ̄stū hmōi est ferrea sed omne ferreū inꝗ̄stū hmōi
habet principiū motus ⁊ quietis ergo res artificia
lia habet principiū motus ⁊ quietis. Itē ars saltā
di est pricipiū motus. Et similiter ars militaris ꝙ
docet ordiate ambulare. Item nauis habet ab ar
te principiū sui motus ⁊ non inꝗ̄stum ens naturale
quia nauis non est ens naturale ergo inꝗ̄stum ens
artificiale ars enim disponit nauem vt facile mobi
lis sit. Item Omne intelligibile habet naturā. sed
artificialia sunt intelligibilia ergo habent motū.

¶ Tercio arguitur ꝙ artificialia non distinguant
a naturalibus quia si forma domus distinguitur a
lapidibus ⁊ lignis vel ergo est tota in toto ⁊ tota ī
qualibet parte vel tota ī toto ⁊ pars ī parte sꝫ neu
trū est dicendū ergo ⁊c. Non pimū qꝛ nullū accidēs
materiale est totū in qualibet parte sicut neqꝫ quan
tuas. Item tūc quelibet pars domus esset domus
Si sm aut quelibet pars illius prefuit aut ꝗlibet
pars fit de nouo. Si pimū ergo nihil fit de nouo ꝗ̄n
do domus fit. Si sm ergo quando domus fit quilꝫ
lapis per solū motū localē acꝗrit aliqđ absolutum
pmanens quod prius non habuit ⁊ due figure ecīnt
in eadē parte adequate sed hoc est falsum ymo ali
quis lapis potest fieri pars domus sine quocunqꝫ
motu ⁊ aliquando fit figura per ablationē partiuꝫ
solum. Item forma domus acquiritur ī instāti vel
successiue. Non primū/ qꝛ est cōtra sensum. Nō sm/
quia tunc introductio forme artificialis esset alte
ratio. Item preseruet deus formam domus corru
ptis lignis ⁊ lapidibus ⁊ sequitur ꝙ erit aliqua do
mus sine lignis ⁊ lapidibus. Quod si cōcedas que
ro quomodo preseruabit a pluuia.

¶ Quarto vel forma domus est diuisibilis vel īdi
uisibilis. Si primum tum illa non possit esse nisi in
materia vl' forma vel composito que omnia sunt di
uisibilia secundum trinam dimēsionem sequitur ꝙ
forma domus erit in profunditate lignorum quod
est contra cōmē. dicentem ꝙ natura agit in corpo
re toto ars vero ī extremitatibus eius. Item si for
ma domus est subiectiue ī lapidibus ⁊ lignis ergo
idem accidēs erit in subiectis specie distictis. Itē
separet deus formam domꝰ a lapidibus ⁊ lignis si
ne motu locali eorum ⁊ tunc queritur an hoc sit do
mus vel non. Si primum habetur intentum. Si se
cundum Cōtra adhuc hic sunt paries tectū ⁊ fun
damentū eodē mō disposita sicut priꝰ ꝗ̄ sunt domꝰ.

¶ Quinto figura nō distinguitur a re figurata sed
artificialia addunt supra naturalia tantū figuram
igitur añs patet. Tum primo quia si distinguitur a
re figurata aut ergo est accidens respectiuum vel
quantitas continua vel qualitas sed non primū qꝛ
figura est ī quarta specie ꝗlitatis. Nec sm quia ad
quantitatē cōtinuā est per se motus non autem ad
figuram. Itēꝫ nulla figura est per se diuisibilis sed
ois quātitas ē per se diuisibilis igitur. Nec terciū
patet/ qꝛ figura est que terminis vl' termino claudi
tur sed ois subā quāta est hmōi igitur. Itē figura
est superficies: ergo añs patet: qꝛ sm phm. v. metha.
T. C. xxxiij. Superficies plana est genus figurarum
planarū et corporea corpaliū ⁊ ratione assignat: qꝛ
omnis figura aut est plana aut corporea. Item geo
metra volens quadrare circulum non capit circulū
pro aliqua ꝗlitate vl linea sꝫ pro superficie vl' area.

¶ Sexto. Tunc deus posset facere corpus quantū
sine figura. Item tunc rei permanentis daretur vl
timum esse quod patet ponendo ꝙ agens incipiat
corrumpere figuram per remotionē de presenti tūc
illa figura est et nunqꝫ postea erit.

¶ Septimo angulus non distinguitur ab extremo
lapide domus ergo neqꝫ tota figura domus a lapi
dibus ⁊ lignis añs patet qꝛ si distiguitur vel est cō
tactus linearum incidentiū ⁊ hoc nō qꝛ per eundē
cōtactū linearū potest cōsurgere primo angulus re
ctus postea per motum vnius altero extremorū fi
ro fiet acutus ⁊ postea obtusus qui differūt specie
igitur. Item nullus contactus lineaꝝ est maior al
tero qꝛ omnis talis est in puncto sed vnus angulꝰ
est maior alio igitur. Nec āgulus est superficies siue
spacium interceptū: quia tunc angulus acutus eēt
maior recto si interciperetur maius spacium. Itēꝫ
tunc angulus ꝯtingentie posset diuidi in duas par
tes equales per lineam rectam quia illud spacium
potest diuidi in duas partes equales. Item tūc an
gulus cōtingentie esset equalis angulo recto quia
possibile est tantum spacium intercipi a lineis vniꝰ
sicut alterius. Item dato ꝙ deus annihilaret spa
cium remanentibus lineis se tangentibus adhuc
esset angulus igitur. Forte dicis ꝙ angulus ē acu
ties vel obtusitas. Contra maiorata acutietate maio
ratur angulus ⁊ econuerso igitur.

¶ Octauo angulus non est accidens indiuisibile
nec incidentia lineaꝝ ergo non potest esse aliud ꝗ̄
res angulata scđa pars añcedētis pꝫ qꝛ incidentia
est ens respectiuū ⁊ pria pars pbaꝛ. Tū prio qꝛ tūc
vnus angulꝰ nō esseꝫ maior alio qđ est destruere geo
metriā ⁊ ꝯña pꝫ qꝛ indiuisibile nec est maiꝰ nec mi
nus alio. Itē nullꝰ angulꝰ posset diuidi in duos an
gulos equales. Itē quero quod est eius subiectum
non ipse linee qꝛ tūc vbi sunt maiores linee eēt ma
ior angulus ⁊ sic angulus acutꝰ posset esse maior re
cto nec ī spacio qꝛ pōt esse angulus sine spacio igiꝛ.

¶ Nono statua est corpꝰ de gñe substantie ergo est
ens naturale. Item statua habet materiā ad mixtā
priuatiōi ⁊ formam naturalē licet non immediate
ergo hꝫ principia rei naturalis ⁊a est ens naturale

¶ Item stat ꝙ arbor crescat recta per artem ⁊ nihi
lominus erit ens naturale igitur. Item capio lapi
dem in quo per influentiā celestem reperiatur ymā
go scorpionis ⁊ capio aliū eiusdē speciei in quo po
nitur eadē ymago. ī spē p artē arguiꝛ. Quicqđ ha
bet primus lapis habet secundus in specie: ergo si
primus est ens naturale ⁊ secundus. Item demon
strato cipho aureo hoc ens est res naturalis patet
quia est aurum ⁊ hoc ens est res artificialis vt liꝗ̄t
ergo res naturalis est artificialis. Item hic ciphꝰ
est a natura productus ergo est ens naturale ante
cedens patet quia est aurum. Item demōstrato au
ro per alchimiam facto hoc ens est ens naturale et
est ens artificiale antecedens patet quia habet pri
cipium motus ⁊c. ⁊ ꝙ sit artificiale patet quia est p
ductum ab arte alchimie.

¶ Decimo si statua adderet aliquā formam accidē
talē supra lignū tunc fieret ex substantia ⁊ accidēte
per se quod est impossibile. Item tunc statua esset
ens per accidens quia dicit subām tum accidente.
Itēꝫ statua ē subā igitur est homo vel lapis ⁊c. er

go est ens naturale. Item omnis forma faciens cū subiecto compositū est naturalis sed forma artificialis est huiusmodi igitur. Item sanum est ens naturale et tamen sanitas fit per artem. Item quando lapis niger secundū extremitates diuiditur tunc a diuidente causatur albedo in lapide et tamē lapis albus est ens naturale licet sit albus per artem igitur ens naturale non differt realiter ab artificiali. Item papirus est res naturalis et tamen fit ab arte igitur antecedens patet quia habet principium motus et quietis. Item pili qui per artem nascunt sunt res naturales: et tamen sunt per artem igitur. Item per artem agriculture producitur bladum et racemi et tamen sunt entia naturalia. Similiter arguitur de vino qđ fit per artē ex racemis vt patet.

¶ Ad primum dicitur ꝙ oportet principiū passiuum ad hoc esse naturaliter inclinatum. Ad aliud dicitur ꝙ sanatio per se fit ab aliquo sed ꝙ sit in eo qui sanatur est per accidens.

¶ Ad secundum dicitur ꝙ cum termino reduplicatiuo non valet consequentia vel dicitur ꝙ serra in q̄tū est res artificialis .i. per formā quā habz ab arte nō est ferrea. Ad aliud dicitur ꝙ ars bene ē principiū modificatiuū motus et ita dicatur de naui: q2 ratione figure aliquando motus facilius fit vel velocius. Ad aliud dicitur ꝙ natura secundū boetiū dicitur quatuor modis. Primo pro omni quod ab intellectu capi potest. Et sic includit omne ens positiuum et excludit negationes et priuationes. Secundo ꝓ substātiis. Tertio vt supra diffinita. Quarto pro differētia essentiali. Ex hoc patet quō aīa ē natura. S. T. contra gentiles lib. iiij. c. xxxv.

¶ Ad terciū dicitur ꝙ forma domus est indiuisibilis et est in toto cathegoreumatice et in nulla parte. Sed contra accidens indiuisibile nō est ī subiecto diuisibili negatur vt patet de paternitate et vnitate. S. T. q. d. aīa. ar. x. ad decimūsextū dt ꝙ forā domus et alie forme artificiales est forma accidentalis vnde non dat esse et speciem toti et cuilibet parti neq3 totū est vnū simpliciter sed vnū aggregatiōe. Item. q. de spiritualibus creaturis ar. iiij. ad quartum dicit ꝙ forma domus non dat esse specificū singulis partibus domus et in argumento dicit de forma domus ꝙ non est in quacunq3 parte sed in tota domo. Posset tamen aliqs dicere ꝙ forma domus est diuisibilis et ꝙ pars est in parte sed querit verū ille partes sint homogenee vel etherogenee quia si sint homogenee tūc quelibet pars dom⁹ erit dom⁹ Negant cōsequentiā quia bipedalitas est totū homogeneū et tamen non denominat quālibet partem. Sed contra sequeretur ꝙ pedalitas esset eiusdē speciei cum bipedalitate quia est pars ei⁹ homogenea sed probo ꝙ non quia habēt passiones specie distinctas bicubitum enim est passio quantitatis bipedalis et non pedalis. vel queritur cuius quātitatis bicubitum est passio et cuius quantitatis tricubitum est passio. Si dicas ꝙ sint passiones diuersarū linearum differentium secundum maius et minus et non specie ergo ille passiones non differūt specie quod est falsum per idem argueretur ꝙ rarum et densum fundantur in quantitatibus specie distinctis. Ad aliud dicitur ꝙ non inconuenit formam domus acquiri in instanti si teneatur ꝙ est indiuisibilis. Non tamen dicendum est domum fieri in instāti quia facto domus dicit dispositionem preuiaz. Ad aliud dicitur ꝙ casus non est possibilis vel dicitur ꝙ tūc esset domus pro formali.

¶ Ad quartum dicitur ꝙ est forma īdiuisibilis existens in superficie extrema vel in diuersis superficiebus que sunt eiusdē speciei aliquando sicut secūdū aliquos eadē quātitas cōtinua numero est in figa ꝓ media parte viridi et ꝓ media parte arida. Cum hoc tñ stat ꝙ aliquomō vnitas accidentis sumitur a subiecto. Sed cōtra si figura domus est īdiuisibilis ergo nō videtur. Itē tunc vidēs medietatez domus vel videns corpus infinitū nō videret figurā eius quia non videt nisi partē et in illa parte nō est forma artificialis. Forte dicis ꝙ non haberet figuram q2 nō clauderet terminis ideo arguitur aliter vna domus ē maior alia ergo forma domus vt sic non est indiuisibilis. Item indiuisibilia nō possunt continuari sed due domus vt sic possunt cōtinuari. Itē tunc dom⁹ posset esse in pūcto. Posset tñ dici ꝙ sicut gradus caliditatis licet sit indiuisibilis tamē vnus e maior alio ita posset dici de forā dom⁹.

¶ Ad quītū dicitur sm. S. T. scđa scđe. q. xcvj. ar. ij. ad scđm. ꝙ forme artificialiū nihil aliud sunt q̄3 cōpositio ordo et figura. Ista aūt figura realiter distinguit a quantitate et est accidens absolutū et potest causari a forte cōdensante ceram vel etiam ab angelo deinde dicitur ꝙ ly que refert qualitatem et ideo non cōuenit substātie. Superficies etiā dicit eē genus figuratā non p̄dicamentale sed subicibile.

¶ Ad sextum patet ex dictis.

¶ Ad septimū dicunt quidā ꝙ angulus est q̄litas indiuisibilis. Sed contra quantitas est diuisibilis ergo et figura sed nullum diuisibile componitur ex indiuisibilibus nisi numerus quia indiuisibilia nō possunt continuari. Posset ergo dici ꝙ est quedaz qualitas sub respectu qui est distātia linearum vel superficierū terminatarū ad quātitatē. Si tamē teneatur angulus esse indiuisibilis tūc dicitur eē vn⁹ maior alio materialiter scđ3 ꝙ pōt esse maior distātia linearum. Et si dicatur ergo vn⁹ angulus rect⁹ posset dici maior alio materialiter. Negatur consequētia. sed tūc practicet de āgulo recto et ꝯtīgēte.

¶ Ad octauū patet per idē. Et tū querit de ci⁹ subiecto tenētes angulū esse indiuisibilem dicūt ꝙ nō habet subiectū adequatū sed fundatur in lineis coincidentib⁹ simul. Nec sequitur ꝙ quāto linee sunt maiores tanto anguli sint maiores quia nō fundatur in lineis absolute sed in lineis per respectuz terminationis ad contactum. Et secundum istos etiā angulus non ē ps figure s3 pricipiū vel terminus.

¶ Ad nonū dicitur ꝙ statua si materialit' sumatur potest dici corp⁹ sicut album potest dici substātia formaliter tamen est accidēs. Alij dicunt ꝙ res artificialis subiectiue sumpta ē res naturalis sed nō formaliter nec inconuenit formam naturalē .i. que inest rei a principio sui esse esse eiusdem speciei cum forma artificiali. De auro facto per alchimiam dicit. S. T. in. ij. d. vij. q. iij. ar. j ad quintum ꝙ nō est verum aurum et de potentia. q. vj. ar. j. ad. xviij. Aliter tamē videtur dicere in. xxij. q. lxxvij. ar. ij. ad. j. Sed dicitur ꝙ ibi nulla est cōtradictio quia est verum aurum virtute essentie sed non virtute oīm ꝓprietatū vel in. xxij. loquitur de arte alchimie agēte in virtute nature et non in virtute artis tantum seu sophistice ex ignorantia vere artis.

¶ Ad decimum dicitur ꝙ si statua sumeretur ꝓ aggregato ex substātia et accidēte esset ens ꝑ accidēs non autem si sumatur pro subiecto vt est sub accidente. Ad alia patet ex dictis nec omnis forma faciens compositionem cum alio est naturalis.

AD tercium sic proceditur videtur ꝙ non sint quatuor cause scilicet finis efficiēs forma et materia: quia philosophus .xij. metha. T. C. xxiij. loquendo de causis nulla facit mentionē de causa finali: sed enumerat priuationem inter causas de qua nullam hic facit mentionem igitur. Item multi dicunt senecam posuisse causam quintam scz ideā seu formā exemplarem. Sed contra est philosophus.

¶ Respondeo dicēdū secundū S. T. hic lec. iiij. ꝙ ad naturalē pertinet cōsiderare formam ꝛ materiā quia natura de vtroqꝫ dicitur sicut cum intendimꝰ de simo quid est tunc non solū attēdimus formā id est curuitatē sed etiā materiā .i. nasum. Deinde querit philosophus an scientia naturalis cōsideret tātum de materia et de forma vel de toto cōposito ꝛ an omnia ista pertineant ad eandem scientiā. Dicēdū antiquoꝝ phōrū phia videtur fuisse tm̄ de materia sed sm̄ veritatē hoc est falsum quod ꝓbat phūs tribus rationibus. Prima qꝛ ars imitatur naturā ꝙ sic se hꝫ scia naturalis circa naturalia sicut scientia artificialis circa artificialia sed eiusdeꝫ scientie artificialis est cognoscere materiam ꝛ formā sicut medicus cognoscit sanitatem vt formam coleram vero et phlegma ꝛ huiusmodi sicut materiā in qua est sanitas. Nam in contemperatione humorum sanitas consistit. Similiter edificator considerat formam domus et lateres ꝛ ligna que sunt materia eiꝰ ꝙ autem ars imitatur naturam ratio est quia principium operationis artificialis est cognitio: oīs autem nostra cognitio est ꝑ sensus accepta a rebus sensibilibus et naturalibus vnde ad similitudinem naturaliū i artificialibꝰ operamur: ideo autē res naturales imitabiles sunt ꝑ artē qꝛ ab aliq̄ principio itellectiuo tota natura ordinatur ad finē suū vt sic opus nature videtꝰ esse opus intelligētie dū per determinata media ad certos fines ꝓcedit qđ etiaꝫ in operādo ars imitatur. ¶ Notandū preterea ꝓ secunda rōne ꝙ eiusdē scie est cōsiderare finē ꝛ ea que sunt ad finē ꝛ hoc ideo qꝛ rō eoꝝ q̄ sunt ad finē a fine sumitꝰ sed natura q̄ est forma est finis materie: ꝗ eiusdē scie naturalis est cōsiderare materiā ꝛ formā minor patet qꝛ ad hoc ꝙ aliqd sit finis alicuiꝰ motus cōtinui nō sufficit ꝙ sit vltimū motus vt mors sed oportet ꝙ sit illud cuiꝰ cā aliqd fit vnde sm̄ pho derisū poetā opꝫ ꝙ sit vltimū ꝛ optimū ꝙ aūt forma sit vltimū gñatiōis manifestū est sꝫ ꝓbatur ꝙ sit cuius causa fit respectu materie ꝑ similitudinē in artibus inueniuntꝰ eīn quedā artes que faciūt materiā quarū quedā faciunt eam simpliciter sicut ars figuli facit lateres que sunt materia domꝰ. Alie disponunt ad receptionē forme sicut ars carpentaria preparat ligna ad formā nauis: ꝛ quia nos oībus istis artificialibus vtimur: ideo dicit phūs ꝙ nos sumꝰ quodāmō finis oīm pro quo notādū vt dicit S. T. ꝙ duplex est finis scꝫ finis cuiꝰ ꝛ finis quo .vñ. i. q. xxvj ar. iij. scdm dicit ꝙ finis cuius est ipsa res, sed finis quo est acq̄sitio rei. Et sic finis cuius auari est pecunia sꝫ finis q̄ est eius acquisitio. et .xij. q. i. ar. viij. dicit ꝙ finis cuius est ipsa res in qua ratio boni inuenitur sed vsus rei est finis quo. ¶ Notandū preterea ꝙ iter artes quedā est architectonica .i. pricipalis ars respectu factiue et ista est cognoscitiua ꝛ diiudicatiua forme alia vero disponit materiā sic naue factiua ē architectonica ꝛ precipit ei q̄ disponit materiam ad formam nauis. Sicut ergo materia est propter formā in artificialibꝰ ita ꝛ in naturalibus et sic ad eundē pertinet vtriusqꝫ consideratio licet in artificialibus non pertinēt ad eandem artē precise. Et hoc ꝓbatur .iij. qꝛ eoꝝ que sunt ad aliqđ vna est scia sed materia dicitur ad formam nō ꝙ sit in genere relationis sed quia cuilibet forme determinatur propria materia. Notandū preterea ꝙ phisicus non considerat qualibet formam quia non cōsiderat separatas totaliter sed cōsiderat formas repertas in materia sicut animā rationalē ipsius hominis geniti. Dicit eīn phūs ꝙ homo hominem generat et materia et sol. Sic etiam medicus non considerat neruum omnibus modis quibus considerari posset sed inq̄ztuꝫ est subiectum sanitatis ex his patet ꝙ licet primus philosophus cōsideret formā et quidditates rerum absolute tamen secundum ꝙ forma reperitur in materia consideratur a phisico inquātum dat esse naturale corpori vnde anima separata non consideratur a phisico quia ibi desinit et terminatur et incipit methaphisicus.

¶ Notandum preterea ꝙ ista scientia est speculatiuus cuius finis est scire. Scire autem non contingit nisi cognoscendo causam proximam et ideo ad hāc scientiam pertinet considerare causam non inquantum huiusmodi quia hoc est primi philosophi sed philosophus naturalis considerat causam naturalium mutationum.

¶ Notādū preterea ꝙ phūs primo enumerat quatuor gña causaꝝ. Pria est causa materialis. Et dꝛ illa ex qua fit aliqd cū insit sicut es dꝛ cā statue. Et etiā genus eiꝰ sicut metallū. Not ãter dꝛ cū insit ad differentiā priuatiōis ꝛ cōtrarij quod nō est causa qꝛ solū est principiū per accidens. Secūdo dicitur causa ipsa spēs ꝛ exemplū. Et hoc dicitur inq̄ztum est ratio qdditatiua rei. Forma eīn que est secunda causa est illud per quod scimus de vnoquoqꝫ quid est. Et sic etiā genera speciei dicuntur causa vt diapason habet pro forma proportionē duplaꝫ que est duorum ad vnum. Et genus duple ꝓportionis scꝫ multiplicitatem. Et ad hunc modū cause reducuntur omnes partes que ponuntur in diffinitione. nā partes speciei ponuntꝰ in diffinitione non autē partes materie. Et nota ꝙ forma secūdum platonē vocatur exemplum quia erat separata ꝛ quedaꝫ ydea sed sm̄ alios vocatur species quia posuerunt foras in materia. Tercio dicitur causa scꝫ efficiēs a quo est principiū motus vel quietis. Et diuiditur a S. T. in perficientem que dat complementū motui introducendo formam substantialem in preparanteꝫ seu disponentem que aptat materiam ad vltimum complementum i adiuuantem que operatur ad finem alterius in consiliantem que dat alicui scientiā per quā agat. Quarta est causa finalis scꝫ cuiꝰ cā aliquid fit. Quia autem finis minus videbatur esse cā ex eo ꝙ est vltimum in gñatiōe ideo philosophus hoc specialiter ꝓbat quia respōdetur ad questionē factā propter quid ꝛ sic sanitas est finis ambulationis post cenam quia homines tūc deambulant propter sanitatem. Unde notandum vt habetꝰ supra prob. xxviij. art. pti. v. In nimio exercitio positi debēt parum quiescere anteqꝫ sumāt cibum vnde non statim post magnos labores est comedēdū aut bibendum: ve dicit ari. ibidē prob. xxx. Et qdā hoc putabant ne corpus dissolueretur / sed hoc est falsum. Similiter etiam positi in ocio debēt modicum se exercere ante sumptionē cibi vt calor sit fortis. Similiter post cibum vehemens motus est generatiuus egritudinis nō autē paruus vel debilis.

¶ Notandum preterea q̄ finium alius est finis ultimus. Alius est non ultimus: unde quedam media possunt dici fines respectu aliorum ut macies est finis purgationis et purgatio est finis potionis. Ex his patet q̄ eiusdem rei sunt plures cause scilicet materialis formalis/efficiens ɀ finalis. Secundo q̄ quedam sunt sibiinuicē secundum diuersam considerationem cause sicut laborare est causa efficiēs bone valitudinis bona autem valitudo est causa finalis laboris. Et sic idem est prius ɀ posterius s̄m diuersas rationes. Finis em̄ prius est s̄m rationem sed posterius est in esse. Agens aūt econuerso et similiter forma est prior materia s̄m ratione͂ complementi. Materia autē est prius q̄ȝ forma generatione et tempore in omni eo quod mouetur de potentia in actum. Itē idē est causa contrariorū quādoqȝ sicut per suam presentiam gubernator est causa salutis nauis ɀ absentiam vero est causa submersionis.

¶ Notandum preterea q̄ adhuc duplex ponitur finis scilicet finis naturalis et sic dicimus q̄ ī pāte viuere est finis habitus temperātie quia naturaliter habitus est propter actum prōpte ɀ īmobiliter eliciendum. Alius est finis prestitutus ɀ alio vocabulo dicitur finis operātie: unde duplex ponitur finis scȝ finis operis ɀ finis operātis: ɀ sic dicim⁹ q̄ quādo quis dat elemosinam propter vanam gloriā. Finis operis est subleuare indigētiā alterius. sȝ finis opātis ē vana glia. vide. s. t. f. aȷ. d. xxxviiȷ. q. ȷ. ar. v.

¶ Notandū preterea q̄. S. T. lec. vȷ. cū phō distinguit diuersos modos causarum etiam secundū eādem speciem cause. Quedam enim est causa vniuersalis alia propria quedā prior alia posterior quedā per se quedā per accidens quedam in potentia alia in actu. Causa autē vniuersalis pōt accipi dupliciť vel secundū communicatē predicationis et sic dicimus q̄ artifex ē causa sanitatis: quia artifex est superius ad medicum qui ē causa sanitatis. Alio modo s̄m communitatem causalitatis et sic sol est causa vniuersalis calefactiōis quia ad alia se extēdit.

¶ Notandū q̄ sicut causa per se magis vniuersalis dicitur prior sic etiam in causis per accidens dicendum vt policletus est causa per accidens statue in q̄ȝtum accidit ei facere statuā similiter animal est causa per accidens statue vnde causa per accidens dicitur omē illud q̄ coniungitur cause per se et nō est de ratione eius. Causa autem in potētia est causa potens operari et non operans in actu sed in habitu et differt a causa in actu: quia cause operātes in actu simul sunt et non sunt cuȝ suis effectibus vt hic edificans simul est cum hoc quod edificatur nō tamen opȝ q̄ simul corrūpiť cū suo edificio sed quādo edificat tūc effect⁹ est nō absolute sed i edificari. Deinde dicit phūs q̄ in naturalib⁹ oportet semper supremā causam vniuscuiusqȝ et propriā requirere sicut contingit in artificialib⁹ vt si queratur quare homo edificat. Respondetur quia est edificator. et si queratur quare est edificator. Respōdeť q̄ȝ habȝ artē edificatiuā ɀ hic statur tanq̄ȝ in pria cā in hoc ordine. Et q̄ȝ effectus sciri nō pōt nisi causa cognoscatur ideo oportet peruenire ad primam causam.

¶ Contra hec arguitur. Substātie separate habēt causam et tamen non considerantur in hac scientia ergo hic non debent considerari genera causarum. Item in diffinitione rerum naturaliū ponitur materia ergo non omnes partes que ponuntur in diffinitione pertinent ad causam formalem cuius oppositum dictū est. Item phūs dicit q̄ partes sunt cause materiales totius aīalis sed partes diffinitionis animalis sunt partes animalis ergo partes diffinitionis nō reducūtur ad cām formalē. Itē s̄m phūȝ ppositiones sunt materia cōclusiōis ɀ tn̄ nō insunt conclusioni ergo materia nō est bene diffinita. Itē S. T. contra gentiles lib. ȷ. c. lviiȷ. Premisse sunt causa conclusionis efficiens quia faciunt scire effectiue ergo non sunt causa materialis nec formalis

¶ Secūdo si materia esset causa sequeretur q̄ materia esset alicuius actiuitatis quia causare materiare est agere et in predicamento actionis. Item causa dat esse causato sed materia nō dat esse ymo potius recipit esse a forma. Itez causa est nobilior effectu sed materia nō ē nobilior composito: ergo. Item si forma esset causa hoc maxime esset: q̄ȝ dat esse sed probo q̄ non quia vel illud esse est ipsa forma vel ab ea distinctū. Non primū q̄ȝ nihil dat seipȝ Nec secundū quia tunc causalitas forme esset causalitas efficiētis q̄ȝ id a quo est res ab eo distincta est causa efficiēs. Itē esse ɀ essentia distingūtur tn̄ grāmaticaliter ergo esse nō est aliud realiter ab ipsa essentia. Item nihil facit seipsum esse sed forma existit per ipsum esse ergo non est causa ipsius esse.

¶ Tercio si causa efficiens esset causa hoc esset: q̄ȝ est principium motus vel quia sibi competit agere sed probo q̄ non quia actio non est formale principiū quo agens agit ergo per actionem non dicitur aliquid formaliter agens. antecedēs patet quia actio est effectus agentis ergo non est principiū effectus ipsius agētis ant ecedens patet quia actio est forma acquisita i passo sed forma acquisita in passo est effectus agentis igitur.

¶ Quarto si finis esset causa mouens vel ergo moueret realiter vel methaphorice Nō primum quia mouere realiter ē mouere effectiue. Itē finis aliquā nō est res quia non est in actu ɀ eū mouet vt aliquis facit domum propter filium qui tamen non est Itē deus diligit seipm̄ ppter suā bonitatē sic q̄ sua bonitas est finis sue dilectionis ɀ tn̄ non moueť ab ea realiter. Nec secundū quia finis realiter est causa et habet realem effectum ergo realiter mouet.

¶ Quīto vel finis est causa s̄m esse quod habet ad extra vel secundum q̄ est in intentione agentis. nō primum quia causalitas finis precedit omnes alias causas sed finis secūdum est ad extra nō p̄cedit omnes alias causas igitur. Item quando finis ad extra est tunc cessat actio ergo non est causa actionis antecedens patet quia habito fine cessat mot⁹. Nec secundum quia omnis causa dum causat realiter est ergo finis non causat nisi sit ad extra. Item homines non agunt vt sanitas sit in intentiōe ergo agunt ppter sanitatē ad extra vt sic enim habet rationē boni et optimi melior est enim deus ī se q̄ȝ in intellectu vbi habet esse intentionale. Item voluntas fertur in finem sed secundum S. T. fertur voluntas in rem ad extra prima parte. q. lix. ar. ij. Item entia naturalia habent causam finalem ɀ tamen nō habent intentionem ergo res non habet rationem cause finalis vt est in intentione.

¶ Sexto in libro de causis sufficiēter tractatur de causis et f. ij. metha. ergo superflue hic determinať Item arguitur q̄ numerus non sit forma diapason quia diapason est proportio dupla sed omīs pportio est de p̄dicamēto relatiōis ɀ numerus de predicamento q̄ȝtitatis. Item dictum est q̄ idem est prius et posterius sed diuersimode. Contra sequereť q̄ idem esset magis notū ɀ minus q̄ȝ omē prius est

naturaliter magis et posterius minus notum. Itē
tūc idem esset causa sui ipsius quia quicquid ē cau
sa cause est causa causati sed sanitas ē causa ambu
latiōis ⁊ ambulatio causa sanitatis ergo de primo
ad ultimum sanitas est causa sanitatis.

¶ Septimo si gubernator est causa submersiōis na
uis vel ergo est causa per se vel per accidens. Non
primum quia malum non habet causam per se vt dr
cit. S. T. j. q xlix. ar 4. q2 non est sed ens priuatio en
tis. Item gubernatoris absentia nihil instuit: quia
forte dormit ergo non est causa per se. Nec secūdū
quia natura est primo et per se principium quietis
secundum philosophum ergo etiam defectus q̄ est
submersio nauis potest habere causam per se. Item
omne per accidens reducitur ad per se, si ergo nau
ta sit cause per accidens submersionis nauis queri
tur que est causa per se ⁊ nulla potest dari igitur.

¶ Octauo arguitur ab ockā in. j. dis. ij. q. x. ꝙ poli-
cletus sit causa per se statue quia hic statuarius est
causa per se statue sed paulicletus ē hic statuarius
ergo est causa per se statue. Et per idez arguitur ꝙ
homo sit causa per se statue arguendo ab inferiori
ad superius. Item subiectum ⁊ predicatum huius
policletus per se facit statuam supponunt pro eodē
ergo est vera antecedens patet quia statuificus et
faciens statuam supponūt pro eodem ergo policle
tus et faciens statuam supponunt pro eodem. Itē
ignis per se calefacit ergo policletus per se facit sta
tuam. Item bene sequitur a coniunctis ad diuisa
policletus statuificus facit statuam per se ergo po-
licletus facit statuam per se.

¶ Nono arguitur ꝙ causa in actu non est cum effe
ctu i actu quia sequeretur ꝙ res fuissent ab eterno
quia deus ab eterno fuit causa in actu: non eñ ha-
bet potentiam admixtam. Item causa in actu ⁊ ef
fectus in actu distinguuntur realiter ergo deus pōt
facere vnum sine reliquo. Et per idem argueretur
ꝙ causa male diffinitur quando dicitur ꝙ causa est
qua posita ponitur effectus ⁊ qua remota remouet
effectus ꝙ enim vltima particula sit male posita pa
tet quia remoto edificatore adhuc remanet dom⁹.
Item causa in actu est in instanti scilicet voluntas
qua aliquis vult efficaciter mouere lapidem ⁊ tamē
effectus puta motus non est in instanti igitur. Itē
quando domificator est adhuc domus non est imo
possibile est ꝙ primum instās esse domus sit primū
instās non esse domificatoris ⁊ ita arguatur de cau
sa in actu disponente ad formam substantialē possi
bile eñ videtur ꝙ agens introducens cōtinue suffi
cientem dispositionem ad formā substātialē primo
non sit qñ forma substantialis introducitur. Item
arguitur de homine generante alium hominem pos
sibile enim est ꝙ homo generans sit ante filiuz non
enim subito introducitur anima rationalis: sz post
xl. dies si sit masculus. Item nulla est facta mentio
de causa conseruante. Forte dicis ꝙ ipsa reducitur
ad causam efficientem. Contra sequeretur ꝙ aliqs
effectus creatus causaretur effectiue a creatura q2
potest sol conseruare lumen a deo creatum. Item
finis est causa in actu secundum ꝙ est in intentione
sed potest esse in intentione absq3 effectu sicut aliqs
vult sanitatem priusq3 ambulet;

¶ Ad primum dicendum sicut supra ⁊ ad aliud di
cit. S. T. ꝙ in diffinitione rerum ponitur materia
in commum ⁊ non materia signata materia autem
communis se habet vt formalis respectu indiuidui
vel saltem natura ex forma et materia cōmuni con
stituta. Quidā dicunt ꝙ materia in communi pōt
dici forma nō ab informādo sed per abstractionem
a materia sensibili indiuiduali. Sed contra si infe-
rius est causa materialis ⁊ superius etiam erit cau
sa materialis ergo si ista materia est causa materia
lis respectu indiuidui etiam materia i cōmuni erit
causa materialis respectu indiuidui. Item si mate
ria esset causa formalis hoc maxime essz quia poni
tur in diffinitione hominis dicendo homo est quid
compositum ex materia et forma rationali sed hoc
non quia sequeretur ꝙ es essz causa formalis statue
quod est contra philosophū quia ponitur in diffi-
nitione statue eree. Item sequeretur ꝙ omnis diffi
nitio esset logica ⁊ formalis vel mathematica quia
solū dareẜ per cām formalē. Item tūc punctū esset
forma linee ⁊ centrū esset forma circuli quia ista po
nuntur in diffinitione illorum linea enim est lōgitu
do cuius extrema sunt duo puncta et circulus est fi
gura a centro cuius ad periferiam omnes linee du-
cte sunt equales. Item partes diffinitionis predi-
cantur de diffinito in recto sed materia in commu
ni non predicatur de re naturali: ergo non ponitur
in diffinitione rei naturalis Ideo ab alijs dicitur
ꝙ materia que ponitur in diffinitione nō dicitẜ cau
sa formalis ratione sui sed ratione nature cuius est
pars natura autē per diffinitionē significatur ⁊ est
forma rei quidam comparant partes diffinitionis
ad indiuiduum et sic tanq3 magis cōmune sunt for
ma secundo ad diffinitionē. tercio ad cōpositū seu
diffinitū ⁊ sic vna est aliquādo materialis. alia for
malis. Ad aliud dicit. S. T. C. xxxij. ꝙ partes spe-
ciei que ponuntur in diffinitione licet comparātur
ad suppositū nature ꝑ modū cāe formalis tñ i ordi
ne ad ipsam naturam cuius sunt partes comparan
tur vt materia nam omnes partes comparātur ad
totum vt imperfectum ad perfectū que quidem est
comparatio materie ad formam. Nec est verum il-
lud quod supra tactum est scilicet ꝙ partes diffini
tionis phisicalis semper debeant predicari de diffi
nito in recto. Ad aliud dicitur ꝙ propositiones q̄n
tum ad suos terminos dicuntur materia conclusio
nis et non alio modo sed non ratiōe medij quia nō
insunt. Sed contra vinuz est materia aceti et tamē
non inest ei dicendum ꝙ est materia transiens ⁊ non
permanens de qua hic loquimur.

¶ Ad 8m dicendū ꝙ causare non est iferi⁹ ad agere
vel pati. Secūdo dr̄ ꝙ causalitas materie cōsistit i
receptione forme ad quā aliquo modo inclinatur ⁊
eam sustentat pater quia posito ꝙ materia recipiat
formam statim ponitur eius causalitas ergo in hoc
consistit videtur tamen ꝙ materia non omnem for-
mam sustentet quia anima rationalis per se subsi-
stit. Respondetur ꝙ licet anima rationalis non de
pendeat a materia q̄tum ad esse tamen non habet
rationem forme nisi in materia. Ad aliud negatur
maior vniuersaliter intellecta. Ad aliud dicitur ꝙ
hoc verum est de causa efficiente ⁊ agente virtute
propria formali ⁊ finali. S. T. de verita. q. vij. ar.
vij. ad primū. Ad aliud de forma dicitur ꝙ ipsa est
causa formalis ipsius esse existe quod realiter ab
ea distinguitur. Nec sequitur ergo est eius causa ef
ficiens. Ad aliud dicitur ꝙ differunt plusq3 gram-
maticalit̃. Nec aliqd facit seip̄z existere effectiue.

¶ Ad terciū dr̄ ꝙ cā dr̄ efficiēs inq̄tū agit. i. ꝑ q̄n
to pducit rē i esse vn̄ alij dicūt ꝙ eius causalitas cō
sistit i hoc ꝙ ē efficere siue hoc sit ꝑ motū siue ꝑ sim
placē emanatiōnē sicut dicimus lumen effici a sole.

Deinde dicitur ꝙ actio pro formali nõ est in passo.

¶ Ad quartum respõdetur supponẽdo ꝙ finis potest dupliciter considerari. Primo secundum esse quod habet in intentione mouentis. Alio modo secundũ esse quod habet extra animam et in executiõe operis ⁊ istud aliquando nullum est vt cum fortes facit domum propter filium quem sperat habere tamen non habebit. Tunc dicitur ꝙ finis mouet metaphorice vt ad extra vel etiam vt est in intellectu quia sm̃ multos nec intellectus nec obiectũ mouet effectiue volũtatẽ. Sed cõtra vt habetur ex S. T. xij. q. ix. ar. j. vnde quidam dicunt ꝙ finis mouet voluntatem per modum attractionis: quia trahit ad se voluntatem agentis ⁊ sic mouere est mouere metaphorice. Hanc tamen motionem quidam vocãt realem: quia dicunt predictum motum esse realem: quia causalitas est relatio realis ⁊ propter effectuz realem sed hoc videtur esse disputatio ad nomen. Deinde dicitur ꝙ licet finis non sit ad extra tamen est in intentione.

¶ Ad quintum due sunt opiniones dicit enim de gaimaco ꝙ finis secundum esse ꝙ habet in intentione mouet effectiue quia cognitio sanitatis secũduz etiã multos nominales q̃ etiã ponũt obiectũ esse cãm efficiẽtem actus: efficit desideriuz eius: ideo dicit ꝙ finis secundum esse quod habet ad extra est causa finalis quia habito fine cessat motus: sed habito fine secundum esse quod habet extra animam cessat motus ergo vt sic est causa finalis. Item dicimꝰ aliquem frustrari suo fine quãdo nõ habet hoc quod intendit ad extra. Sed ad hoc dicũt alij ꝙ finis vt est in intentione mouet efficientem methaphorice quia non mouet ipsum phisice transmutando ipsuz nec mouet ipsum effectiue. Secundo dicitur ꝙ aliud est loqui de fine ⁊ de causa finali q2 res ꝓprie habet rationem finis vt est in executione ⁊ rationem cause finalis vt est in intentione. Et ideo dicitur ꝙ habito fine cessat motus sed nõ habita causa finali eo modo quo est causa p̃cise sed oportet ꝙ habeatur ad extra. Et hoc modo etiã diceretur quis frustrari suo fine. Dicunt ergo alij ꝙ fini conuenit esse causam vt est in intentione. xij. q. j. ar. j. ad primũ vbi dr̃ ꝙ finis ⁊ si sit postremus in executione est tamẽ primus in intentiõe agentis et hoc modo habet rationem cause. s. vt est i intellectu. S. T. de veri. q. xxij. ar. xij. et intẽtio est hꝰ actꝰ mẽtis. s. th. q. xxi. ar. iij. ad quintũ. Et tunc dicitur ꝙ omnis causa realiter est non quidem in se sed aliquando in animo ratiõe speciei vel amoris non ꝙ ipsa cognitio vel amor sit causa finalis imo res ipsa non conueniret: tamen sibi esse causam respectu volũtatis nisi esset cognita ita ꝙ esse cognitum ⁊ amatum est motus sine quo nõ ipsius cause finalis. Et per hec patet ad illa argumenta quibus posset dici. Causa est ad cuiꝰ esse sequitur aliud sed ad esse finis nichil sequitur cum sit vltimum. Item phisica est sciẽtia realis ergo nõ considerat finem vt est in anima sed vt est ad extra ergo vt sic habet rationem cause tam dictum est ꝙ motus ipsius finis potest dici realis ⁊ si non sit motus phisicalis sicut illuminare est realiter causare. et tamen non fit per motum phisicalem vnde arguitur contra henricum impossibile est ꝙ aliquid inchoatum ẽ effectus habeat causalitatem sed finis vt est extra est effectus ergo non est causa. Item finis vt est ad extra non precedit causalitatem agentis ergo vt sic non est causa finalis. Sed contra opinionẽ alteram arguitur quia sequeretur ꝙ finis non esset causa causarum quod est cõtra philosophum i presenti textu quia omnes cause agũt propter causam finalem que habet rationem boni veri vel apparentis prima parte. q. v. ar. iiij. probatur sequela quia finis non mouet nisi vt est in intentione ergo prius producitur illa intentio quam sit causa finalis. sed illa intentio fit effectiue a voluntate ergo aliquid fit effectiue ante causam finalem. Si enim illa intentio haberet causam finalem oporteret ꝙ ante illam intentionem esset alia intentio quia nihil est causa finalis nisi vt est in intentione. Item deus est causa finalis primi actus voluntatis quo cum diligimꝰ: et tamen non est in intentione ante primum actum voluntatis nec est amatus nec desideratus: ergo finis non mouet amatus ⁊ desideratus. Quidam dicit ꝙ finis mouet voluntatem in genere cause efficientis: vnde non est causa finalis amoris sed eius ꝙ fit ab agente. Contra non est ergo non efficit vnde male dicitur ꝙ semper obiectũ est causa efficiẽs et ex hoc videtur ꝙ fini non conuenit realis actio: quia in eo quod non est nulla est realitas. Forte dicis ꝙ est cognitus et hoc sufficit. Contra cognitio illa fit ab intellectu effectiue: ergo ante eam prius natura est aliqua causa finalis: vt patet. xij. q. j. ar. vj. sed ante primam cognitionem non est finis in cognitione igitur. Item si finis moueret finalizando ex hoc ꝙ est amatꝰ et desideratus sequeretur quod amor finis esset causa finalis. Aliorum actuum circa media quod est falsum: quia videtur esse causa efficiẽs vel idem actus. Item secundum. S. T. primus actus voluntatis precedit intentionem: et tamen est a voluntate effectiue ergo causalitas cause efficientis precedit causalitatem cause finalis. Itẽ sequeretur ꝙ deus esset causa peccati vt quãdo q̃s furatur ad dandum elemosinam propter deum deus est finis istius actus. Dicendum ad omnia ista ꝙ in agentibus voluntarijs omnem causalitatem efficientem circa media precedit causalitas cause finalis sed loquendo de mathematicis vel actibus quos producit primo intellectus circa finem vltimum nõ oportet ꝙ in ipsomet precedet causalitas cause finalis. Ad aliud dicitur ꝙ deus non est causa etiaz finalis mali ex parte ipsius actus quicquid sit ex parte operantis. Et si dicatur obiectum est causa efficiens actus voluntatis sed finis est obiectum actus interioris: ergo causa finalis erit causa efficiens quod est falsum licet aliquando finis ⁊ forma coincidant. Negatur prima propositio.

¶ Ad sextum patet ex dictis. Ad aliud dicitur ꝙ diapason dicit duo scilicet proportionem et numerum ⁊ binarium i quo fundatur cuius forma est numerus: quia quodlibet superius est forma inferioris. Ad aliud negatur consequentia quia non oportet ꝙ causa cause sit causa causati quãdo mutatur genus cause.

¶ Ad septimum videtur probabile ꝙ aliqui defectus habeãt causam per se quia philosophus dicit i. post. ꝙ interfectus interijt ꝑ se interfectiõe mala tñ pene videntur esse solum per accidens ad eo. j. q. xlix. ar. ij. Ad aliud dicit San. T. ibidem ar. iij. ad quitũ ꝙ impossibile est fieri reductionẽ ad aliquid quod sit per se causa mali. Notandũ tamẽ ꝙ malũ non est intentũ a natura vnde si ex virtute defectiua sepius generaret monstra hoc non est a casu nec tamen est intentum. San. T. lib. iij. contra gentiles c. j. vide ibidẽ quomodo mala culpe sunt etiã volũtaria et nõ a casu tñ non sunt intenta: dico tamẽ ꝙ

absentia est causa per accidēs submersionis. S. T.
de veri. q. xxvi. ar. iij. viij.

¶ Ad octauum negatur cōsequentia sed in talibus
est fallacia accidētis nec sequitur subiectū et predi
catū supponunt ꝓ eodem ergo talis est vera quādo
in propositione ponit̃ determinatio vt hō inq̄ꝫtum
homo est albus. Et si queratur quid per se facit sta
tuā an scilicet substantia vel accidens. Dicendū ꝙ ē
substantia vt est sub accidente. Et nota ꝙ ly per se
tantum valet sicut inq̄ꝫtū et tūc sensus ē edificator
per se edificat. i. edificator īq̄ꝫtū edificator edificat.

¶ Ad nonū dicit. S. T. de potētia. q. j. ar. j. ad octa
uū ꝙ potētia dei semꝑ est coniuncta actui sꝫ effect⁹
sequūtur secundum imperiū voluntatis et ordinem
sapientie. Ad aliud negatur cōsequentia. Ad aliud
dicitur ꝙ licet motus celi nō sit in instanti secundū
se tamē est aliquod mutatū. Ad aliud dicitur ꝙ do
mus est in edificari. Et causa est in actu quando for
ma est in fieri. Ad aliud dicit̃ ꝙ conseruare non est
efficere de nouo. Ad aliud de fine dicit̃ a quibusdaꝫ
ꝙ quando finis est in actu ꝛ est actu volitus tūc hō
de necessitate vult media ꝛ sic aliquomodo sunt in
actu sed de hoc alias. Ad argumentū ante opposi-
tum dico ꝙ causa idealis reducitur ad causam exē
plarē. Et exēplaris ad formalē extrinsecā vt patꝫ ex
quīto methaphisice exēplar tamē non est ars facti-
ua rei sed id ad cuius imitationem fit effectus.

Ad quartū sic proceditur videt̃ ꝙ phisica
non differat a mathe. quia phisica ꝛ ma-
the. sunt circa idem ergo non differunt
añs patet quia astrologia est pars scie
mathematice ꝛ etiā est pars phisice pro
batur sic per philosophū in textu ad quemcumqꝫ eñ
pertinet cognoscere substantias ꝛ naturas aliquaꝝ
rerū ad eū etiam pertinet considerare accidentia il-
larū sed ad naturalem pertinet considerare naturaꝫ
et substantiam solis et lune cum sint quedā corpora
naturalia ergo ad eum pertinet etiam cōsiderare ꝑ
se accidentia ipsoꝝ scilicet figuram ipsorum et tori
us mundi quā etiam considerat astrologus. Item
mathematica est de lineis superficiebus et corpori-
bus et similiter naturalis scia quia naturalia scien
tia est circa corpora naturalia quorū superficies et
longitudo sunt accidentia igit̃. Sed contra ē phūs.

¶ Respondeo dicendum scd̃m. S. T. hic lec. iij. ꝙ
Mathematica ꝛ naturalia determinat de eisdē scꝫ
lineis ꝛ superficiebus ꝛ huiusmodi sed non eodem-
modo. Non enim mathematicus determinat de eis
inq̄ꝫtū vnūquodqꝫ eorū est terminus rei naturalis
neqꝫ considerat ea que accidunt eis inq̄ꝫtum sūt ter
mini corporis naturalis per quem modū cōsiderat
de eis scientia naturalis. Non est autē inconueniēs
ꝙ idem cadat sub consideratione diuersarum scien-
tiarum secundum diuersas considerationes. ¶ No
tandum preterea ꝙ quia mathematicus considerat
puncta lineas et superficies et huiusmodi non in-
q̄ꝫtum sunt termini corporis naturalis ideo dicitur
esse abstractus a materia sensibili ꝛ causa quare pos
sunt abstrahere est quia secūdū intellectū a motu ab
strahūt. Ad cuius euidentiā considerandū ꝙ multa
sunt coniūcta secūdū rem quorū vnum non est de in
tellectu alterius sicut albū ꝛ musicum coniungūtur
in aliquo subiecto ꝛ tamē vnum non est de itellectu
alterius ꝛ ideo potest vnū separatīꝫ intelligi sine a-
lio ꝛ hoc est vnū abstrahi ab alio. Manifestū autem
est ꝙ posteriora nō sunt de intellectu priorū sed ecō
uerso vnde priora possunt intelligi sine posteriorib⁹
et non ecōuerso vt patet de animali et homīe vel ho
mine ꝛ hoc homine. Nā homo se habet ex additiōe
ad animal ꝛ propter hoc homo non est de intellectu
animalis nec amedeus de intellectu hoīs vnde in-
telligere animal sine homine vel amedeo est abstra
here vniuersale a particulari. Similiter inter oīa
accidentia q̄ aduenīunt substātie primo aduenit et
q̄ꝫtitas. Deinde qualitates sensibiles deinde mot⁹
cōsequentes huiusmodi qualitates. Sic ergo q̄ꝫti-
tas non est de intellectu qualitatū sensibiliū nec ecō
uerso. Claudit tamen in suo intellectu substantiam.
Potest igit̃ intelligi q̄ꝫtitas sine materia subiecta
motui et qualitatibus sensibilibus non tamen abs-
qꝫ substantia ꝛ ideo huiusmōi quātitates ꝛ que eis
accidunt sunt scd̃m intellectū abstracta a motu ꝛ a
materia sensibili non aūt a materia itelligibili vt di
citur septimo metha. Ex quo patet quid est abstra-
here. Quidā tamen ponunt duplicē abstractionem
Prima est s̄m rem ꝛ est quando vnum realiter sepa
ratur ab alio vt linū a lapide. Alia est scd̃m intelle-
ctum ꝛ ista est duplex vna fit per intellectū agentem
et ista abstractio est facere de eo quod est intellectꝫ
in potentia ꝙ sit intellectū in actu. Alia ē abstractio
pertinens ad intellectum possibilē ꝛ est intellectio
prioris cōiuncti cū posteriori non intelligendo po-
sterius. S. T. j. q. xl. ar. iij. dicit ꝙ duplex fit abstra-
ctio per intellectū. vna quidā scd̃m ꝙ vniuersale ab
strahit̃ a particulari vt animal ab homine. Alia au
tem scd̃m ꝙ forma abstrahitur a materia ꝛ ī hac ab
stractione vtrūqꝫ potest manere in intellectu. Ab-
strahendo eñ formā circuli ab ere remanet in intel-
lectu nostro intellectus circuli et intellectus eris.
Quid aūt sit materia sensibilis et materia intelligi
bilis dicit. S. T. j. q. lxxxv. ar. j. ꝙ materia sensibilis
ab subiacet qualitatibus sensibilib⁹ vt calido ꝛ fri-
gido luci vel duro ꝛ molli sed materia itelligibilis
est substantia secundum ꝙ subiacet quantitati. Ex
his patet ꝙ materia sensibilis non includitur in in-
tellectu mathematicorū neqꝫ ī vniuersali neqꝫ ī par
ticulari vnde mathematica sunt sicut numer⁹ ꝛ ma
gnitudo. Materia tamē sensibilis includit̃ in intel
lectu specierū naturalium vt in intellectu hominis
includitur caro et os sed non hec caro et hoc os.

¶ Notandum preterea ꝙ diuersitas que est īter ma
thematicū. i. geometram ꝛ aritmeticū ex vna parte
et phisicū ex altera patet per diuersum modum dif-
finiendi quia mathematica diffiniūtur sine motu et
materia sed phisicalia diffiniunt̃ per materiā sicut
simum in cuius diffinitione ponitur subiectum sen-
sibile. Notandū preterea ꝙ quedam sunt sciētie me
die vt astrologia de radio ꝛ musica que accipiūt ꝑn
cipia abstracta a pure mathematicis et applicāt ad
materiam sensibileꝫ sicut perspectiua applicat ad li
neam visualem ea que demonstrātur a geometra de
linea. Et dicit. S. T. ꝙ huiusmodi scientie dicūtur
esse magis naturales q̄ꝫ mathematice qꝛ vnūquod-
qꝫ denominatur ꝛ habet speciē a termino sed iste sci
entie terminātur ad materiam naturalem vt quan-
do astrologus ostēdit terrā esse rotundā vel ꝙ sol in
tanto tēpore facit suum circulū. Et ideo non est mi
rū si astrologia cōicet in conclusionibus cū scientia
naturali quia tamen demonstrat per aliud medium
ideo non est pure naturalis. Exemplū vt ꝙ terra sit
sperica demōstratur a naturali per mediū naturale
vt pura quia partes eius vndiqꝫ ꝛ equaliter concur
runt ad mediū propter grauitatē. Ab astrologo au
tem ex figura eclipsis lunaris vel ex hoc ꝙ non eadē

sidera ex omni parte terre aspiciuntur. ¶ Notandū preterea ꝙ iste scientie medie dicuntur esse subalternate respectu mathematice. Et ideo dicit. S. T. j. q.j.ar.ij. ꝙ non oportet semper principia esse euidētia in tali scientia sed sufficit ꝙ sint euidentia in scientia superiori. Grego. tamē de arimino ꝛ multi alij hoc negant vnde dicunt ꝙ nulla est vera scientia si principia eius sint tantummodo credita vel nisi procedat ex euidentibus. Sed contra. Ad scientiam nō requiritur semper certitudo euidentie vt patet ī moralibus vnde philosophus .j. ethico. capi. iij. dicit ꝙ exactum non est in omnibus flagitandū. Itē astrologi demonstrant multas conclusiones per tabulas alphonsi et aliorum astrologorum de quibus nō habetur euidentia. Item tunc astrologia secundum se non esset scientia quia ex se non scit premissas. Itē posset deus seruare scientiam conclusionis annichilando scientiam premissarū vel posset aliquis obliuisci scientiam premissarum ꝛ tamen quia se excercitauit circa conclusionem adhuc posset per habitum exire in actum scientificum et tamen de premissis non habet nisi actum fidei. Item multa pricipia scientiarum non videntur esse cognita per euidētiā summam sed per quandā probabilem rationē sicut ꝙ omnis ignis sit calefactiuus est cognitū quia iste ignis est calefactiuus et quia est eiusdem speciei cū quolibet alio ideo creditur ꝙ omnis ali⁹ sit calefactiuus. Hec tamen consequentia a proteruo posset negari. Item multa principia cognoscuntur per sensum nec est nobis euidens quin tales sensus aliquādo decipiantur. Item non inconuenit magis assentire conclusioni q̄ premissis quia ex premissis opinatis cum imperio rationis sequitur conclusio credita ergo ex p̄missis creditis posset seq̄ cōclusio scita.

¶ Contra hec arguitur nulla scientia est circa falsa sed abstrahere ea que non sunt abstracta non est sine falsitate ergo mathematica non est de abstractis a materia quia secundum veritatem linea nulla est separata a materia cum omne accidens secundum rē sit in subiecto. Item ad idem quicunq̄ intelligit rē aliter q̄ est errat sed intelligere lineam sine materia est intelligere lineam aliter q̄ est. Forte dicis ꝙ linea sic est ī itellectu. Contra sequeret ꝙ mathematica esset scientia rationalis quia est de rebus secūdū esse quod habēt in intellectu quia entia mathematicalia vt sic non habent esse nisi in intellectu et sic nō sunt entia realia.

¶ Secundo que sunt per se sensibilia non sūt abstracta a sensibilibus nichil enim est abstractum a seipso sed entia mathematicalia vt numerus et figura sunt huiusmodi quia sunt sensibilia communia. Itē mathematica docet constituere lineam per fluxum puncti qui est motus ergo considerat motum ꝙ etiam patet dicendo ꝙ numerus est multitudo ex vnitatibus aggregata. Aggregatio autem est quidam motus. Item impossibile est intelligere accidens sine subiecto sed subiectum quantitatis est materia igitur non abstrahit a materia.

¶ Tertio mathematica possunt diffiniri per proprium genus et differentiam ergo abstrahunt a materia intelligibili que videtur esse substantia. Itē pūcta et vnitas sunt mathematica et tamen considerātur sine q̄titate per quam materia dicta est esse itelligibilis. Item materia ē pura potentia ergo nulla est materia intelligibilis. Item magnitudo nō potest demonstrari de substantia intelligibili ergo ipsa non est subiectum magnitudinis antecedens patet quia nullus fecit talem demonstrationem licet omnia accidentia videantur posse demonstrari de suis subiectis.

¶ Quarto diffinitio phisicalis potest esse quidditatiua et essentialis ergo phisicus non diffinit per materiam sensibilem que includit accidentia res autem naturalis est substantia et non aggregatum ex substantia et accidente alias esset ens per accidens et vltra phisicus diffinit sine materia sensibili ergo abstrahit a materia sensibili.

¶ Quinto illa que sunt magis abstracta videntur esse magis difficilia sed mathematica non ē magis difficilis q̄ phisica ergo nō est de magis abstractis minor patet ex. S. T. opuscu. lvij. q. v. ar. x. vbi ait apud antiquos hic ordo in adipiscendis scientijs fuisse obseruatus vt primo logica deinde mathematica tertio naturalis postea moralis adisceretur et tādem homines studerent diuine scientie que alio nomine dicitur metaphisica theologia vel transphisica quia post phisicam discenda occurrit nobis dicit S. T. Item ibidem ar. ij. Nullum vniuersale mouetur homo enim vniuersalis non sanatur vt dicitur ī principio metaphisice sed phisica est de vniuersalibus ergo abstrahit a motu. Item phisica pertinet ad intellectum sed intellectus cognoscit abstrahendo a materia. Item ar. iij. arguit ꝙ mathematica consideratio non est sine materia quia mathematica considerat lineas numerando illas sed non numerantur nisi per materiam in qua sunt ergo considerat materiam. Item mathematicus demonstrat per causam materialem ergo non abstrahit a materia antecedens probat. Cum demonstratur aliquid de toto ex partibus vt ꝙ angulus qui est in semicirculo est rectus ex eo ꝙ vtraq̄ pars eius est semirectus partes autem sunt materia totius vt dicitur. ij. phisicorum. Item astrologia est pars mathematice et tamen non abstrahit a motu antecedens patet quia scientie distinguuntur per rationem formalem que est medium sed astrologia in medio maxime conuenit cum scientijs mathematicis. Itē ptolomeus in principio almagesti vt inquit. S. T. dicit ꝙ negotium quod est de mobili et incorruptibili ptinet ad mathematicos ar. viij. ergo mathematicus non abstrahit a motu.

¶ Sexto scientia diuina demonstrat per tres causas scilicet efficientem formalem et finalem sed causa efficiens non potest considerari sine consideratione motus ergo metaphisica non abstrahit a motu. Hic possēt adduci argumēta tacta de subiecto philosophie naturalis.

¶ Septimo impossibile est ꝙ sit maior euidētia de conclusione q̄ de premissis ergo impossibile est ꝙ per premissas creditas habeatur scientia quia propter quod vnum quodq̄ tale est illud magis. Item demonstratio cogit intellectum sed ex premissis creditis nullus cogitur quia voluntarie illis assentit ergo ex premissis creditis non fit demonstratio. Itē tunc in potestate mea esset de omnibus habere scientiam quia quemlibet propositionem veram possum inferre ex aliquibus principijs creditis imo articuli fidei essent sciti quia aliquando vnus īfertur ex alio vt Christus resurrexit ergo nos resurgemus. Forte dicis sicut quidam dicunt ꝙ ex principijs creditis non habetur scientia. Contra sequeretur ꝙ scientia subalternata non esset sciētia proprie dicta. Item. S. T. dicit ꝙ theologia est proprie scientia vt continuatur sciētie beatorū de veri. q. xiiij.

st.x.ad tertiū. Itē si non esset proprie scientia ergo erit fides vel intellectus vel aliquis alius habitus. Si primum ergo theologia non manet in patria q̄d est contra ihcronymū dicentem. Discamus ī terris quorū scientia nobis perseueret in celo et loquitur de diuine scripture libris.

¶ Ad primū dicitur secundū philosophum hic q̄ abstrahentium non est mendatium quia intelligere vnū sine alio non est falsitas vt quando intelligitur albedo lactis sine dulcedine vnde dicitur q̄ intelligere vnū sine alio prima operatione intellectus nō est falsitas sed solum cōponendo ꝛ in secunda operatione. Sed cōtra diffinitio est in prima operatione intellectus ꝛ tamē potest esse falsa saltē per accidēs vt dicit. S.T.1.q.xvij.ar.iij. vt quando diffinitio vnius iungit diffinito alterius. Sed dicendū q̄ ibi est aliquomodo cōpositio ꝛ per hoc patet ad aliud vide. S.T. opus. lvij.q.v.ar.iij. ad pmū. Deinde dr q̄ mathematicus non considerat esse abstractū ipsi⁹ quantitatis quia hoc est ens rationis ꝛ logicale sed cōsiderat q̄titatē abstractiue.i. considerat q̄titatē et non considerat an sit in subiecto sensibili vel non dubium est an numerus intelligentiarū est mathematicus sic: dico q̄ non.

¶ Ad secundū dicitur q̄ nō sūt sensibilia per se nec fluxus puncti est motus realis accidens etiā non intelligitur sine subiecto aliquo modo tamen potest intelligi sine subiecto tali. Sed contra mathematic⁹ considerat cubicationem sphere sed cubicatio sphere importat motum spherici super planum igitur.

¶ Ad tertiū videtur quibusdam q̄ accidens potest intelligi sine subiecto q̄ꝛ vnum quod noīamus sicut intelligimus sed possumus q̄titatē significare ī abstracto qd non dat intelligere subiectū ergo possumus eā intelligere sine subiecto ꝛ sic abstraheret a materia intelligibili que est substantia. Sed dicendum q̄ accidens non habet essentiam cōpletā ideo non potest cōplere diffinitiue intelligi sine subiecto vnde substantia est illud qd primo intelligitur nec aliqd accidens potest intelligi nisi intelligendo substantiā in confuso. Ad aliud dicit q̄ materia intelligitur in analogia ad formā nec per materiā hic intelligimus materiā primā. Ad aliud dicitur q̄ p se nots non indigent demōstratiōe. S.T. opus. lxxvij. q.v.ar.iij. ad scdm dicit q̄ materiale non dicitur solum cuius pars est materia sed etiā id quod in materia habet esse. Et ideo licet mathematica sint materialis tamen materia non est pars eorum.

¶ Ad quartū dicit q̄ res naturales sūt res sub motu et ideo diffinitio non est per additamentum. Ex quo patet q̄ hec diffinitio homo est animal rationale non est phisica qui hic nichil ponitur q̄ pertinet ad motū ꝛ hoc etiam patet ex. S.T. vj. metaphisice commento. ij. Sed tunc est dubiū q̄ꝛ naturalia licet diffiniantur per motum tamen non diffiniūtur p sensibile propriū ergo nō differūt a mathematicis. Itē omnes artes abstrahunt a motu quia artificialia vt sic non mouentur ergo omnia artificialia sunt entis mathematica q̄ꝛ abstrahūt a materia sensibili. Itē partes diffinitionis cōstituūt diffinitū sed cōstituere est per motū ergo omnis diffinitio est per motum Ad hec dicitur q̄ in phisica determinatur de sensibili cōmuni scilicet de motu sicut et in mathematica tamen cū hoc consideratur de sensibili proprio scilꝫ est de sono caliditate et frigiditate et lumine quod reperitur in corpore naturali celesti. Ad aliud dicit q̄ nō omnia abstracta a materia sensibili sūt mathematica. Secundo dicitur a scto thoma. vij. metha. lec. ix q̄ partes diffinitionis dicuntur partes nō ita q̄ sint partes rei non eni animal est pars hominis neq̄ rationale sed animal sumitur ab vna parte et rationale ab alia. Et si dicatur diffinitio est idē rei ergo partes diffinitionis sunt partes rei. Negatur cōsequentia si enim partes diffinitionis essent partes rei tunc animal non predicaretur de homine cū nulla pars integralis predicatur de toto.

¶ Ad quintū dicit. S.T. ibidē q̄ q̄uis naturalis philosophia post mathematicam discēda occurrat eo q̄ vniuersalia ipsius documenta īdigent experimēto et tempore tamen res naturales cum sint res sensibiles sunt naturaliter magis note q̄ res mathematice. Et.q.vj.ar.i. tangit idem vbi querit an mathematica disciplinabiliter procedat. Ad aliud dicit. S.T. ibi ad quintū q̄ q̄uis vniuersale non moueat est tamen ratio rei mobilis ꝛ ibidē ad secundū dicit q̄ intellectus cōmuniter abstrahit a materia signata non aūt a materia communi in scientia naturali q̄ prius tamen considerat de forma q̄ de materia. Ad aliud dicit ibi ad tertium q̄ materia diuidi non potest nisi ex q̄titate presupposita qua remota omnia substantia est indiuisibilis et sic prima ratio diuersificādi ea que sunt vnius speciei est q̄titas que ī sua ratione hꝫ situm quasi differentiam constitutiuam quod nichil est aliud q̄ ordo partium vnde abstracta q̄titate a materia sensibili per intellectū adhuc contingit ymaginari diuersa secūdū numerū vnius spēi sicut plures lineas rectas equales. Ad aliud dicit ibi ad quartū q̄ mathematica solum abstrahit a materia sensibili partes aūt non semper sunt materia sensibilis. Ad aliud dicit ibi ad septimū q̄ scientie medie non sunt simplr mathematice. De ptolomeo dicit picus q̄ non fuit bonus phisicus. vel mathematicis attribuit ptolomeus mobilis incorruptibilis ratione astrologie q̄ cōsiderat motus celorum. Et notandum q̄ platonici secundum philosophum hic et primo metaphisicorum putabant q̄ ea q̄ sunt abstracta secundum intellectum essent abstracta secundū rem quod tamen est falsum vt supra pꝫ.

¶ Ad sextū dicit. S.T. opus. lvij.q.v.ar.iiij. ad septimū q̄ metaphisicus considerat etiam de singulis entibus non secūdū proprias rationes per quas sūt tale vel tale ens sed secundū q̄ participant cōmunē rationē entis et sic etiā pertinent ad eius considerationē materia et motus licet dicatur esse de rebus a motu ꝛ materia separatis. Deinde dicit q̄ res quas considerat diuinus sunt separate existentes in rerū natura et ideo possunt esse principiū motus vnde nihil prohibet quin per causam efficientem et finalē demonstret. S.T. ibidem ad septimum.

¶ Ad septimum dicūt quidā q̄ nō ad omnem sciā requirit euidentia sed secundū alios duplex est euidentia. Quedā vocat ex terminis vel euidentia rerum vt q̄ omne animal rationale sit risibile. Alia vocat euidentia ex suppositione. Et sic diceremus q̄ euidens est papam moueri si currat nec ista euidentia est precise euidentia consequentie vt quidam arbitrantur. Deinde dicit Capreo. in plo. primi. q.i. q̄ semper magis assentimus principijs quo ad modū assentiendi quia illis assentimus propter se. Secundo dicitur q̄ nō omnis demonstratio sciē subalternate cogit intellectū sed de hijs in primo poste. dictū est vbi etiam disputatum est de ratione formali subiecti istarum scientiarum scilicet an ratio formalis pertineat ad phisicam vel mathematicam.

T Ad quintū sic proceditur videtur ꝙ agentia naturalia non producant formas substantiales quia agentia naturalia sunt qualitates prime que sunt accidentia sꝫ accidens non potest attingere formam substantialem aliās ageret vltra proprium gradum sue perfectionis. Sed contra omne agens vniuocū generat sibi simile secundum speciem et formam sed hoc non potest facere nisi attingat formam rei ꝛ substantiam ergo non solum preparat materiam.

¶ Respōdeo dicendum circa quattuor genera causarum plures sunt difficultates quarum vna ē. An deus possit quattuor genera causaruꝫ supplere et solet communiter dici ꝙ non potest supplere genꝰ cause materialis vel formalis sic ꝙ sit materia informata vel ꝙ sit forma informās: licet potest supplere genus cause efficientis: et forte finalis ita ꝙ omnē effectum per se subsistentem deus potest se solo producere. Dicunt etiam theologi ꝙ potest supplere materiam sic scilicet ꝙ potest facere accidens sine materia quia ablata influentia cause secunde potest manere effectus per influentiam cāe prime sed subiectū est causa secunda accidentium. Deus autem est causa prima ergo potest dare esse illis accidentibus remoto subiecto eorum. Sed contra deus non potest supplere causam formalem sic ꝙ aliquid sit album sine albedine ergo non potest predicto modo supplere causam materialem. Item secundum modum predictum posset facere duas albedines separatas qđ est contra. S. T. posset enim corrumpere subiecta earum. Forte dicis ꝙ non remaneret eadem albedo sed esset alia. Contra quelibet albedo habet aptitudinem ad subiectum ergo quelibet albedo separata eadem numero posset esse in subiecto. Item tertio omnis albedo per se ex secundo de anima est sensibilis sed albedo separata ab omni subiecto etiam a quantitate non est sēsibilis igitur maior patet quia est in tertia specie qualitatis minor patet quia albedo sine quantitate est indiuisibilis ergo requiritur infinita virtus ad videndum eam quia quanto sensibile est minus tanto requiritur maior virtus. Item impossibile est esse substantiaꝫ quin per se subsistat ergo impossibile est esse accidens quin insit qa posterius essentialiter non potest esse sine priori essētialr̄ quiro methaphisice. sꝫ accidēs ē posteriꝰ essentialiter substantia vt dicitur in principio. vij. metaphi. ergo. Item diffinitum non potest esse sine partibus sue diffinitionis sed impossibile est diffinire accidens quin substantia ponatur in diffinitione eius igitur. Item album et albedo idem significant sed album non potest esse sine substantia ergo nec albedo. Item si accidens potest non habere inherentiaꝫ actualem ergo inherentia actualis albedinis distinguitur ab albedine. Sed probo ꝙ non quia querit in quo predicamento poneretur illa actualis inherentia. Non enim potest poni in aliquo determinato predicamento quia conuenit nouem generibus accidētiū ergo nō ē ī determinato p̄dicamēto. Itē respectus realis non pōt fundari in alio respectu reali ergo ista inherentia actualis non est aliquid distinctum a paternitate que inheret subiecto. Item inherentia actualis inheret albedini contingenter quero ergo per quid inheret albedini. si dicas per aliam inherentiam actualem procedetur in infinitū. Si dicas ꝙ illa inherentia actualis non īheret per aliam inherentiam pari ratione standum fuit in prima. Item vel iste respectus actualis est posterior albedine vel prior. Si posterior ergo non repugnat albedinem esse naturaliter absqꝫ subiecto. Si prior ergo non potest concipi sine actuali inherentia. Forte dicis ꝙ hoc est verum secundum philophum. Contra philosophus in ca. de vacuo querit si esset spacium in quo tantum esset color aut sonus vtrū ibi esset vacuum et respondet ꝙ sic si esset receptiuum corporis. Manifestum est autem ꝙ hec questio ex primo intellectu eius includeret cōtradictoria si color nō posset concipi sine actuali inherentia ad subiectum cum subiectum eius non possit esse nisi corpus. Et sic non tantum esset color sed etiam corpus. Et per consequens non esset vacuum.

¶ Ad istas rationes philosophi diceret theologus ꝙ non est simile de effectu formali et de materia in qua. Et si dicatur effectus formalis realiter distinguitur a forma ergo deus potest ipsum facere sine forma. Negatur consequentia cetera soluūtur ex opere nostro de ente et essentia. Quibusdam videtur ꝙ qualitates nō possunt esse sine subiecto quo quod est quantitas sola autem quantitas potest esse sine omni subiecto. Sed contra Beatus thomas dicit albedinem posse esse separatam. Item qualitas est perfectior q̄ntitate ergo potest esse sine subiecto. Forte negas antecedens quia quantitas propinquior est pfectiori simpliciter scilicet substantie ergo est perfectior sꝫ hoc nichil est quia sapientia et similes qualitates vidētur magis conuenire cum sapientia increata q̄ꝫ quantitas. Alij dicunt ꝙ qualitates non sunt in quantitate quia accidens non pōt esse subiectū accidentis. Sed contra quod p̄dicatur per se. ij. modo de alio est in eo sed in scientia mathematica demonstrantur passiones de accidentibus ergo sunt in eis quia motus est subiectū velocitatis et tarditatis. Et equalitas fundatur in quantitate.

¶ Nunc considerandum est an deus suppleat omne genus cause efficientis et de hoc dicit. S. T. li. iij. contra gentiles ca. lxix. ꝙ auicenna posuit omnes formas substantiales ab intelligentia agente effluere accidentales autem formas esse ponebat materie dispositiones que ex actione inferiorum agentium materiam disponentium proueniebant. Auicebron in lib. fontis vite dicit ꝙ nullum corpus est actiuuꝫ sed virtus substantie spiritualis pertransiens per corpora agit actiones que per corpora fieri videntur. Hec etiam est opinio quorūdam maurorum vt narrat. Raby moyses de potentia. q. iij. ar. vij. Et si obiceretur contra eos ꝙ ex applicatiōe ignis ad calefactibile semper sequitur calefactio nisi sit impedimentum ergo ignis est causa caloris per se. Dicebāt ꝙ deus ita statuit vt iste cursus seruaretur in rebus ꝙ nunq̄ꝫ ipse caloreꝫ causaret nisi apposito igne. Sꝫ isti destruunt ierarchiam naturalem quam alij vocant cathenam auream secundum quam inferiora reguntur et causantur a superioribus per causas naturales medias. Item hec positio repugnat sensui. Si enim ignis non generat calorem tunc per calorē et sensationem non possemus iudicare ignem esse calidum quia nec sensatio nec calor quē percipimus secundum istos est ab igne. Item tunc forme et virtutes naturales frustra essent collate rebus sicut si cultellus non incideret frustra haberet acumen. Item qui dat principale dat ea que sequuntur ad illud sꝫ facere aliquid actu consequitur ad esse in actu vt patet in deo igitur. Item tunc per nullum effectuꝫ manifestaretur virtus alicuius cause create et sic non posset virtus creata cognosci. ¶ Alij dixerunt ꝙ de

us nullo modo concurrit ad actionem rerum naturalium. Sed res naturales sic sunt institute vt nulla alia causa concurrente possint agere. Sed contra hoc obicit discipulus quia tunc deus non esset naturaliter presciue futurorum quia si voluntas hominis sit totalis causa sui actus voluntatis sine deo ergo quantumcunqꝫ voluntas diuina ponatur determinata ad vnam partem adhuc poterit volūtas creata aliter velle et sic non erit certitudo in scientia dei. Item tunc deus non esset omnipotens quia potest a voluntate impediri. Non enim potest scire actum voluntatis mee essentisi voluero.

¶ Notandum preterea ꝙ circa actiones rerum due sunt opiniones solēnes doctor subtilis in .iiij. dist. xij. q. iij. tenet accidens se solo posse agere et producere quasdam formas accidentales non autem substantiales quia accidens non potest producere vniuoce formam substantialem cum sit alterius generis nec equiuoce quia causa equiuoca semper est perfectior suo effectu sed accidens non est perfectius substantia ergo non potest eam producere. Si enim inquit non omnis causa equiuoca sit perfectior tūc posset dici ꝙ musca est perfectior deo quia non potest hoc aliter improbari nisi quia deus est causa equiuoca musce. Et similiter posset dici ꝙ totum vniuersum est factum a musca licet sit perfectius ea. Contra suam opinionem ipse instat quia albedo est causa equiuoce sue intellectionis et tamen non est perfectius ea quia est ens spirituale. Item secundum galienum in semine est quedam virtus formatiua fetus que tamen non est nobilior fetu cum sit accidēs Item multa animalia generantur ex putrefactione que sunt nobiliora putrefactis et ipso celo quia quodlibet animatum est perfectius inanimato celum autem inanimatum est. Ad ista dicit ꝙ albedo non est causa totalis intellectionis. sed ita posset dici ꝙ quando substantia generatur ex accidente tunc non est causa totalis sed cōcursus generalis dei coagit Aliter arguitur ab eodem quia accidens separatū vtputa calor potest in aqua producere tantam caliditatem ꝙ expellet formam substantialem aque ergo producet aliam formam substantialem quia materia non potest esse sine forma nec potest annichilari. Hic respondet vno modo ꝙ caliditas licet quātum est ex parte sui possit producere quēlibet gradum in passo tamen hoc repugnat sibi in hoc casu ex parte passi. Et si queratur an possit producere gradum caloris incompossibilem forme substantiali ipsius aque dicit ꝙ hoc implicat quia si talis gradus sit in aqua iam non est incompossibilis forme aque quia nichil manet sub aliquo sibi incompossibili. Sed cōtra tūc nunqꝫ alterans per alterationem corrumperet substantiam quia nunqꝫ producit gradum incompossibilem alterabili. Concedit illatum quia prius naturaliter non corrumpitur per aliquid posterius naturaliter sed quicquid est inductum ab alterante est posterius forma substantiali rei alterabilis ergo per nullum tale corrumpitur substantia alterabilis sed substantia solum corrumpitur a substantia. Sed cōtra tunc minima gutta aque non posset corrumpi a maximo calore separato si circundaretur eo. Respōdet concedendo vel dicit ꝙ corrumperetur ab agente vniuersali scilicet celo ad quod est fuga naturalium vel si celum non sufficeret recurrendum est ad deum. nec hoc est fugere ad miraculum quia deus regulariter supplet impotentiā nature. Aliter arguitur manifestum est ꝙ forma ignis non potest stare cum quacunqꝫ frigiditate nec sine aliqua caliditate ponamus ergo ꝙ non possit stare cum frigiditate vt .vi. nec sine caliditate vt .iiij. tunc sic frigiditas vt x. separata per tempus continue agendo producit quemlibet gradum frigiditatis infra .vi. ergo in termino temporis forma ignis est corrupta. Item illa frigiditas est corruptiua . vnius gradus caliditatis ipsius ignis ergo et cuiuslibet quia omnes gradus sunt homogenei . idest vnius speciei et resistentie. Item arguit aureolus secundum philosophum generatio et alteratio sunt due mutationes habentes necessario concomitantiam. Nam impossibile est ꝙ alteratio sit vltima quo ad terminum quin in eodem instanti sit forma substantialis et dispositio vltima semper est ab eodem a quo est forma substantialis sed ab accidente secundum se sumpto siue separato potest esse dispositio vltima vt prius patuit ergo et forma substantialis alteratio enim aliquomodo terminatur ad formam substantialem Deinde pro solutione alterius argumenti de semine dicit Scotus in .ij. distin. xviij. ꝙ semen cuiuscunqꝫ agentis est imperfectius eo vnde non est principium actiuum generationis vel vltime forme substantialis. Et si queratur a quo ergo generantur animalia viuentia dicit ꝙ ab angelo vel a deo. Non ab angelo quia angelus non agit nisi mediante motu celi relinquitur ergo ꝙ a deo. Sed contra sequeretur ꝙ equus non generaret equum nec homo generaret hominem quia quero vel pater generat quando est et hoc non oportet. Generat ergo quando est mortuus. Sed tunc non est nisi in virtute que ist in semine ergo virtus que est in semine est principium actiuum geniti. Item hoc videtur coincidere cum opinione maurorum et auicenne. Item caliditas producta ex reflexione radiorum solarium in speculo concauo producit formam substantialem ignis vt experientia probat et tamen non videtur aliquod agens particulare aliud concurrere igitur. Item ex forti percussione duorum lapidum generatur ignis qui non producitur nisi ex vehementi motu eorum dico ergo ꝙ accidens in virtute substantie aqua tamen est separatum potest producere substantiam sed nullum accidens virtute propria producit substantiam. Secundum patet quia nullus effectus adequatus virtuti superiori potest produci a virtute inferiori tanqꝫ a causa totali vt patet ex ratione adequationis sed effectus vniuocus qui est substantia est adequatus cause vniuoce que est substantia quia causa vniuoca habet pro termino adequato effectum vniuocum quia si produceret aliquod nobilius se tunc esset equiuoca. Sed omne accidens est inferius substantia ergo nulla substantia potest ab accidente virtute propria produci. Et ideo per hoc sufficienter potest probari ꝙ deus est ens perfectissimum vt patet ex. S. T. prima. q. iiij. ar. ij. vbi ait ꝙ quicquid perfectionis est in effectu oportet inuenire in causa effectiua vel secundum eandem rationem si sit agens vniuocum vel eminentiori modo si sit agens equiuocum. Deinde dicitur ꝙ forma substātialis nunqꝫ agit nisi mediantibus qualitatibus actiuis et passiuis vt dicit. S. T. iij. q. lxxvij. ar. ij. ad tertium. vnde accidentia sunt quasi instrumēta ipsius substantie.

¶ Contra hec arguitur destructo priori essentialiter destruitur posterius sed esse est prius qꝫ agere et esse accidentis est inesse ergo si accidens sit separatum ipsum nichil agit. Item actiones sunt suppositorum vt patet primo metha. sed accidens non est

suppositum igitur. Item mathematica non agunt sed accidens separatum a quantitate est ens mathematicum ergo non agit maior est philosophi iij. methaphi. Et .S.T. dicit .i.q.v.ar.iij.ad quartum ꝙ entia mathematica abstrahunt a ratione finis et sic non habent rationem mouentis.

¶ Secundo .i. de ge. dicitur ꝙ agens et paciens debent communicare in materia sed accidens cū nullo communicat in materia. Item accidens separatum non est extensum ergo non habet modū ꝗtitatiuum ⁊ per consequens non est actiuū patet consequentia qꝛ ad hoc ꝙ agens naturale agat oportet ꝙ sit approximatum passo approximatio autē fit secūdum situm qui conuenit tantum extēsis et quātis.

¶ Tertio si accidens separatū haberet suā actionē ergo species intelligibiles separate ab ītellectu poterunt intelligere ⁊ potentia currendi separata ab homine poterit currere. Item tunc accidens separatuz posset moueri quia grauitas separata ageret ergo descenderet quod tamen est falsum quia nihil mouetur nisi corpꝰ. Itē tūc aliqͩ citra deū esset sua potentia actiua quia caliditas separata ageret per suā essentiā sicut quando erat in subiecto. Itē si accidens separatur per miraculū ergo cessante miraculo ⁊ approximata substātia accidēs naturaliter faciet se inherere substantie a qua priꝰ fuit separatuz pꝫ sic qꝛ prius fuit separatū p miraculū ergo cessante miraculo rebꝰ existētibꝰ ī sua natura nō erit āplius separatū ⁊ sic albedo effectiue faciet subiectū album. Itē si accidens habet miraculose p se esse ergo hꝫ esse substātie qꝛ p suū esse qꝺ est in esse nunꝗ͂ pōt habere p se esse vel p se subsistere qꝛ subsistere est de predicamento substantie non autem esse accidentis.

¶ Quarto arguitur pro auicenna ꝗtitas impedit actionem sed omne corpus est ꝗtum ergo nullum agit aūs pꝫ qꝛ ponderosa non possunt moueri ergo ꝗtitas impedit motū. Itē forma nō fit ex aliquo qꝛ non hꝫ materiā partē sui ergo creatur ergo ē a solo deo. Itē accidens nō transit de subiecto ī subiectū ergo actio corporis nō pōt trāsire in aliquod passū.

¶ Quīto vel deꝰ ⁊ natura agūt vna operatione vel duabus non primum quia sunt alterius nature et vna operatio non potest esse in duobus nec secūdō quia due operationes non possunt terminari ad idē factum forte dicis ꝙ terminātur ad idem secunduz prius et posterius. Contra natura immediate attingit effectum et similiter deus igitur. Item conseruare rem non est operari per illam rem sed deꝰ nō agit in rebus nisi eas conseruando et eas instituit vt possent sine alio operari ergo deus non operatur in rebus si enim operaretur hoc esset aliquid conferēdo rebus sed tunc quero an illud sufficit ad hoc ꝙ res naturalis agat absꝗ͂ concursu dei vel non si primū ergo eadem ratione potest dici ꝙ virtus naturalis sufficiebat si secundum tunc oportebit ꝙ iterum aliud faciat anteꝗ͂ res agat et sic in infinitum.

¶ Sexto tunc idem produceretur necessario et contingenter quia a deo res producuntur libere et per consequens possunt non produci et a natura producuntur naturaliter ergo necessario. Item actio dei et creature distinguūtur ergo possunt separari ita ꝙ erit actio creature sine actione dei. Item tunc voluntas non esset libera quia nō potest agere nisi supposita actione dei sed non est in sua potestate ꝙ deꝰ agat. Item deus est causa sufficiens ergo superflue ponitur actio creature. Item deus producit totum vel partem effectus si primum ergo agens naturale nichil facit si secundum ergo alteram partem agēs naturale producit se solo.

¶ Septimo in generatione hominis deꝰ se solo producit animam ergo hoc etiam potest teneri in generatione aliorum animalium ꝙ scilicet solū disponūt materiā ad susceptionē forme si enim dicas ꝙ celuz sufficit ad producendum animalia genita ex putrefactione pro quanto agit in virtute intelligentie ergo etiam celum agens in virtute intelligētie cū homine poterit producere animā ipsius hominis. Forte dicis ꝙ materia est in potentia ad animā vegetatiuā et sensibilē non autē ad animā rationalē. Contra. Ex anima rationali et materia fit ens naturale per se ergo materia se habet vt potentia. Itē non sequitur homo generat hominē ergo producit animā rationalem ergo etiam non sequitur in alijs rebus.

¶ Octauo arguitur ꝙ per generationem naturalez non producatur forma naturalis quia forma prefuit ante generationē igitur. antecedens pꝫ qꝛ phūs dicit in .xvi. de animalibus ꝙ virtus ꝗ est in semine est sicut filius de domo patris egrediens sed filius ē anteꝗ͂ egrediatur de domo ⁊ est eiusdem speciei cū patre ergo semen est eiusdē speciei cū patre ergo haber animam qñ adhuc est in patre. Item arguit ꝙ ī semine nō est principiū actiuū generationis ipsius forme qꝛ tunc idem corrumperet se quia ad introductionem illius forme sequitur corruptio seminis et per consequens omnium accidentium eius. Itē principiū vniforme non est principiū actiuum difformitatis nisi passiuum sit difforme sed semen est vniforme ⁊ vnigenium et similiter materia ergo nō potest alterari ad tantam diuersitatem quanta apparet organis ipsius geniti scilicet corporis organici.

¶ Nono arguitur ꝙ substantia agat non mediante qualitate quia subiectū producit esse eiue suas poētias scꝫ .S.T.i.q.lxx.vij.ar.vi.ad 6m.⁊ nō mediāte alia qualitate. Itē aqua calida reducit se ad frigiditatē et non mediāte alia qualitate. Forte dicis ꝙ inanimata non mouent se ⁊ per consequens ꝙ aq̄ non reducit se ad frigiditatem. Contra forma est magis natura ꝗ͂ materia sed materia est principium passiuum motus naturalis ergo forma est principium actiuum. Forte dicis ꝙ aqua reducit se ad frigiditatem actualem per aliquam qualitatem ꝗ̄ vocatur frigiditas virtualis et hec est instrumentum forme substantialis. Sed contra forma substantialis aque non distat ab aqua ergo non requirit instrumentum. Item in primo instanti esse ipsiꝰ aque tunc producit istam frigiditatem virtualem queritur ergo mediante quo. Forte dicis ꝙ aqua est difformiter frigida et ideo vna pars alterat aliam ⁊ easm reducit ad frigididitatem. Sed contra a proportione inequalitatis non fit actio ergo pars que est calidissima non potest ab alia reduci ad frigiditatem. Item lapis seclusa grauitate inclinatur ad descendendum deorsum ergo potest sine alio medio producere motum deorsum. Item illa forma est immediatum principium agendi in qua generans et genitum assimilatur sed generatum assimilatur maxime generanti in forma substantiali. Secundum quid autem sibi assimilatur in accidentibꝰ ergo forma substantialis sine alio medio est principium actionis. Item nisi substantia immediate produceret accidens procederetur in infinitum. Item substantia est prius accidente ergo actio substantie est prior actione accidentis sed in illo priori accidens non agit igitur.

Decimo probatur q accidens existens i subiecto non solum est agens instrumentale et forma substātialis agens principale vt dictum est quia calor aq calefacte calefacit principaliter. Forma enim eius potius frigefaceret. Item posita frigiditate aque manus frige fit omni alio secluso non autem econuerso puta si ponatur aqua sine frigiditate ergo frigiditas est totalis causa. Item quando vapor eleuatus ascendit sursum ille motus causatur a leuitate tantum et per hoc posset probari q leuitas est natura. Item tunc omnis motus esset naturalis vt puta quando aqua calefacit manum quia hoc esset a forma eius. Et similiter arguitur de motu sursum qui est per leuitatem.

Vndecimo deus prius producit res q agens naturale quia prius est deus agere q agens naturale agere non enim conuertitur subsistenti consequētia ergo prius res est q agens naturale agat sed quod iam est a nullo potest produci igitur. Item deꝰ nūc eodem modo se habet sicut haberet si pduceret res se solo terminaret totaliter productionem rei ergo et nunc. Item commen. dicit. ix. metaphi. C. vij. q moderni ponunt vnum agens omnia entia causare sine medio scilicet deum et conuenit illis dicere vt nullum ens habeat propriam actionem naturaliter et per consequens non habebunt essentias proprias. Actiones enim non distinguuntur nisi per essentias diuersas. Et ista opinio ē valde extranea a natura hominis. Item omne calidum est a primo calido ergo omne esse est a primo efficiente et non ab agente naturali.

Ad primum dicendum q accidens non depēdet a subiecto essentialiter et ideo non est essentialiter posterius. Sed contra actio accidentis et actio substantie habent ordinem essentialem ergo actio accidentis est essentialiter posterior ideo dicunt alij q actio accidentis non posset esse sine substantia nisi deus suppleret vicem substantie. idest causalitatem Sed de hoc alias. Ad aliud dicunt quidam illam ppositionem non haberi in philosopho sed bene dicit philosophus q actiones sunt singularium aliter tamen dicitur q accidens separatum habet modum suppositi. Sed queritur cum abstractum non predicetur de concreto. An ista sit vera albedo separata est agens et calefaciens. Dicendum q sic. Ad aliud dicitur q quantitas habens accidentia naturalia nō est ens mathematicum et ideo potest agere. Sed an quantitas sine accidentibus videretur dicendū q non licet vocetur sensibile per se. ij. de anima.

Ad secundū dz q hoc verū est de agentibus vniuocis. Ad aliud dicitur q accidens separatum a substantia adhuc est in quantitate et per consequēs extensum vtrum autem seclusa quantitate ageret de hoc postea.

Ad tertium dicitur q species et qualitas nō sūt principium totale suarum operationum et ideo separata non possent eas exercere. Sed contra calor etiam non est totalis causa quando est in homine ipsius calefactionis. Item species in visu videtur esse totalis causa visionis ideo videtur quibusdam q species et charitas separata possent introducere suos actus in anima quia. S. T. dicit prima parte q nichil differt ad hoc q forma sit principium actionis q sit inheres vel q sit per se subsistens. q. lvj. ar. j. Sed dico q non est simile de istis accidentibꝰ spiritualibus et alijs quidam dicunt hec accidētia nō posse separari quia non indiuiduant seipsis vt q̄titas sed contra anima separatur. De calore dicitur q deus communicaret sibi potentiam actiuam qd si non faceret forte nō ageret vel dicit q nulla substantia citra deū est sua potentia actiua. Ad aliud negatur consequentia. Ad aliud dicitur q esse quod priꝰ habebat accidens quando erat in subiecto nūc est esse per se accidentis et prius habebat illud esse erat tamen in potentia obedientie vt esset per se nō secundum propriam naturam et ideo non est de genere substantie.

Ad quartum dicit. S. T. lib. iij. contra gentiles ca. lxix. ad quartum q quantitas non impedit actionem forme nisi per accidens vnde corpus quod habet minus de materia et plus de forma sicut ignis est magis actiuum. Ad aliud dicitur q forma non fit vel si fiat habet materiam in qua quod sufficit.

Ad quintum dicit. S. T. de potētia. q. tertia ar. vij. tertium. q deus et natura immediate operātur idem duabus operationibus subordinatis. Quidā dicunt q deus immediate attingit formam rei immediatione virtutis quia nulla causa attingit suū effectum nisi virtute prime cause eo q prima causa applicat quodlibet agens ad operationem sed agentia naturalia agunt immediate immediatione suppositi. Ad aliud dicit ibidem ad septimum q id quod a deo fit iure quo actualiter agat est vt intentio sola habens esse incompletum per modum quo colores sunt in aere et sic non proceditur in infinitū Albertus magnus commento suo. xxix. vult concordare auicennam cum alijs capitulo. iij.

Ad sextū dicit q idē effectꝰ pducit a deo ⁊ ab agēte naturali necessario necessitate nature. Ad aliud dicit. S. T. de potētia. q. iij. ar. vij. ad. xiij. q volūtas dicit habere dominiū sui actus nō per exclusionem cause prime sed quia causa prima non ita agit in voluntate vt eam de necessitate ad vnum determinet. Et ideo determinatio actus relinquitur in potestate rationis et voluntatis. Sed contra volūtas quantum est de se est indifferens ad plures actꝰ eiusdem speciei q ergo producat hunc et non illum hoc est quia a deo determinatur. Negatur conseqntia sed est ex libertate volūtatis. Ad aliud dicit ibidem ad. xvj. q deus perfecte operatur vt causa prima requiritur tamen operatio nature vt causa secūda non absolute sed vt seruetur ordo in rebus. Ad aliud dicitur q deus producit totum sed non se solo nisi vno modo vide. S. T. contra gentiles libro tertio. capi. lxx. ad tertium.

Ad septimum dicit ibidem ar. xj. ad decimumqntum q anima rationalis excedit totum ordinē corporalium principiorum vnde nullum corpus potest agere etiam vt instrumentum ad eius productionē Sed contra homo generando disponit materiā ad formam rationalem ergo agit instrumentaliter ad eius productionem. Negatur consequentia quia anima rationalis excedit modum actionis vt inquit S. T. opus. xxxij. quia non est forma materie penitꝰ immersa. Generatiua enim potentia hominis non ē tota virtus anime humane sed vna pars eius que conditiones materie non excedit. Et ideo in generatione hominis non attingitur ad idem specie ex vi generationis sicut in alijs quantumcumq enim materia secundum naturam disponatur ad animā humanam deus tamen posset eam non creare. Sed contra omne agens agit sibi simile et omne agens agit per virtutem forme ergo illud quod agens agit est forma facti ergo forma hominis geniti ē per actio-

nem generantis alias generatio hominis non esset actio vniuoca nec filij assimilarentur parentibus q̃tum ad dispositiones anime. Item quicunq̧ dat vltimum complementum operationi alicui ille operatur formam primo sanctus Thomas dicit de veri. q. viij. iij. ar. ꝙ dispositio vltima est naturalis et ab eodem a quo est forma substantialis sed ab homine est dispositio vltima ad animam rationalem. Item homo est perfectior alijs aialibus q̃ stante solo ↄcursu generali dei homo generaret hominem. et philosophus dicit. xvi. de animalibus ꝙ in generatione femina dat corpus et anima est ex mare. Item si deus non necessario infundit animam ponamus ergo ꝙ eam non infundat et tunc queritur quid erit illud quod remanebit ex generatione hominis vel erit homo vel brutum. Item quare deus non posset communicare homini illam virtutem vt generaret hominem secundum formam. Item homo stante concursu dei generali est corruptibilis ergo et est generabilis. Forte dicis ꝙ non est possibile quin deus animam illam infundat facta dispositione. Hoc nihil est quia recta argumentatio et probatiua fundatur aliquando in aliquo impossibili quia philosophus. iiij. phisi. probat ꝙ tempus non est motus celi quia tunc posito ꝙ essent plures motus celi sequeretur ꝙ essent plura tempora. Respondet. S. T. ibidem ar. ix. ad quintum ꝙ homo generat sibi simile ꝑ virtutem anime rationalis non ꝙ ipsa sit immediatum principium in generatione humana agens sed via generatiua in semine patris agens in virtute anime rationalis. Deinde dicit ad sextum ꝙ quando forma est subsistens ad hoc ꝙ agens generet sibi simile vniuoce non oportet ꝙ sit causa forme sed ꝙ sit causa vnionis talis forme ad materiam. Et idē ponit ad. xxvi. Sed contra. Si homo esset solum causa vnionis sequeretur ꝙ actio hominis non terminaretur ad substantiam et sic nō esset generatio. Negatur consequentia vt patet ibidem ad. xix. Si dicatur illa vnio est relatio ergo non terminat actionē generantis dicitur ꝙ vnio capitur pro natura habēte partes vnitas. Alia argumenta bene procederēt si anima esset alio modo factibilis q̃ per creationē. Et cum queritur Si deus non infunderet animam rationalem in qua specie esset illud compositum potest dici sicut de embrione ꝙ non esset in genere vel specie nisi per reductionem vt dicit. S. T. ibidē ad x. Alij dicunt ꝙ haberet animam sensitiuam multo perfectiorem q̃ sit anima cuiuscunq̧ bruti et ibidē ad. xxix. dicit ꝙ verbum philosophi intelligendum est de anima sensibili.

¶ Ad octauum dicit. S. T. ibidem ar. xij. ad tertiū ꝙ virtus non assimulatur filio egredienti q̃tum ad complementum speciei sed q̃tum ad acquisitionē. Sed queritur quomodo ille qualitates que sunt in semine producunt formam substantialem. Dicendū ꝙ eam producunt pro q̃to agunt in virtute substātie generantis. Contra quero quid intelligitur per istam virtutem non aliqua substantia ergo accidēs tūc vel istud accidens aget virtute propria vel per aliquā virtutē quā habuit a substantia ipsius generantis. Si primū ergo accidens virtute propria producit substantiam. Item causa in actu ꝛ effectus in actu sunt simul ergo ipsum generās nullo modo potest dici agere per istam virtutem positā in semine.

¶ Item nichil est causa instrumentalis respectu illius quod non est quia instrumentum est mouēs motum ergo virtus que est in semine non agit tanq̃ instrumentum generantis quia forte generans est mortuus. Dicendum ꝙ agit virtute substantie a se prius informate per quam virtutem intelligimus primo ipsum accidens resoluendo locutionē transitiuam in intransitiuam quod quidē accidēs in substātia fuit virtuosius ratione subiecti q̃ natū esset esse ex proprio genere ideoq̧ dicitur virtus substantie ꝛ est nobilius seipso sumpto scd̄m propriam rationē. Sicut etiā calor hoīs ratiōe subiecti nobilior est calore plante aut ignis. scd̄o ipm̄ esse accidentis qd̄ in subiecto acquisiuit et est accidēte nobilius vtrūq̧ horum dicitur virtus substantie. i. quā habuit a substantia ꝛ in substātia saltem materialiter ꝛ retinuit vlterius dicit petrus de plaude ꝙ potest agere virtute dei ꝛ celi qua agebat in substantia sed has duas virtutes recipit accidens subiectiue et transitiue. A proprio autem obiecto accipit virtutem intransitiue licet autem talis substantia in proposito non sit in se est tamen in suo effectu et per illum agit et ipse effectus quamdiu retinet virtutem substantie tamdiu mouetur ab illa.

¶ Notandum ꝙ scd̄m capreolū totale agens dicit dupliciter. Primo ex parte effectus quia scilicet totum effectum ꝑducit et sic agens instrumentale posset dici totale licet non sit perfectius effectu. Secūdo quia producit se solo exclusis prioribus causis. Et notandum secundum. S. T. vbi supra ar. ix. ad xvi. ꝙ virtus formatiua que in principio est in semine manet adueniente anima rationanali et que prius fuit formatiua corporis fit postmodū corporis regitiua. Et scd̄m hoc idem non corrūpit se. Alij dicunt ꝙ aliquid ꝑ accidens est corruptiuum sui sicut phenix dicitur comburere se ꝛ lignum mouet se deorsū et aliquando cadit infra ignem. Sed dicere inanimata nō mouēt se. Pro quo vide. S. T. opus. xxxij. Ca. j. ꝙ leue quandoq̧ dicit actiuū ꝛ qñq̧ passiuuz principiū motus vt est cū instrumentū generantis potest dici principium actiuum motus quo. Deinde dicitur ꝙ principium vniforme. vt est instrumentum anime est principium difformitatis.

¶ Ad nonū dicūt quidā ꝙ subiectū nō proprie efficit suas potentias. Sed cōtra. S. T. opus. lxx. q. v. ar. iiij. ad quartū dicit ꝙ subiectu se hʒ ad aliqua accidentia non solū vt potētia passiua ſʒ etiam vt potentia actiua. ideo aliqua accidētia naturaliter perpetuant in subiectis suis. Itē oīs potētia mere passiua est contradictionis vt dicit. ix. metha. Substātie aūt respectu proprie passionis non est in potētia contradictionis hoc est ꝙ possit eas habere ꝛ nō habere ergo non est solum causa passiua eius sed efficiens. Sed hic dicit. Capreolus negando maiorem ꝛ pʒ instantiis de materia celi respectu figure. Quiequid ergo sit dico ꝙ substantia non est causa effectiua suarum passionum per modum transmutationis sed per modum simplicis emanationis. Ad aliū dicit ꝙ natura ꝑ se est pricipiū motus nec ab aqua potest oīs frigiditas actualis remoueri: idō cessat argumentum. Quidā dicunt ꝙ ab aere circūstante reducitur ad frigiditatem. Contra aliquādo aqua fit magis frigida q̃ aer circūstans sed a proportione ī equalitas non fit actio igitur. Item ponat ī vacuo Item tūc aqua semper fieret sūme frigida quia aer circūstans vel celum ea facilitate qua corrūpit vnū gradum frigiditatis etiā corrumpet quēlibet. Alij dicunt ꝙ propter densitatem producit in se frigiditatem. Sed contra ferrum frigesit tamen non condensatur. Et dico ꝙ satis probabile est ponere fri

giditatem virtualem quam etiã ponimus ꝙ et omnia alia patent ex dictis.

¶ Ad decimum dicitur ꝙ nõ ẽ inconueniens in actionibus non naturalibus ꝙ forma substantialis subiecti non sit principale principium actionis vt patet apud theologos in sacramentis sed generãs vel celum cum talibus accidentibus principaliter agit secus autem est in aliis actionibus.

¶ Ad vndecimum dicitur non ideo dicitur de⁹ prius naturaliter agere q̃ causa secunda quasi agat in aliquo instanti nature iñ quo res naturalis non agit sed quia eius actio non dependet ab agete naturali sed econuerso. Deinde dico ꝙ aristoteles nõ voluit excludere a rebus actionem cause prime q̃c quid sit de commentatore. Ad aliud dicitur ꝙ idẽ effectus ẽ a deo et a natura sed diuersimode vnde esse in vniuersali acceptum est a deo tanq̃ a causa vniuersali sed esse tale vel illud est ab hoc agente: et notandum ꝙ primum agens quadrupliciter cõcurrit in actione naturali primo dando agenti naturali formam ꝛ virtutem secũdo ipsum conseruãdo tertio applicando eius virtutem ad opus quarto producit rem ipsam cum agente naturali.

¶ Sequitur in textu dicitur autem fortuna.

¶ Circa hunc textum queruntur quinq;. Primo. An casus et fortuna sint in contigenti ad vtrũlibet. Secundo an fatum imponat rebus necessitatem. Tertio an natura appetat producere mõstrũ. Quarto an secundum philosophum contingentia rerum fiet tum scientia dei. Quinto. An necessitas in rebus sumatur ex parte materie vel ex parte finis vel cause proxime.

Ad primum sic proceditur videtur ꝙ casus et fortũa sint in contingenti ad vtrumlibet per rationes auicenne quas ponit albertus magnus circa textum commẽti. 48. quia contingens ad vtrumlibet se habet equaliter ad esse et non esse et sic non est magis determinatum ad vnum q̃ ad alterum. Si ergo eueniat hoc erit a casu. Sed contra ẽ sanctus thomas auerrois alexãder et themistius.

¶ Respondeo dicendum secundũ San. T. lec. 7. ꝙ quidam negauerunt casum et fortunam propter duas rationes. Prima quia omnia ista que dicuntur fieri a casu vel fortuna inueniuntur habere aliquam causam determinatam aliam a fortuna. Itẽ nullus antiquorum sapientum determinauit de casu et fortuna ergo signum est ꝙ non est casus ꝛ fortuna. Sed contra hos arguitur primo dato ꝙ non esset casus neq; fortuna tamen peccauerunt antiqui non determinando de ea quia si nichil fiebat a fortuna debebant de ea determinare ostendendo nichil fieri a fortuna. Item empedocles ponebat casum ꝛ fortunam dicit enim ꝙ plurime partes animalium fiunt a fortuna sic ꝙ in prima constitutione mundi fiebant capita sine ceruice.

¶ Item democritus dicebat ꝙ ex concursu athomorum per se mobilium casualiter constitutus est mundus ꝛ celum. Contra quem arguit philosoph⁹ quia secundum eum animalia et plante non fiunt a fortuna sed ab intellectu vel natura quod ex hoc patet quia non ex quocumq; semine aliquid generatur sed ex determiato semine fit homo ergo multo magis in celo nihil fit a casu quia celestia sunt diuiniora et sempiterna. Item nichil videm⁹ in celo quod fiat a casu multa autem videmus in istis ĩferioribus a casu contingere. Tertia est opinio dicentium fortunam esse causam. Et illa erat deus immanifestus intellectui humano qui ordinat omnia. Sed isti abusi sut vocabulo fortune quia res secumdum ꝙ comparantur ad deum amittunt rationem fortuiti quia aliquid vocatur fortuitum secundum ꝙ non ẽ ordinatum.

¶ Notandum preterea ꝙ philosoph⁹ hic põit tres diuisiones ad inuestigandum diffinitionem fortune. Quedam enim sunt que fiunt semper vt ortus solis. Quedam sicut frequenter vt ꝙ homo nascat oculat⁹. Neutrum autem horum dicitur esse a fortuna. Sed quedam fiunt in paucioribus vt ꝙ homo nascatur cum sex digitis. Et hec dicuntur ab omnibus fieri a fortuna ergo fortuna aliquid est. Item quedam fiunt propter finem quedã vero nõ Et dicuntur hic illa non fieri propter finem que nõ fiunt propter finem delibetatum sed propter finem ymaginatum. tertia diuisio eorum que fiunt propter finem. Quedam fiunt secundum voluntatem et quedam non sed fiunt a natura sed illa que fiunt a voluntate dicuntur fieri a proposito. Et illa que fiunt propter finem naturalem fiunt semper aut frequenter. ¶ Notandum preterea ꝙ causarum alie sunt per se alie sunt per accidens. Si secũdum hoc est dupliciter vno modo ex parte cause. Alio modo ex parte effectus. Exemplum primi sic dicim⁹ musicum edificare quia musicum accidit ei quod est causa per se domus. Exemplum secundi sicut diceremus ꝙ fodiens sepulchrũ est causa per accidens inuentionis thesauri quia inuentio thesauri sequitur effectum per se ipsius fodientis. Et si queratur quis ẽst effectus per se ipsius agentis a proposito. Dicendum ꝙ est illud quod euenit ex intentione agentis vnde quicquid prouenit in effectu vt ĩ paucioribus preter intentionem est per accidens sed quod semper vel frequenter coniungitur effectui cadit sub eadem intentione. Stultum enim est dicere ꝙ aliquis intendit aliquid et nõ velit illud q̃d vt frequenter vel semper adiungitur. Itẽ causa per accñs duplex. quedam nichil operans vel operans preter intentionem et hoc dupliciter. s. attingens effectum vt fortuna vel ad aliquid ei coniunctum ꝛ sic est occasio. S. T. in. 1. d. 46. ar. 2. 3. licz aliquando sit causa per se in. 4. dis. 38. quest. 2. ar. 1. 4. Ponit autem differentiã inter cãm per se ꝛ per accidens quia causa per se est determinata et finita non autem causa per accidens eo ꝙ infinita vni accidunt fortuna ergo est causa per accidens in his que fiunt preter intentum. Si enim finis esset intentus iam non esset fortuitus vt si aliq̃s hoc proposito iret ad forum vt pecuniam reportaret vt semper aut frequenter reportaret quando venit nõ diceretur esse fortuna sicut non est a fortũa. Si q̃s frequenter madefacit pedem eundo per lutum licet hoc non intẽdat. Est ergo diffinitio fortune. For

tuna est causa secundum accidens in hijsque fiunt secundum propositum preter finem in minori parte et ex hoc habetur responsio ad quesitum ꝙ non.

¶ Notandum preterea ꝙ fortuna immanifesta est homini quia fortuna est causa per accidens et sic eius quod est a fortuna sunt infinite cause infinitum autem vt sic est ignotum. Exemplum vt ꝙ quis in foro inueniat debitorem hoc est quia venit ad forum propter infinitas autem causas potest venire a forum patet ergo ꝙ fortuna simpliciter nullius est causa quia nõ est causa p se. Item recte vulgariter dicitur fortunam esse sine ratione quia ratiocinari non possumus nisi de his que sunt semper vel frequenter quia habent causam per se. Sed queritur an omnis causa per accidens possit dici fortuna et omne eueniens a causa per accidens fortuitum. Dicendum ꝙ non quia causa fortuita aliquid operatur ad effectum fortuitum licet non intendat. ¶ Notandum preterea ꝙ fortuna diuiditur in bonam que dicitur eufortunium et malam que dicitur infortunium quando scilicet accidit alicui malum cum magnitudine vel priuatio magni boni licet quis non habeat illud nisi in potẽtia propinqua quia quod parum distat nichil distare videtur. Ex hijs patet quare eufortunia sint incerta quia sunt fortuna quedam.

¶ Notandum preterea secundum sanctũ thomaz lec. 10. ꝙ casus et fortuna differunt quia casus in plus est ꝙ fortuna quia fortuna similiter infortunium et eufortunium solum fiunt in habentibus dominiũ sui actus. Alia enim potius aguntur ꝙ agant vnde fortuna videtur esse idem felicitati vel ei esse propinqua vel esse ipsa: si scilicet felicitas cõsisteret in bonis exterioribus vnde vulgariter bene fortunati vocantur felices quia bona exteriora in quibus plurimum habet locum fortuna deseruiunt instrumentaliter ad felicitatem. Ex quo patet ꝙ neque inanimatum neque puer neque bestia habent fortunam quia non libere agunt. Similitudinarie tamen in ipsis reperitur eufortunium vnde protarchos dicit altaria esse bene fortunatã et lapides quosdam quia honorantur alia autem conculcantur et sic male fortunati dicuntur homines qui ab alijs conculcantur. Nichil tamen prohibet ea pati a fortuna vt cum thesaurus inuenitur ab homine in inanimatis autem reperitur casus vt cum tripoda cecidit casu sic ꝙ est apta ad sedendum. Et casus accidit in hijs que sunt propter aliquid quod declaratur per vanum quod est nomen propinquum casui dicit autez vanum cum id quod est propter aliquid non fiat eius causa vt si quia ambulet ad deponendum superfluum nature. Si hoc non accidat dicitur frustra deambulatio et eius deambulatio e si vana. Nõ est autem frustra. Si balneato non deficiat sol quia balneatio non fiebat vt sol deficeret.

¶ Notandum preterea ꝙ casus et fortuna reducuntur ad genus cause mouentis quia est causa eorum que sunt a natura vel eorum que sunt ab intelligentia et sic presupponũt causam per se. Et iõ casus non est causa celi vt quidam dixerunt quia alias oporteret aliquid esse productum a causa per se ante celum.

¶ Notandum preterea secundum aug. in. 4. de ciuitate dei quidam rudes opinati sunt fortunam esse deam et sic romani fecerunt sibi aram et eam colebant et dicitur eius simulachrum fuisse locutum vt patet apud valerium vnde iuuenalis sat. 10. Nullum numen abest si sit prudentia. Sed te nos facimus fortuna deam celoque locamus. Sed contra fortuna aliquando est bona et aliquando mala, ergo non est dea sed potius demon. Item vel omnium est vna dea vel sunt tot dee quot sunt homines diuersimode fortunati. Item fortuna est sine ratione et ceca ergo vanum est eam colere si queratur ergo quid sit fortuna secundum veritatẽ vel ens rationis videtur dicendum ꝙ sit relatio. Sz dices ꝙ est causa per accidens, tunc queritur que res est ista causa per accidens.

¶ Notandum preterea ꝙ magna est difficultas apud multos de causa bone fortune quare aliqui sunt bene fortunati vnde. San. T. dicit lib. 3. contra gentiles ca. 92. ꝙ aliqui homines habent ex impressione corporis celestis aliquã efficaciam in aliquibus operibus faciendis quam alius non habet puta medicus in sanando et agricola in plantãdo (et quia hoc sibi sepe euenit ꝙ sit bene fortunatus ideo non est dicendum solum a casu) et miles expugnando vnde aliqui videntur esse qui regulariter prosperantur in vno ludo vel in alijs rebus ita ꝙ erunt duo milites qui in nullo videbuntur differre et vnus regulariter obtinebit victoriam alter vero non. Queritur ergo vnde hoc prouenit dicit. S. T. ibidem ꝙ aliquid potest alicui contingere a bona fortuna preter eius intentionem tripliciter scilicet secundum ordinem celestium corporuz vel disposionẽ angelorum vel etiam dei quia nostrum corpus subditur corporibus celestibus et intellectus angelis voluntas vero deo. Et ideo ex impressione celestium corporum vnus inclinatur ad aliquas electiones sibi vtiles quarum tamen vtilitatem propria ratione non cognoscit. Similiter ab angelis intellectus vnius illuminatur ad eadem et ex hoc diuina operatione inclinatur eius voluntas ad aliquid eligendum cuius rationem ignorat et talis dicitur esse bene fortunatus et econtrario male fortunatus sicut. Jechonias de quo dicitur scribe virum istum sterilem virum qui in diebus suis non prosperabitur.

¶ Et notandum ꝙ ex impressione corporum celestium dicitur quis bene fortunatus et bene natus. Non enim potest intelligi ꝙ hoc ex diuersa natura procedat ꝙ vnus vtilia sibi eligat et alius nociua preter rationem propriaz cum natura intellectus in omnibus sit vna. Sed secundum ꝙ intellectus hominis illustratur ad aliquid agendum non dicitur homo bene natus sed magis custoditus vel gubernatus. Ex hoc patet vnde prouenit ꝙ homo aliquando estimat ꝙ aliquid sit bonum fieri. Si tamen quereretur quare responderet se ne scire vnde quando perueniet in finem vtilem quem non precõsiderauit erit sibi seruitutũ.

¶ Notandum tamen ꝙ bona moralia non sunt preter intentionem cum in electione consistant et ideo respectu eoruz potest aliquis dici bene vel male natus non autem fortunatus sed tantum respectu exteriorum bonorum que preter intentum eueniunt vnde ergo est ꝙ vnus miles potius vincit. Dicens

dum quia eligit conuenientia ad finem et ad hoc
inclinatur per illuminationem intelligentie vel pri-
mi agentis. Ex quo patet dicit. San. Tho. q nemo
potest esse bene fortunatus vniuersaliter ex virtute
corporis celestis quia natura est ad vnum determi-
nata fortuitu autem non est tantum vnum.

¶ Notandum preterea secundum philosophum in
libro de bona fortuna q esse bene fortunatum non
est a natura quia natura eadem est in diuersis nec
est precise a rationem quia bene fortunati aliquan
do sunt magis insipientes et bene fortunati nesci
rent suorum impetuum reddere rationem. Item
tunc bona fortuna quereretur per studium. Item
bona fortuna non est a solo deo cum iustos videa-
mus esse bene fortunatos. Item deus est mouens
vniuersale vniformiter agens quantum est in se er
go q vnus sit bene fortunatus oportet q hoc pro-
ueniat ex aliqua dispositione. Dicit tamen philoso
phus ca. scdo q sicut natus bene regitur quam
daimona dirigit. Sic quidam dicunt q in taxillo
rum casu hic est bene fortunatus eo q afficitur a deo
vel propter aliquod dirigens intrinsecum.

¶ Contra hec arguitur. Per aureolum quia phillo
sophus ibidem habet pro inconuenienti q deus sit
causa q mali sint bene fortunati ergo sanctus tho-
mas infortunium non debet attribuere deo. Item
libro. i. contra gentiles ca. 88. Error est dicere q
deus omnia producit secundum simplicem volun-
tatem et q in nullo oportet rationem reddere nisi
quia deus vult ergo non est sic dicendus bene for
tunatus a deo. Item illud quod est possibile reduci
in principia naturalia ridiculosum est reducere im
mediate ad deum vt subtrahentes actiones corporibus
naturalibus vt significent deum tanquam immediate
omnia facientem non habent cerebrum naturali-
ter abile ad bonum vt commen. dicit. 9. meth. con.
7. imo si natura potest recipere talem virtutem a-
ctiuam videtur q deus esset inuidus si non com-
municaret creature quasi vellet ipse solus omnia
facere sed non videtur impossibile reducere infor-
tunium ad principium naturale sicut indicamus
de morte nec aliquod naturale puta per cometam
productum a natura. Item prosperitas fortune vi-
detur esse absque meritis et demeritis vnde inter
infideles reperiuntur bene fortunati ergo istud non
debet reduci in deum prouidentem secundum me
rita vel demerita vnde dicere q a deo immediate
quis peccator est bene fortunatus est ponere q cum
illo peccatore continue miracula facit. Item secun
dum philosophum deus agit necessitate nature er
go quantum est ex parte eius vnus non est magis
bene fortunatus quam alius.

¶ Secundo arguitur quod infortunium non eueniat
magis vni quam altari ab angelis vel intelligentiis quia
prosperitas fortune impedit homines sepe a salu-
te ergo non procuratur ab angelo custodiente animam
patet ex petrarcha dicente q fortuna blanda insi-
diosior est quam minax et fortune prospere regimen dif
ficillimum est licet vtriusque facies sit metuenda. Item
secundum eum. Omnis fortuna suas habet mole-
stias que neminem euexit nisi vt altior casus esset
ergo effectus bone fortune non est ab angelis sal-
tem bonis imo magis videtur esse a demonibus quia
diuitie que sunt bone fortune iuuant ad homines de

cipiendum vnde. 4. ethi. dicitur q homines incul-
pant fortunam quia maxime digni existentes ne-
quaquam ditantur. Item angeli boni magis persua
dent hominibus paupertatem quam prosperitatem et
honores et tamen habentes ista dicimus bene fortu
natos igitur.

¶ Tertio queritur que res est fortuna. Si dicitur
q sit substantia tunc vel est homo vel asinus nec potest di
ci q sit accidens quia quod omnia rotat ad libitum
non est accidens sed fortuna est huiusmodi igitur minor
patet ex boetio lib. 2. prosa. i. et. 2. Et a iuuenale
sati. 6. dicitur improba hec autem nulli accidenti
conueniunt. Item fortuna dicitur habere munera
quibus est vtendum non fidendum quia mendax
varia leuis infida est.

¶ Quarto arguunt socii alberti magni vt ipse nar-
rat negantes casum et fortunam quia nichil est ni-
si cuius ortum legitima causa precessit sed nullum
tale est a casu. Item quicquid est preter primam
causam est causatum et factum ergo habet causam
non solum per accidens quia omne per accidens re
ducitur ad per se igitur habet causam per se licet oc
cultam que ab augustino de schade. casus vocatur.

¶ Quinto obiiciunt mathematici quia vna est cau
sa vniuersaliter ordinans ad finem vniuscuiusque debi-
tum et regens causas particulares sed quod est sic
rectum non recipit aliquid per casum et fortunam
igitur antecedens patet quia hec inferiora regulan
tur motu celi. Et ideo oportet hunc mundum infe-
riorem continuari lationibus superioribus vt dice
tur in. i. perigeneos. i. de generatione. Item hesio
diste theologi dicunt omnia regulari a primo en-
te quod est deus cui omnia futura sunt presentia
ergo simpliciter nichil euenit a casu sed omnia eue
niunt secundum fidem catholicam immobiliter a
deo vnde videtur heresis ponere casum et fortunam
Sunt autem quidam inquit albertus volentes pre-
dicta soluere ponentes duplices causas agentes
scilicet vniuersalem et particularem tunc dicunt
q per respectum ad causam vniuersalem nichil eue
nit a casu sed bene si comparetur ad causam parti
cularem. Sicut si pater familias mittat duos ser-
uos ad eandem foueam per diuersas vias tunc ob-
uiatio istorum est a casu per respectum ad seruum
non autem per respectum ad patrem familias. Sed
contra illa que sic eueniunt: eueniunt immobiliter
simpliciter. Si ergo omnia hec inferiora sic euen
ant tunc perit liberum arbitrium et consilium. Item
secundum hoc nichil fieret simpliciter frustra quia
quamuis non consequatur finem intentum a nobis.
Consequitur tamen finem intentum ab agente pri
mo. Item tunc primum agens intenderet defectum
nature et peccata nature que sunt monstra.

¶ Sexto recitat auicenna duas rationes. Prima
omnis actio vel naturalis vel voluntaria est aliquo
fine terminata ergo non est casualis quia casus et
fortuna sunt cause per accidens ergo sunt preter
intentum et ideo male videtur diffinita fortuna q
scilicet est in hiis que fiunt secundum propositum.
Item impossibile est finem conuerti in non finem
ergo siue nos intendamus siue non semper eiusdem
rei est idem finis ergo non fit a casu.

¶ Septimo. Qui sepe lucratur ludendo ad taxil-
los nichilominus lucratur a casu ergo casus est in

hijs que fiunt frequenter forte dicis ꝙ lucrum nō est a casu quia lucrans intendebat lucrari. Contra sequeretur ꝙ ludus alice non esset fortuitus. Itē qui vadit semel ad forum et inueniens debitorem hoc est a casu etiam si frequenter inueniat. Itē si contingens rarum sufficeret ad fortunam sequeretur ꝙ ecclipsis solis esset a casu. Et plato dicit ꝙ coniunctio omnium planetarum fit in .36000. annis semel ergo in celo aliquid fit a casu quod est contra philosophum.

¶ Octauo arguitur ꝙ casus ꝛ fortuna nō sint cause per accidens quia causa per accidens nichil operatur ad effectum secus autē est de fortuna quia alias effectus non denominaretur casualis. Itē tūc musicus esset casus respectu domus quia est eius causa per accidens. Item arguit. San. Tho. lec. 8. contra primam diuisionem philosophi quia nullaꝫ facit mentionem de hijs que sunt ad vtrumlibet. Forte dicis ꝙ illa que sunt ad vtrumlibet vt sicnū ꝙ fiunt. Contra illa que sunt ad vtrumlibet magis nata sunt fieri ꝙ contingentia raro. Item contingens raro non habet causam per se sed quod non habet causaꝫ per se equaliter se habet ad esse ꝛ nō esse ergo est contingens ad vtrumlibet.

¶ Ad primum dicendum ꝙ propter hoc astrologi dixerunt ꝙ impetus bene fortunatorum reducitur ad constellationes et influxus stellarum quia ex eis periti astrologi sciunt predicere futura vnde coniunctio iouis et saturni significat depopulationem regnorum. Cum quia corpora celestia mouēt aues ad miras operationes vt formicam ad eleuanduꝫ granum in altum cum debet esse pluuia et ad deponendum cum debet esse siccitas ꝛ gallum ad distinguendum horas vnde deus ista operatur per causas secundas et sic videmus aliquos natura solertes et aptos ad vnam artem et non ad aliam et consiliatiuos vt ait acitofel. et poeta quidam donum dictum est non omnes effectus fortuiti vel bene fortunatorum possunt reduci in celum vł impetum qui sit in intellectu seu voluntate quoniam queritur quid est iste impetus. Item intellect⁹ nō subiicitur celo nisi forte per accidens ergo fortuitum repertum in eo est ab alio. Et notandum secūdum philoso. ꝙ ille non dicitur bene fortunat⁹ cui semel accidit magnum bonum aut cui sepe eueniunt parua bona quia vt dei carmen niteum faciūda prestans mittitur ex astris sed vt supra dicitur primo ethi. vna irundo non facit ver sed oportet ꝙ vt in pluribus accidat. Contra per diffinitionem fortune fortuna est in hijs que fiunt vt in paucioribus et ideo videtur ꝙ fortuitorum non est querenda causa. Dicendum ꝙ aliter capitur fortuna in libro de bona fortuna et hic immo videtur ibi accipi pro effectu fortuito vt bona fortuna dicatur bonus effectus fortuit⁹. Et licet ari. ponat causaꝫ bone fortune esse impetum tamen secundum eum videtur ꝙ prīm e intellectiones et volitiones sunt a deo et sic ponit henricus de gandauo quodlibet. 6. quest. 10. et. s. t. 12 quest. 9. ar. 4. vnde ꝙ homo velit media hoc est post consilium et volitionem finis ꝙ autem nunc moueatur ad volendum et non prius hoc est a deo. Tunc ad argumenta dicunt quidam aristotelem insufficienter determinasse de bona fortuna deinde dicitur ꝙ prosperitas aliquando est specialiter a deo ne aliquod bonum maneat omnino irremuneratum.

¶ Ad secundum dicitur ꝙ per accidens est hec tēporalia esse causam mali ꝛ hec sunt oculta iudicia dei quare viri iniusti obtinuerunt diuitias de quo vide boetium ꝛ lactancium.

¶ Ad tertium dicitur ꝙ fortuna est ipsa causa per se scilicet intellectus vel natura cuius effectui coniungitur alius effectus non intentus. Augustinus etiam propter illos cōmunes modos loquēdi de fortuna dicit primo retractationuꝫ. Non mihi inquit placet totiens appellasse fortunam. Catholici enim debent potius omnia attribuere diuine ꝓuidētie.

¶ Ad quartum dicitur ꝙ omnia habent causā vel per se vel per accidens. San. tho. libro. tertio. contra gentiles. c. 94. Ea que sunt a casu respectu nature ꝑticularis sunt intenta ab agente vniuersali vt generatio femine. Deinde dicitur ꝙ cā ꝑ accidens reducitur ad causam per se alicui⁹ effectus nō aūt illius qui dicitur per accidens.

¶ Ad quintum dicitur ex. S. T. 1. parte. quest. 22. articulo secundo ad. 1. vt hic tactum est nec tamen perit liberum arbitrium quia deus prouidit causas liberas vt libere ageremus. Necessitas enim conditionata non tollit libertatem. Contingenter enim sortes mouebitur tamen necessario mouebitur si currat. Res etiam fit frustra quando non habet suum finem ex parte operis. Nec tamen res sēper consequuntur finem ad quem diuina prouidētia ordinātur quia tunc omnes homines saluarentur. S. T. de veri. q. 6. ar. 1. nec tamen diuina prouidentia frustratur. Ad aliud dico ꝙ mala culpe non intendit nec tamē sunt a casu respectu eius. Mala pene vel nature non intendit per se primo.

¶ Ad sextum distingue de fine ex parte operis vł operantis et nota ꝙ effectus fortuitus est in agētibus secundum propositum non tamen sic ꝙ illuꝫ intendat sed aliud ad quod istud sequitur.

¶ Ad septimum dicitur ꝙ fortuitum vt sic natum est fieri raro ex parte sue cause.

¶ Ad octauum dicitur ꝙ ambulare est contingēs ad vtrūlibet ꝛ hoc non est a casu nec nominatur illud contingens quia quandiu cause sunt ad vtrumlibet nullus sequitur effectus.

Ad secunduꝫ sic proceditur: Videtur ꝙ factuꝫ imponat rebus necessitatem quia fatum est immobilis dispō ergo ea que fato subduntur immobiliter et ex necessitate eueniunt. Sed contra est boetius et oēs ꝑipathetici.

¶ Respondeo dicendum ꝙ vt recitat albert⁹ multe de fato fuerunt opiniones. Dicit enim hermes trimegistus in libro de natura deorum ꝙ fatuꝫ quod grece vocatur ymarmenes idem est ꝙ causarum amplexio ex prouidentia prime cause dependens in idem autem consentit apuleus philosophus firmius autem astronomus dicit fatum esse causarum colligantiam ex motibus astrorum vim et efficaciam trahentem et cum illo consentit ptolomeus licet non nominet illud nomine fati sed vocat con=

stellationis virtutem. Seneca vero in libro de naturalibus questionibus vbi loquitur de significationibus tonitruum secundum tciam pontificem dicit nichil aliud esse fatum q̄ necessitatez omniū rerum et actionum quam nulla vis possit irrumpere eo q̄ secundum scinniam ex iouis dispositione dependeat et diffinito consilio deorum.

¶ Notandum q̄ secundum. S. T. fatum multipliciter dicitur. vnomodo dicitur fatum mors dispositione periodorum inducta. Sic dicitur in anticlaudiano. Liuor post fata quiescit. Et hoc modo de tursum vite tribus deabus phatalibus tribuebant inceptionem scilicet clotho. lachesi progressum et cō clusionem termini antrope secundum q̄ dicit̄ clothocolum portat lachesis trahit atropos occat. Et hoc modo non queritur hic de fato. Secundo dicitur fatum dispositio prouidentie diuine de futuro progressu esse et vite inferioris que dispositio cum sit eterna constat q̄ nichil ponit in rebus et cuz explicatur in effectu tūc effectus iste per res completur temporibus et locis opportunis sicut preordinatio et predestinatio alicuius in mente de agendis negocijs suis per nuncium nichil ponit in nuncio sed tamen per nuncium expletur quando nuncium dirigit et sibi iniungit negocium et hoc modo loquitur boetius de fato et hoc modo iterum non queritur hic de fato natura tamen huius preordinationis et predestinationis in mente diuina existens simplex est eterna et diuina immaterialis incommutabilis et cum per res temporales explicatur temporalis fit et materialis et multiplicata mobilis contingens. Tertio modo dictur fatum forma ordinis vel decursus esse et vite inferiorum causata in ipsis ex periodo celestis circuli vel aspectu celi quod suis radiationibus ambit natiuitates rerū et hoc modo hermes loquitur de fato vocans stellas et sacramenta deorum immobilem dispositionem esse et vite inferioris. Est autem forma hec non forma dans esse sed potius forma cuiusdam vlis ordinis esse et vite simplex et eterna multiplex in virtute. Simplex est a simplicitate circulationis Multiplicitatem autem virtutis habet a multiplicitate eorum que continentur a circulo. Fiunt enim a multis stellis et sitibus et spacijs et imaginibus et radiactiōibus et multiplicibus angulis q̄ scribuntur in intrinsecationibus radiorum celestium corporum per radiorum productionem super rem per aspectum enim solis sicut dicit proclus omnes virtutes eorum que sunt in celesti circulo congregantur et adunantur. Hec autem talis forma medium est inter necessarium et possibile. Necessariū enim est quicquid est in motu celestis circuli possibile autem et mutabile quicquid ē in materia generabilium et corruptibilium. Forma autem ista causata ex celesti circulo et inherens generabili et corruptibili media est inter vtrunq̄. Omne enim quod procedit a causa nobili in causatum. Ignobile in aliquo tenet proprietatem sue cause tamen esse suum non est nisi quantum permittit possibilitas eius in quo est quia omne quod recipitur in aliquo vt dicit boe. et ari. 5. phi. est in eo in quo recipitur secundum potestatem recipientis et non secundum potestatem cause a qua est. Hoc possumus videre in hijs que a dionisio dicuntur. Processiones enim diuine sicut est vita ratio sapientia et huiusmodi secundum q̄ procedunt longius a deo secundum gradus entium efficiuntur magis temporalia et mutabilia et commixta et potentie materiali et priuationi admixta cum tamen in deo sint simplicia et eterna immutabilia et immaterialia. Et similiter est de forma ordinis esse et vite que in celesti circulo est necessaria et ineuitabilis et inalterabilis in rebus autem generatis propter mutabilitatem ipsorum esse est recepta mutabiliter et contingenter vnde boe. in quarto de cōso. figurat multos circulos in quorum centro ordo et causa est fati et fatalium. Et in circulo distante in quo continent̄ generabilia et corruptibilia eiusdem fati est contigentia et mutabilia per esse generatorum et corruptorum. Et sic est dispositio esse vite in mente motoris primi quam explet circulus iuxta causatū propinquior et eodem ordine forma dispositionis prout est in periodo celesti explet dispositionem que est in mente primi motoris et circulus a centro distans designat eandem formam dispositionis prout mutabiliter adheret generatis et corruptis forma autem cum sit ymago periodi potentialiter et virtualiter prehabet totum esse compositionem et durationem generatorum et corruptorum et sic licet sit necessaria est tamen mutabilis et contingens. Huius autem causam optime assignat ptolemeus in quadripartito dicens q̄ secundum virtutem stellarum per aliud et per accidens fiunt effectus inferioribus. Per aliud quidem quia per spheram actiuorum et passiuorum per quorum qualitates actiuas et passiuas inheret inferioribus. Per accidens autem q2 hec forma et si effluat a causa necessaria et immutabili accipit esse in rebus contingentibus et mutabilibus accidentaliter. Ex duobus autem habet mutabilitatem scilicet ex qualitatibus elementoruz per que defertur ad generata et ex esse generatorum in q̄bus est situt in subiecto hoc ergo est fatum.

¶ Notandum preterea q̄ quidam dicunt a fato fumi ideas fatales quas parcas vocabant quia nemini parcebant a contrario scilicet sed capiēdo ipsū pro dispositiōe causarum secūdaruz ad suos effectus producendos fatū nullam absolutaz necessitatem imponit rebus sed inclinat ad effectus celestium si non sit dispositio fortior in materia ad cōtrarium mouens et ideo huiusmodi mouentia assimilat philosophus ī lib. de sōno et vigilia duplicibus consiliarijs. Sapientes enim consiliarij ex rationibus certis persuadent aliquid vniuersaliter esse faciendum quod tamen inferiores propter aduersos casus obuiantes dissuadent. Tunc soluitur lex consilij sapienter et est verbum suum taleq̄ superueniētibus confusijs alijs consilia mutantur sapienter. Regula enim vt dicit ari. lesbie edificationis mutatur ad edificatum. Est enim lesbia insula in qua lapides non ad rectam lineam sunt dolabiles et iō oportet q̄ regula secundum quam dolantur aliquātulum curuetur ad ipsas edificationes et ita est de dispositione esse et vite inferioris in qua ꝓpter causas que sunt in materia sepe mutatur dispositio sapiens circuli celestis et dispositio adherens mobilibus que fatum vocatur extra rectitudinem celestium declinans exorbitat propter multas opposi

tas inferiorum transmutationes.

¶ Notandum preterea ꝙ due partes sunt astronomie sicut dicit ptolomeus vna est de sitibus et motibus superiorum et quantitatibus eorum ⁊ passionibus proprijs et ad hanc per demonstrationez peruenitur. Alia est de effectibus astrorum in inferioribus que in rebus mutabiliter recipiuntur et ideo ad hanc non peruenitur nisi per coniecturam et portet astronomum in ista parte secundum aliquem phisicum habitum inferioris certitudinis esse ⁊ ex signis phicis coniecturari. Coniecturatio autem cum sit ex signis mobilibus generat habitum minoris certitudinis q̄ sit scia vel opinio. Cum enim hec cōmunia signa sint et mutabilia non potest ex ipsis haberi vis silogistica eo ꝙ vt videtur vt in pluribus includunt signa tantum et fiunt iudicia quedam multis de causis mutabilia sicut patet per ante dicta et ideo sepe astronomus dicit verum quia dictum suum est quo ad dispositionem celestium verissimum si hec dispositio sit a mutabilitate rerum exclusa.

¶ Notandum preterea ꝙ falsa et heretica opinio est dicentium animas intellectuales descendere a compare stella. Egiptiorum enim philosophoruz opinio fuit ꝙ intellectuales anime stellis a deo deorum factis terreno effectu quo aliquando efficiuntur grauantur que grauate deprimuntur ad corpora generabilia et corruptibilia ⁊ ibidem depurate per cultum pietatis et iusticie recipiuntur ad compares stellas. Affectum autem terrenum ad intellectuales animas peruenire dixerūt eo modo quo afficitur anima secundum certam dulcedinem nutrimenti corporis. Posuerunt enim ꝙ subtilissimo vapore pauludum mectidarum inter duo solsticia positarum super quas maximus planetaruz est discursus nutriuntur corpora planetaruz ita ꝙ quando illū attrahunt ex grauitate deprimunt ⁊ retrogradantur. ⁊ quando eundem digerunt eleuantur: ⁊ cursu diriguntur. Hanc autem subtilitatem in spera ignis et aeris nectar deorum vocabant et hoc modo affectum terrenorum ad animas in stellis positas peruenire dixerunt. Heretici autem ab hac opinione occasionem erroris sumētes dixerūt animas in celo esse cum angelis factas et propter peccatum quod commiserunt in corpora esse detrusas vt hic purificate ad celestes sedes recipiantur et hoc ē quod dicit dauid. Educ de carcere animā ⁊c. His ergo refutatis dicendum est cum philosopho. 2. de causis proprietatum elementorum ⁊ planetarum ꝙ cum cadit semen viri in matricem mulieris decoquitur in ea decotione forti et fit frustrū carnis et creatur in ea anima iussu dei.

¶ Contra hec arguitur dicit grego. ī omelia de epiphania domini. Absit a fidelium cordibus vt fatuz aliquid esse credatur. Et tradit rationem quoniam stelle facte sunt propter hominem non homo propter stellas si ergo stellarum motus non esset ī hominis ministerio stella que magis apparuit nō moueretur ad nutum domini ꝙ est inconueniens. Itē aug. in libro de doctrina christiana. Fatum dicit nichil esse et si mathematici aliquando de futuris vera prenunciare videntur dicit hoc fieri arte demonum ad deceptionem fidelium. Item si est fatum aut est causa aut causatum non causatum q: hoc regulatur fato vt dicunt mathematici. Si causa aut inferior aut superior. Non inferior quia illa sunt calidum frigidum humidum et siccum quorū nullum est fatum. Non superior quia causa superior est celestis circulus cum suo motu quod mathematici non dicunt esse fatum sed fati factiuuz fatum ergo nichil est.

¶ Secundo res non habent nisi duplex esse vt dicit aug. scilicet in causa prima vbi sunt vita et lux quorum neutrum est fatuz et in seipsis sed esse rei in seipsa non est fatum vt dicunt mathematici sed potius regulatur a fato ergo fatum nichil est. Itē aug. dicit ꝙ inferiorum causam sufficit dicere voluntatem dei quia omnia fiunt dei voluntate vel ꝑmittuntur voluntas autem dei non est fatum ergo Item. Si fatum habet esse tenet ordinem cum ergo fatum non teneat ordinem quia videmus indignos exaltari et dignos deici quod inordinatū est ec fatum circa talia sit fatū nichil esse videtur. Itē Si fatum est effectus circuli celestis ea que sunt vnius circuli videntur esse vnius fati sed iacobo ⁊ esau ex vno concubitu isaac concepti sunt ⁊ sic videntur esse vnius circuli ⁊ tamen non fuerunt vnius fati sicut consequens probauit euentus ergo fatum nichil est vnde. S. T. prima parte. quest. 116. reprobat eos qui dicunt fatum esse dispositione siderum in qua quisqꝫ conceptus est.

¶ Tertio arguitur ꝙ fatum imponat rebus necessitatem quia cuius causa est necessaria ipsum ē necessarium sed causa fati est celestis circulus qui ē necessarius ergo fatum est necessarium. Item fortiora sunt superiora q̄ inferiora ergo superiora trahunt inferiora ad suā dispōnem necessariam. Cum autem fatum sit vinculum per quod inferiora trahuntur ad superiora ergo fatum imponit rebus necessitatem alias non esset concors armonia inter inferiora et superiora sicut nec inter cordas cithare nisi vna conformaretur alteri.

¶ Quarto nisi fatum imponeret rebus necessitatē sequeretur ꝙ ex stellis non possent pronosticari certitudinaliter futura quod est contra ptolomeum dicentem ꝙ coniector mensium pronosticatur per signa futurorum accepta a stellis secundis. Stellas secundas vocant effectus stellarum qui apparent in inferioribus elementis sicut in nubib⁹. Itē per sōnia pronosticantur futura vt dicit macrobius ergo in eis fatum est propter quod futura necessario eueniunt. Item vnumquodqꝫ necessario mensuratur sua periodo ergo periodus imponit rei necessitatem. Periodus autem est circulus celestis ergo ex circulo potest sciri de necessitate vita istorum inferiorum et duratio.

¶ Quinto arguitur ꝙ fatum non sit scibile quia in celesti circulo quo ad nos sunt infinita consideranda sicut stelle et numero et spē ⁊ virtutib⁹ et situs earum in circulo declinā. ⁊ zodiaco et extra ipsum et distantie et coniunctiones et quātitas anguli sub quo incidit radius et pars forme et gradus lucidi ⁊ vmbrosi in puteis et in turribus existes et hmōi sunt infinita quoad nos que opʒ scire ad sciendum fatum ergo videtur ꝙ effectus eius a nullo sciri possit. Item circulus continet datorem forme et datorem sensus et intellect⁹ qui yles et alchato dicitur a mathematicis aliter enim non esset mensura eo

tius vite quia principium vite non includeret hora
autem principij est hora casus feminis in matrice
sed hanc quo ad nos non contingit scire ergo igno
rabitur forma dispositionis totius vite et sic igno-
rata est dispositio rerum nec etiam videtur ex effe
ctibus. Sunt enim quedam quorum videtur esse
vna periodus et tamen accidentia eorum per se st
cut est sexus masculus et feminin⁹ non sunt eadē
r cām huius non contingit scire ex celestis circuit
effectu. Similiter etiam natus octauo mense mo-
ritur vt frequentius et in .7. viuit. Similiter in ge
minis quorum vnus est masculus alter femina ra
rissime contingit masculum viuere. Femina vero
aliquando superuiuit et horum impossibile est assi
gnare causā ex circulo celesti. Item luminaribus
existibus in capite algon .i. gorgonis stream mars
respectu inimicicie radiauerit natus vt dicit ptho
lomeus truncabitur manibus et pedibus et trun-
cus suspendetur in cruce. Item dicit q luna existē
te in leno vestimenta noua induere malum est.
Manifestum est autem q hec si essent scibilia esset
deductio sillogistica ad ea quod est falsum quia nō
sequitur. Luna est in leone ergo malum est indue
re vestes aut luminaria sunt in capite gorgonis er
go respicit ea inimicia. Et radiacio mortis a qua-
drato vel ab opposito diametro est ergo natus sue
suspendetur.

¶ Sexto arguitur q anime intellectuales descē-
dant a compari stella quia plato dicit q anima de-
scendēs per circulos planetarum vires accipit scz
memoriam intelligentiam et volutatem sicut expo
nit macrobi⁹ super somnium scipionis. Hoc etiam
videtur tangere ouidius loquens de lacteo circulo
dicens. Hac iter est superis ad magni tecta tonans
tis. Hoc etiam videtur per rationem quia quorūz
est vnus essentialis actus illorum videtur esse vna
natura intelligentie autem celestis et intelligentie
hominis in conceptione viri videtur esse vnus essē
tialis actus ergo vna natura. Itē quaruncunq for
marum vna natura est illarum vna relatio ē ad cor
pus vnius nature si in aliquo esse dicuntur sed in-
telligentie celestis relatio est ad stellam vel ad or-
bem secundum comparem stellam ergo et intelle-
ctualis nature in homine erit relatio ad stellam cō
parem. Item cōmentator super .11. metha. dicit q
finis prosperitatis intellectus homīs ē si post mor-
tem continuetur motori celesti.

¶ Septimo vel fatum est dei voluntas et tunc non
est in rebus sed in deo vel est ipsa creatura et tunc
semper tot erunt fata quot erūt creature. Itē ea q̄
fato aguntur non sunt improuisa quia secundum
aug. fatum dicimus a fando. Dicimus enī ea que
sunt ab aliquo prelocuta non esse fortuita si ergo
res fato agerentur tolleretur casus et fortuna Itez
motis rebus mouentur ea que in eis sunt ergo si
fatum sit in rebus fatum erit mobile. Si enim sit
immobile sequitur q imponat rebus necessitatem

¶ Ad primum dicitur q gregorius loquitur de fa
to secundum q ponebatur ab hereticis imponere
rebus necessitatem. Et sic loquitur virgilius de pa
ride. Te tua fata trahunt ne fata relinquere pos-
sis. Ad aliud dicitur q fatum est similitudo cause
vniuersi ordinis esse et vite et sic est aliquid cause
licet non sit vera causa sed est ordo existens in re-
bus siue dispositio rerum ordinatarum. San. T. .
pria dicit q est relatio. q. 160. ar. 2. ad 3. Et si que
ratur. An omnia subdantur fato dicit ibidē q nō
sed tantum effectus causarum secundarum. Ad
hoc q obicitur de gemellis dicit. San. Tho. opus.
28. ca. 2. vno modo q possemus dicere q in vno cō
ceptu semen per vices proicitur et per vices a ma
trice glutiatur et sic non est vna hora conceptorūz
geminorum. Dato tamen q esset vna hora tamen
centrum cordis eorum a quo incipit conceptus for
matio non est vnuz et mutato centro necesse est mu
tare totum circulum et sic orizon eoruz non est vnū
nec anguli et ideo nec domorum dispositio et sic to
ta periodus efficiatur diuersa et per consequens dis
spositio fatalis. Et per hec patet solutio ad scḋm.

¶ Ad tertiū dicit. S. T. q fati causa ē necessaria
sed ex hoc nō sequitur q imponat rebus necessita
tem quia ista inferiora mutabilia sunt et contingē
tia. Et ideo non necessario in eis sequitur effectus
Dictum est etiam q corpora celestia non imponūt
rebus necessitatem vnde ptolomeus secunduz. S.
T. lib. 3. contra gentiles ca. 86. Non debemus esti
mare q ea que proueniunt a superioribus ineuita
biliter eueniant quia vir sapiens dominabitur a-
stris vt secundum eum dicit. S. T. 12. q. 9. ar. 5.
ad 3. vnde non semper ex corporibus celestibus in
clinatus ad iram irascitur. Et si dicatur secunduz
hoc. Fatum aliquando falleret quia secundum phi
losophum futurus incedere quis non incedet. Dicē
dum q. 3. modo capiendo fatum tunc non dicit in-
eutabilem ordinez. Ad aliud dicitur q licet fortia
ra sint superiora q̄ inferiora tamen ex impotentia
inferioris contingit non omnino recipere superio-
rum effectus. Et ideo quo ad hoc ex parte ipsorūz
soluitur vinculum quia ab alio forte causa secun-
da impeditur ne agat.

¶ Ad quartum dicitur q nō omnia possunt ex stel-
lis precognosci quoniam vt dictum est supra q alis
qui sint bene fortunati hoc non solum est ex stellis
sed etiam ab angelis vel a deo vt si quis exeat do-
mum mox ruituram. Non potest dici q hoc sit ppt
benignum radium celi quoniam celum nec ratio-
ne nec consilio vtitur. Actus etiam voluntatis non
subduntur et ideo nec effectus per accidens scilicet
fodendo inuenire thesaurum. San. Tho. pria par
te quest. 116. ar. 1. vnde nec talia futura dernum
cognoscit per fatum tertio modo. Agricola tamen
scit futuram pluuiam per celum dicit Picus mi-
randula lib. 4. contra astrologos cap. tertio q hoc
ad diuinam motionem pertinet qua penitus ipsa
voluntas occultis impulsionibus inclinatur quas
passi solent dicere presagit anim⁹ nescio quid huc
raptor et ca. 4. ostendit. q apud platonem vrbibus
regnis hominibusq sunt angeli prepositi quorum
mentionem quoq factam ab aristotele ysidorus et
clemens in stromatis meminerunt. Predictus au
tem doctor per. 12. lib. nititur declarare q apud
astrologos nulla est certitudo sed magna presum-
tio per quam etiam dixerunt christum de necessi-
tate esse mortuum vt idem recitat lib. 5. ca. 14. vn
de dicit albumasar christum de necessitate fuisse
mortuum in cruce quia in sua genitura mars fu-
it in domo mortis. San. Tho. opus. 27. ca. secūdo
dicit. q operationes etiam vegetabilium sunt im-

pedibiles ab oppositis dispositionibus inuentis in anima sensibili hoc enim faciunt apprehensa in virtutibus anime sensibilis quod faciunt dispositiones actiuarum qualitatum in corporibus vnde imaginatione mulieris concepta corpus totum transmutatur ad venerea propter quod etiam auicenna dicit ꝙ quidam ex ymaginatione lepre leprosus factus est et patientibus fluxum sanguinis prohibet galienus aspectum rubicundorum. Si ergo huiusmodi apprehensa sint contraria motui celi excludunt effectum celi alias iuuant. vnde Mesalon dicit ꝙ celestis effectus qui vocatur alatre iuuatur a sapiente astronomo sicut in producendis terre nascentibus iuuatur per seminationem et artem. Item incertus est numerus spherarum et astrologi in multis sibi contradicunt et per diuersas tabulas supputant et ideo nõ videtur esse ibi magna certitudo.

¶ Ad quintũ dici. San. Tho. ibidem ca. ꝙ per motus celi non nisi communiter iudicare debemus et coniecturaliter quia non possumus omnia considerare. Ad aliud dicit ꝙ non requiritur via sillogistica ad coniecturaliter sciendum de sexu femineo dicit ꝙ semper fit propter occasionem defectus alicuius principiorum vnde natura particularis nunquam intendit facere feminam sed cum melius fieri non possit ex natura vniuersali fit adiutorium generationi et ꝙ mas frequentius moritur hoc est quia requirit materiam magis perfectam et magis terminatam. Ad id ꝙ dicit de octauo mense dicitur secundum quosdam octauo mense moritur quia saturno attribuitur cuius frigiditas et siccitas natum interficiunt sed hoc est falsum quia multi dicuntur diu superuiuere. vnde contra hoc disputat picus lib. tertio. Causa ergo non est in circulo sed in principiis materie quia quando virtus est habundans et materia diminuta terminata est complexio. 7. mense et nascitur puer licet sit paruus corpore et valde agilis quando autem adequata sunt virtus et materia et quando est superhabundans materia tunc non est complexio septimo mense completa sed quiescit per vnam lune conuersionem in. 8. mense et sic erit in nono mense et conualescit sed quando est virtus deficiens nascitur octauo mense et moritur vt in pluribus sed hoc non conuenit ex periodo. Notanter dixi vt in pluribus multum enim variationis faciunt complexiones seminarum et complexiones climatum propter quod. San. T. dicit se vidisse vnam que peperit. 11. mense puerum maxime quantitatis et aristoteles vnam que peperit. 14. mense. Ad aliud de capite gorgonis dicendum ꝙ ille stelle funere sunt propter quod etiã ipse perseus caput aduerso vultu abscisũ tenet sed hoc non imponit necessitatem sed facilem inclinationem. Et eodem modo dicitur de noua veste sicut enim radiacio periodi imprimit rebus naturalibus ita etiam et artificiatis. Sed contra hoc videtur esse. Sanctus. Tho. opus. 34. dicens ꝙ non potest esse ꝙ aliquod artificiatum habeat aliquam operationem et virtutem a corpore celesti ad producendum aliquos effectus transcendentes virtutes naturales elementorum quia ex eo ꝙ aliquod corpus sic vel sic figuratur nullam ydoneitatem maiorem vel minorem habet ad recipiendum impressionem naturalis agentis quale est celum sed habent operationes consequentes formas substantiales et sic verum aurum et naturale letificat cor nõ autem alchimie et saphirus sanguinẽ constringit. Et. San. Tho. contra gentiles lib. 3. ca. 99. dicit ꝙ quidam paruus piscis retinet nauium ymo videtur esse supersticiosum ꝙ abstinendum sit a noua veste propter lunam existentem in leone.

¶ Ad sextum dicit. San. Tho. ꝙ dictum ouidii intelligendum est sic ꝙ per viam candidam candore iusticie et innocentie peruenitur ad deum. Deinde dicitur ꝙ intelligere anime et angeli sunt diuersarum naturarum. Ad aliud dicitur ꝙ illa cõtinuatio non est secundum vnam naturam sed secundũ vnum commũe obiectum speculationis pertinẽtis ad beatitudinem.

¶ Ad septimum patet ex dictis. Et nota ꝙ fatum secundum boetium. 4. de conso. diffinitur sic fatum est inferens rebus mobilibus dispositio. i. ordo per quam diuina prouidentia suis queque nectit ordinibus et est vnum per respectum ad principium non autem ex parte subiecti et est impedibile sicut cause secunde possunt impediri.

AD tertium sic proceditur videtur ꝙ natura intendat producere monstrum quia natura intendit finem sui operis sed monstrum est finis operationis nature ergo intendit monstrum minor patet quia natura auget et nutrit monstrum ergo intendit ipsum. Sed cõtra est philosophus.

¶ Respondeo dicendum ꝙ Sanctus Tho. lec. 12. cum philosopho declarat naturam esse de numero causarum illarum que propter aliquid agunt et hoc valet ad questionem de prouidentia. Ea enim que non cognoscunt finem non tendunt in finem nisi directa ab aliquo cognoscente et ideo oportet ꝙ natura ordinetur ab aliquo intelligente.

¶ Et sciendum ꝙ quidam dixerunt naturam non agere propter aliquid. Sed contra ex operatione nature semper inuenitur aliquid fieri quanto melius et commodius esse potest sicut pes secundum ꝙ est aptus ad gradiendum sed dicebant ꝙ hoc nõ erat a natura sed contingit sic euenire sicut diceremus ꝙ pluit non vt frumentum augmentetur sed quia vapores eleuati congelantur et conuertuntur in aquam et ideo oportet ꝙ propter grauitatem descendant. Et sic dicebant ꝙ etiam ex necessitate nature dentes anteriores sunt acuti et apti ad diuidendum cibum et maxillares sunt lati et vtiles ad conterendum cibum non tamen ita ꝙ propter istas vtilitates natura faceret dentes tales vel

tales sed dentibus sic factis a natura sequitur talis vtilitas sic dicunt q a principio facte sunt multe ⁊ varie dispositiones rerum naturalium ⁊ sic accidit q omnia essent apta ad aliquam vtilitatem immo vero sunt destructa. vnde empedocles dicebat a principio fuisse quosdam generatos qui ex vna parte erant boues ⁊ ex alia parte erant homines sed considerandum q exemplum de pluuia est inconueniens. Nam licet pluuia habeat necessariam causam ex parte materie tamen ordinatur ad finem aliquem sed ad conseruationem rerum generabilium ⁊ corruptibilium nec huic obstat q aliquando vt in paucioribus frumentum ex pluuia destruatur..

¶ Notandum preterea q propter tres rationes antiqui crediderunt naturam non agere propter finē. Primo quia videbant monstra accipere in operationibus ⁊ est monstrum secundu philosophum peccatum in natura eius quod propter aliquid fit vel est indiuiduum natum cum aliqua deformitate preter solitum cursum nature. Et dicitur peccatum inquātum productum est ex defectu existente in actu nature. Et si queratur an in tali operatione nature natura frustretur suo fine dicit. S. T. xij. q. xxi. ar. i. ad secundum q deficit a fine vltimo qui est perfectio generati non autem deficit a fine proximo operatur enim natura aliquid formando. Secundum est quia credebant ea que naturaliter fiunt procedere ex causis prioribus que sunt materia ⁊ forma ⁊ non ex intentione finis. Tertium est quia natura de suis operationibus non deliberat ⁊ ipsi putabāt q nihil ageret propter finem nisi primo deliberaret Contra hanc opinionem arguit philosophus primo Omnia que fiunt naturaliter fiunt sicut semper aut sicut frequenter. Sed nichil eorum que fiunt a fortuna vel casu fit semper vel vt frequenter non enim dicimus q multotiens pluat in hyeme a casu. Sed bene si multū plueret in diebus canicularibus. Nec esset a casu si in diebus canicularibus fit cauma siue estus patet ergo q naturalia nō fiunt a casu sed propter finem sic etiam philosophus in problematibus probat q non est a casu q omnes homines cōputant vsq ad dece ⁊ tunc replicant nisi apud quosdā barbaros. vnde hoc fit quia primi homines quasi grossi per digitos computabant ⁊ cum venirent ad decem replicabant post decem dicentes vndecim id est vnum ⁊ decem. Secundo omne quod habet determinatum modum quo natum est fieri fit propter finem quia alias non magis deberet fieri vno modo q alio sed omne ens naturale habet determinatum moduz igitur. vnde naturam agere propter finem vel appetere finem nichil aliud est q res habere aptitudinem naturalem ad finem. Tertio ars perficit aliquando ea que natura non potest operari ⁊ imitatur naturam inquantum potest sed ars operatur propter finem quia ordinat priora ad posteriora ergo similiter est in natura maior patet quia sicut in arte primo fit fundamentum postea parietes sic in vegetabilibus sunt radices quasi fundamentuz ⁊ postea stipites quasi parietes. Quarto bruta agūt propter finem. Et similiter plante ergo ⁊ natura antecedens patet quia yrundo facit nidum ⁊ aranea telam ⁊ formica in estate cōgregat victum. Nec hoc est ab intellectu sed a natura quia semper eodem modo operantur et omnibus conuenit. Similiter in plantis folia sunt propter coopermentum fructuum et radices non sunt sursum sed deorsum vt accipiant nutrimentum a terra ergo in naturalibus est causa finalis. Quinto forma est finis generationis.

¶ Notandum preterea q philosophus destruit tertia motiua antiquorum et ex eis concludit propositum. Primo licet ars agat propter finem tamen in operationibus artis contingit fieri peccatum quia scriptor quandoq male scribit. Item illa sunt secundum naturam ab aliqua causa que mouentur quousq perueniant ad aliquem finem determinatum nisi impediantur ergo preter materiam et formam oportet ponere causam finalem. Item contra tertium motiuum. Ars agit propter finem ⁊ tamen artifex quandoq non delibetat vt puta de citharedo. Si enim deliberaret in tangendo quamlibet cordam videretur nichil scire. Et si queratur in quo est ars citharizandi ⁊ scribendi. Quidam putant eam esse in manibus. Sed contra sexto ethicorum ars ponitur habitus veridicus ergo est in intellectu. Item ars est recta ratio sed ratio non est in manibus ergo. Item sequeretur q si manus mea cōtinuaretur alteri q esset optimus cithared us.

¶ Notandum preterea q in mōstro duo sunt scz natura et sic bene intenditur ab agente. Aliud est deformitas id est inordinatio membrorum et hec non intenditur a natura.

¶ Quidam dicunt q natura monstrum intendit sed non intendit monstrum quia dicunt q ratione appellationis sensus est. Natura intendit monstrum sub ratione deformitatis. Sed contra intendere secundum q conuenit agentibus naturalibus non importat actum cognitiuum vel actum sequentem cognitionem ergo non appellat propriam rationem.

¶ Notandum preterea secundum Sanctum Thomam in secundo q vis monstra contingit in natura preter intentionem virtutis formatiue que agit in semine tamen reducitur in aliquas causas naturales contingunt enim ex aliqua in dispositione materie sicut ex principio proximo vel ex impressione alicuius signi celestis sicut ex principio remoto. d. xviij. q. i. ar. iij. vi. Et de potentia. q. vi. ar. ij. ad. viij. dicit q licet monstra fiant contra naturam particularem non tamen contra naturam vniuersalem ideo non sunt miracula theologo.

¶ Notandum preterea q albertus. ij. phi. ponit mōstra fieri propter quattuor causas. Primo propter materie diminutionē ⁊ hoc tripliciter primo secundum quantitatē magnitudinis mēbrorū tantū aliquando secundum quātitatem magnitudinis ⁊ secundum numerum Aliquando autem secūdum numerum tantum primum adhuc est ex duplici causa scilicet ex diminutione materie aut ex debilitate virtutis formatiue que non potest formare nisi parum de materia ⁊ reicit aliam. Que autem fiunt ex diminutione numeri fiūt ex defectu materie vel virtutis ⁊ ideo precipue deficiunt membra lōge a corde ⁊ epate distantia. Secundo fiūt monstra principaliter propter materie superfluitatem ⁊ hoc tripli

citer quia aliquando excedunt in magnitudine tantum aliquando in numero aliquādo in vtroq; ⁊ hoc propter habundātiam materie vel fortitudinis virtutis. vnde albertus fatetur suo tempore natā esse puellam dependētibus vberibus ⁊ cu pilis ⁊ alius cum duobus capitibus ⁊ inferius videbatur vnum corpus aliquando vero superius corpus est vnum ⁊ tamen inferius habet quattuor crura. Et hoc prouenit ꝙ sperma diuiditur quādo infundit. Si ergo ex toto diuidatur fiunt gemini. Si vero non perscitur sed ramificatur tunc fiunt bicorpora aīalia et ideo quidam inueniuntur cū duobus ventrib⁹ ⁊ cū quattuor brachijs ⁊ cum multis linguis. vnde tempore alberti fuit vnus habens vndecim linguas et vndecim ora ⁊ labia incōpleta. xxij. Tertio fiūt mōstra ꝓpter qualitatū iproporcionabilitatē. vnde ex nimio calore fit nimia macies ⁊ ex nimio frigore nimia pinguedo ⁊ si iungantur qualitates contrarie quarum vtraq; sit complexionalis ⁊ terminans tūc nascitur hermophroditus habens vtrumq; sexum.

¶ Notandū preterea ꝙ qñq; fiunt monstra propter malliciā continentis qđ est pellis secundina que si rumpatur materia defluit et deficit membrum vel curuatur vel grandescit. Item ex aspectu celi porce pariunt porcellos quoq; capita sunt humana. Item ꝫm ptolomeū in quadripertito in quadā parte artis nō potest fieri generatio humana sed monstroꝝ vt narrat etiā albertus in. ij. sentētiarū dist. vij. per duas matronas. Item aliqñ ꝑter solitū curium est multitudo in hijs q̄ generantur sicut dicit phūs. ix. de animalibus ꝙ fuit quedā mulier que vno conceptu concepit duodecim ⁊ Auicēna ꝙ fuit quedam que concepit. lxx. Aliquādo generatur minotaurus superius habens figuram hominis inferius thauri ⁊ sic empedocles ponebat quosdā homines generatos qui ex vna parte erant boues ⁊ ex alia parte homines. Sed contra arguitur ex philoso quia in plātis res videntur esse minus distincte ⁊ tamen in eis non reperitur compositum cuius vna pars sit oliua ⁊ alia pars vitis.

¶ Notandum preterea ꝫm philosophum ⁊. S. T. hic lec. ij. ꝙ tantum sunt quattuor genera causarū tamen aliquādo coincidunt materialiter. vnde forma ⁊ finis aliquādo sunt idem numero ꝙ forma genita est finis generantis sinꝫ generetur a casu. S. T. prima parte. q. xix. ar. i. Similiter efficiens coincidit in idem specie cū forma in agentibus vniuocis in quibus agēs facit sibi simile ꝫm speciem. Secus aūt est in agentibus equiuocis. Materia vero nō est idem specie nec idem numero cum alijs causis ꝙ omnes alie cause sunt aliquo modo in actu materia vero est ens in potentia sed dices Elementū aliquādo est finis generationis ⁊ materia motus localis. Dicēdum ꝙ hic loquimur de materia prima quam beatus thomas opus. xxxi. diffiniuit dicens ꝙ est illa q̄ intelligitur sine qualibet forma absolute. Elementa autem vt puta aqua potest dici materia respectu liquabilium ⁊ farina respectu panis tamen non est materia prima absolute sufficientia autem quattuor causarum probatur per responsionem ad quattuor quesita. Si eñ queratur propter quid est medicus respondetur ꝙ propter sanitatē. Sed cōtra. Sanitas non est nobilior medico ergo non est finis eius. Dicendum ꝙ sanitas in esse cause finalis est nobilior medico in eē cause agentis. Similiter si queratur ꝓpter quid aliquid est tale pōt responderi per causā materialē et sic dicimus ꝙ semen est causa materialis sed distinguendum est de semine quia semen viri est efficiens causa nō autē mulieris. Illa est causa efficiens et sic dicimus ꝙ statuificus per se facit statuam. Sed contra vel per se facit statuam in vniuersali et hoc non quia vniuersale non potest fieri per se. Item bene sequitur. Statuificus per se facit statuā ergo artifex per se facit statuā quia secundum arist. genus cause per se etiā est causa per se ꝙ consequens sit falsum patet dupliciter. Primo accidit artifici inq̄tū huiusmodi facere statuam. Item actus sunt suppositorum ergo artifex in vniuersali non facit statuam. Dicendum ꝙ per se facit statuam sed non primo. Et per hoc soluuntur argumenta. Itē si queratur propter quid angulus est rectus. Respōdetur per causā formalem quia scilicet constituitur ex linea constituētes duos angulos equales. Sed vtrum omne quod respondetur per huiusmodi questionē sit causa per se videtur ꝙ nō quia si queratur quare materia appetit formam respondetur ꝙ propter priuationem priuatio eñ est causa appetitus. Itē pluuia est propter messes ⁊ tamen videtur ꝙ messis non sit causa pluuie. Tum quia messes non sunt a natura sed ab arte ergo pluuia non est causa messis. Nec econuerso. Nullū eñ artificiale potest esse causa forme substantialis quia ars est forma accidentalis. Sed hic potest dici ꝙ ars aliquando confert formam substātialem vt in alchimia ⁊ per artem producitur forma in aquis artificialibus que non sunt eiusdē speciei cum naturalibus. Sed cōtra videtur. S. T. de potentia. q. vi. ar. i. ad. xviij. ⁊ in. ij. d. vij. q. iij. ar. i. ad. v. ⁊ philosophus dicit. iiij. metheororum ꝙ alchimiste non faciūt verum aurum sed de hoc dicendū est vt supra. Et si queratur ad quam scientiā pertinet considerare de causis. Dicendum ꝙ triplex est consideratio rerum quedam enim sunt res immobiles ⁊ circa hoc est consideratio metha. Alie sunt mobiles ⁊ icorruptibiles ⁊ de hijs est astronomia. Alie sunt mobiles ⁊ corruptibiles ⁊ iste habēt quatuor causas quas cōsiderat phisicus q̄ habet ꝑ quālibet causam demonstrare. Notādum tamen ꝙ materia ⁊ efficiens quandoq; sunt talis nature ꝙ ipsis positis necessario ponitur effectus ⁊ tunc fit demonstratio a priori vt hoc est compositum ex contrarijs ergo est corruptibile aliquando vero non sed solum frequenter ⁊ tunc fit demonstratio ab eo quod est posterius natura vt si homo debet generari necesse est semen hominis cum virtute formatiua preexistere. Si tamen remouerentur impedimenta tunc necessario sequeretur effectus ⁊ fieret demonstratio Et sic dicit philosophus primi posterio. ꝙ de hijs que sunt frequenter est scientia de fine vero dicit Aristoteles ꝙ est perfectio et dignitas rei ⁊ natura semper de possibilibus facit quod melius est non simpliciter sed secundum ꝙ conuenit nature ideo per causam finalem fit demonstratio arguendo sic Hoc est melius et dignius sic fieri ergo a natura fiet vt melius est dentes hominis anteriores esse acutos propter diuisionem cibi ergo sic fiet nisi sit defectus ex parte materie vt patet in monstris. Sed vtrum dentes ⁊ digitus sint partes ho-

minis videtur ꝙ non quia sine eis homo potest esse. Item partes sunt priores toto sed non sic est de dentibus quia pueri nascuntur edentuli. Dicendum ꝙ non omnes partes quantitatiue sunt priores toto. S. T. vij. methaphisi. post philo. declarat etiam sic quia pars diffinitionis non est prior ꝙ ad diffinitũ vel pars diffiniti patet quia angulus acutus dicitur qui est minor recto. Mathematicus autem non demonstrat per quattuor causas sed per causam formalem.

¶ Contra hec arguitur vel monstrum fit per se a natura vel per accidens. Non primum quia tunc semper natura faceret monstrum. Nec secundum quia tunc monstrum esset ens per accidens quia esset effectus per accidens sed hoc est falsum quia ens per accidens a nullo fit per se sed monstrum fit a deo per se forte dicis ꝙ ens per accidens est a deo effectiue cum sit creatura ⁊ non creator contra tunc de ipso est scientia quia habet deum pro causa inuariabili forte dicis causa proxima eius est variabilis contra causa prima inuariabiliter mouet illam proximam ergo etiam illa proxima inuariabiliter mouet ergo de ente per accidens est scientia contra Aristo. vi. metha. Item quod fit frequenter non est per accidens sed monstrum fit frequenter probatur quia femina est monstrum cum sit mas occasionatus ⁊ mulus. Item possibile est ꝙ in aliqua regione communiter generentur monstra vel homines nimis parui vel nimis magni ergo male diffinit mõstrum dicendo ꝙ fit preter solitum cursum nature. Item genito quinto digito natura adhuc generat sextum in animali ergo natura intendit monstrum. Item de monstro est scientia ergo monstrum fit sepe ⁊ frequenter forte concedis per respectum ad suam causam. Sed contra. Tunc etiam effectus fortuitus fieret sepe ⁊ frequenter quia semper fit posita sua causa que est casus et sic erit effectus per se respectu sue cause quod si concedas sequitur ꝙ casus vt sic erit causa per se quod est contra suam diffinitionem.

¶ Secundo Natura est causa per se nature ergo est causa per se monstri forte dicis negando consequentiam quia non inconueniens ꝙ aliquid sit causa per se respectu vnius ⁊ causa per accidens respectu alterius. Contra causa per se semper precedit causam per accidens ergo non est idem cum ea vt supra dictum est. Item natura a deo dirigitur ergo nunꝙ producit monstrum nisi intendat ipsum producere. Item actiones eiusdem speciei sunt ad eundem terminum ⁊ si vnus terminus nõ sit a casu nec alius sed homo monstruosus et non monstruosus sunt eiusdem speciei ergo si vnus fit ex intentione ⁊ alius.

¶ Tertio omnis effectus naturalis habet finem et causam necessariam ergo nullus fit a casu sed mõstrum est effectus naturalis. Forte dicis ꝙ quia fit raro ideo fit per accidens ⁊ a casu contra aliqua que sunt per accidens fiunt sepe quia aperiens fenestram est causa per accidens introitus luminis et remouens columnam est causa casus lapidis. Item tunc pluuia sub cane esset a casu vt etiam supra concessum est. Sed contra in celestibus nichil fit a casu.

¶ Quarto arguitur ꝙ animalia per eorum naturam non agunt propter finem vt dictum est quia vel aranea facit telam per naturam que sit materia et patet ꝙ non vel per suam formam sensitiuam. Sed contra nunꝙ sensit hyemem ergo formica non colligit grana propter tempus hyemale futurum.

¶ Item q̃ sunt a natura fiunt quolibet tẽpore sed formica non quolibet tempore colligit grana. Item ista animalia videntur operari ex quadam prudentia ⁊ artificialiter ergo non ex natura. Forte dicis ꝙ animalia agunt propter finem. vt dicit. S. T. xij. q. i. ar. ij. tñ non mouent seipsa ad finem, contra secundum Aristote. in. viij. phisi. animata mouent se ⁊ non nisi ad aliquem finem ergo animal mouet seipsum ad finem. Forte dicis ꝙ non habet rationem finis ⁊ ideo non proprie mouet se ad finem. Contra nichil agit propter aliquod incognitum ergo nisi animal habeat rationem finis non potest agere propter finem: finis enim non mouet nisi vt est in intentione vt dicit. S. T. xij. q. i. ar. i. ad primum. Ne curo pro nunc an ibi intentio capiatur pro actu intellectus vel pro actu voluntatis de quo vide. S. T. de veri. q. xxij. ar. xiij. ⁊ q. xxi. ar. iij. ad quintum.

¶ Quinto arguitur ꝙ phisi. non differat ab astrologo vel mathematico quia phisicus demonstrat per quemlibet causam vt dictum ergo pertinet ad phisicum demonstrare terram esse rotundam per eandem causam per quam astrologus demonstrat. Itẽ omnis forma habet causam efficientem ergo si mathematicus demonstrat per formam poterit etiam demonstrare causam efficientem. Item mathematicus tractat de qualibet re ergo de qualibet causa antecedens patet quia tractat de vnitate modo quelibet res est vna ⁊ similiter argueretur ꝙ phisicus tractat de qualibet re etiam de deo quia oppositorum eadem est disciplina sed tracta de mobili ergo tractat de immobili. Itẽ forma non habet causam formalem vt patet prima. q. lxi. ar. i. ad. ij. sed illa de quibus est mathematica sunt forme ergo nõ habẽt causam formalem.

¶ Sexto materia non habet causam ergo philosophus nil potest demonstrare de materia saltem per quattuor causas. Item occasio ⁊ omen videntur esse quedam cause ⁊ non effectus tamen nulla scientia de istis determinat ergo nec de alijs ⁊ tamen videtur esse causa quia ex omine aruspices nituntur predicere futura vt patet ex petrarcha de rebus memorabilibus lib. iiij. trac. vi. vnde emilius pugnans aduersum persem regem macedonie sero venit domum ⁊ inuenit filiam tristem quia persa eius catella mortua fuerat ex hoc sumpsit omen quia vicit p̃dictum regem. vnde Omen a quibusdã dicitur ostẽtum quia aliquid futurũ ostendit.

¶ Ad primum dicendum ꝙ monstrũ fit per accidẽs a natura particulari ⁊ aliquando per se a natura vniuersali nec sequitur est effectus per accidens ergo est ens per accidens quia non est diuersorum predicamentorũ sed queritur in quo predicamento ponuntur monstrum ⁊ fortuna. Dicendum ꝙ fortuna videtur dici relatiue ad fortunatum. Monstrum autem cum sit defectus non ponitur per se in predicamento ⁊ ideo melius videtur dicendum ꝙ non habet causam per se. Ad aliud dicitur a quibusdam ꝙ in illa patria in quibus sepe fiunt monstra vt secũdũ solinũ in li. rerũ memorabiliũ in india sepe na

scuntur homines difformes et tamen non sunt preter solitum ibi vel dicatur ꝙ insolitum non dicit raritatem facti sed excludit solitum cursum nature S.T.in.ij.d.xviij q.i.ar.iij.ad.ij. Ad aliud dicit ꝙ licet natura continuet operationem in generatione monstri non tamen intendit monstruositatem sed subiectum eius et hoc indiuiduum quod est sextus digitus. Cui tamen accidit ꝙ sit sextus. Ad aliud dicitur ꝙ monstro in vniuersali conueniunt aliqua predicata vniuersaliter dicibilia de ipso per diffinitionem ⁊ sic de eo habetur scientia. Et per hoc patet quomodo fortuna potest diffiniri ⁊ ita de aliis. Si dicatur secundum philosophum fortuna est inmanifesta ergo non diffinitur. Item melius est sic esse ꝙ nichil esse ergo melius est esse monstrum ꝙ nichil esse sed natura facit ꝙ melius est ergo natura intendit monstrum. Item terminus generationis est intentus ab agente. sed monstrum aliquando est terminus generationis ⁊ finis quia per generationem acquiritur. Item aliquis pater deprauatus potest velle generare hominem monstruosum ergo monstrum est intentum a generante. Item peccatum est monstrum in moralibus sed difformitas peccati aliquando est intenta. vnde Augustinus dicit ꝙ cum furaretur poma amabat ipsum defectum Et Sanctus Thomas dicit. q. de malo. q. iij. ar. xij. ꝙ quando quis vult aliquid quod scit esse malum iam ex consequenti malum vult non solum per accidens ad quartum ⁊ de verita. q. xxiij. x. ad tertium voluntas est per se causa peccati. Ad hec dicitur ꝙ fortuna quo ad predicata vniuersalia est cognita. Ad aliud negatur consequentia. Deinde dicitur ꝙ peccatum potest esse intentum per se sed non primo. S T. opuscu. xxxi. ca. i. dicit ꝙ intendere ipsius nature nichil aliud est ꝙ habere naturalem inclinationem ad aliquid.

¶ Ad secundum dicitur ꝙ causa prima simpliciter est causa per se ⁊ respectu malorum pene potest dici causa per accidens tamen vt causa per accidens non habet rationem prime cause. Et ad aliud negatur maior.

¶ Ad tertium dicitur ꝙ effectus per accidens aliquando fit sepe quia homines vt in pluribus sunt mali sed. S. T. dicit prima q. xlix. ar. iij. ad quintũ ꝙ ista inferiora in quibus contingit malum nature vt corruptiones sunt pauca respectu corporum celestium in quibus nullus est effectus per accidens in elementis tñ bene est effectus per accidens vt patuit de pluuia sub cane. Et si dicatur Astrologus potest iudicare de pluuia futura sub cane ergo non fit a casu. Negatur consequentia quoniam etiam scit predicere de monstro.

¶ Ad quartum dicitur ꝙ natura non semper eodẽ modo operatur quia alias nascerentur flores in hyeme nec proprie animalia habent prudentiam: sed ex instinctu nature ⁊ non per cognitionem futuri agunt.

¶ Ad quintum dicitur ꝙ phisicus demonstrat per quamlibet causam pertinentem ad motum. vnde nõ habet etiam demonstrare quecunque predicata de ente mobili nec de eis determinare nisi per medium phisicum possint cognosci. Et per hoc patet ad alia vnitas enim mathematica non in quolibet reperitur. vnde in deo trinitas personarum nõ est trinitas de genere quantitatis alias esset proportio tripla trium personarum ad vnam ⁊ per consequens proportio inequalitatis maioris. Et sic destrueretur equalitas in diuinis.

Ad quartum sic proceditur videtur ꝙ contingentia rerum non stet cum prouidentia dei quia bene sequitur deus hoc prouidit ergo ita erit sed antecedens est necessarium ergo ⁊ consequẽs. Forte dicis ꝙ antecedens nõ est necessariũ nisi ex suppositione. Hoc videtur contra. S. T. prima. q. xiiij. ar. xiij. ⁊ de veri. q. Item quando aliquid est necessarium ex suppositione tunc fatuum est consiliari de opposito ꝙdiu stat illa suppositio si ergo deus habet prouidentiam de quolibet futuro tunc periret omne consilium. Forte dicis ꝙ oportet consiliari quia non est necessarium absolute. Contra licet contingens sit sortem moueri tamen fatuum esset consiliari ad faciendum ipsum non moueri supposito ꝙ currat. Item videtur credere error gentium qui assumebant ad excusationem fucorum peccatorum omnia prouenire ex fato quia frustra totum est stante prouidentia dei ꝙ a erit oppositum consiliari. Si dicas ꝙ gentiles ponebant res prouenire ex quadam necessitate absoluta hoc est falsum sed solum ponebant ꝙ ita eueniret supposito ꝙ sit ita fatatum. Sed contra. Natura agit propter finem quem non cognoscit secundum philosophum hic ergo oportet ꝙ dirigatur a primo agente ergo primum agens vniuersale in causando scilicet deus habet prouidentiam de rebus.

¶ Respondeo dicendum ꝙ multi doctores vt Gregorius de arimino in primo sententiarum dicunt deum non cognoscere aliquid extra se secundum Aristotelem ⁊ commenta. q. xij. mathaphisi. T. c. li. dicit ꝙ inconueniens est meditari de quibusdam Item Si intelligeret aliud a se tunc sua substantia non esset intellectio eiusdem quia intellectum esset perfectio intelligentis causaliter quia scilicet causat in intelligente suam perfectionem que est intellectio. Item aliquomodo dependeret a rebus de extra quia intellectus depẽdet ab intellecto. Sed contra hec obicitur quia secundum Aristotelem primo de anima. Deus esset insipientissimus si luem ignoraret. Item omnis scientia est in deo ⁊ maxime methaphisica. vnde propter hec vocatur scientia diuina ⁊ symonides dicebat ꝙ solus deus hunc habet honorem quia vult illam scientiam que est propter seipsam. vnde quia illa scientia non habetur perfecte ab hominibus putabat deum esse inuidum quod tamen reprobatur. i. methaphi. a philosopho. Item philosophus in libro de bona fortuna dicit ꝙ deus est causa instinctum bene fortunatorum qui videt ⁊ futurum ⁊ presens. vnde propter hanc rationem dicit Gregorius ꝙ philosophus contradicit sibijpsi. Sed hoc non videtur rationabile Doctor subtilis in. i. d. viij nõ vult aristoteli imponere absurdiora ꝙ ipse dicat vel ꝙ ex dictis eius necessario sequitur ⁊ ex dictis eius vult rõnabiliorẽ intellectũ accipere quẽ põt ita ⁊ nos facere debemus. Itẽ aliq̃ illi

effectus naturaliter cogniti qui non possunt fieri nisi a deo immediate. Vn̄ et de dicunt alexandrū inclusisse decem tribus inter caspios montes oratione facta ad deum licet hoc negei Antonius varius etiam esset colere deum nisi deus cognosceret tamen verberandi sunt secundum Aristotelem in topicis negantes deum esse venerandum. Ite Sanctus Thomas ponit ꝙ Alexander peripathetrus dixit secū dum Aristotelem deum habere prouidentiam de istis inferioribus secundo celi lectione. xiiij. Item secundum Gregorium in secundo deus immediate mouet primum celum ergo cognoscit ipsum: multi enim recte dicunt intelligentias non agere nisi per intellectum ⁊ voluntatem. Item secundum Aristotelem in fine methaphisice deus est vnus princeps sed principem oportet habere aliorum noticiam. vnde ad alexandrum scribit Aristoteles ꝙ regalius est animam habere scientijs abundantem ꝗ habitum corporis bonum. Dicendum igitur ꝙ secundum Aristotelem deus scit alia a se ⁊ hoc etiam cō cedit aureolus immo dicit ꝙ deus secundum eum cognoscit res non solum in vniuersali scilicet sub ratione entis sed etiam cognoscit proprias quidditates rerum id est species licet secundum eum non cognoscat singularia indiuidua.

¶ Notandum preterea ꝙ prouidentia dei est ratio ordinis in finem. vnde prudentia est aliqua ordinare ad finem disponere ⁊ ideo oportet primo finem intelligere differt autem prouidentia a scientia quia per scientiam deus scit se ⁊ creaturas sed prouidentia pertinet tantum ad cognitionem eorum que sunt ad finem secundum ꝙ ordinantur in finem ⁊ ideo prouidentia includit ⁊ scientiam ⁊ voluntatem. S. T. de veri. q. v. ar. i. Circa autem diuinam prouidentiā diuersi diuersimode errauerunt. Quidam enim vt ponit. S. T. in. i. dist. xxxix. posuerunt non esse prouidentiam sed omnia a casu contingere et ista fuit opinio Democriti ⁊ epicuriorum secundum. S. T. contra gentiles li. iij. Philosophus dicit primo methaphisice ⁊ S. T. lec. v. dicit ꝙ non est conueniens omnes res fortune committere hanc opinionem tenuerunt antiqui naturales negantes causam agentem. Alij posuerunt esse prouidentiam dei vsqꝫ ad species ⁊ non ad indiuidua nisi sint necessaria ⁊ ista opinio imponitur Aristoteli licet expresse ab eo non habeatur sed a suo commentatore. Alia est opinio rabi moysis dicentis deum habere prouidentiam de omnibus indiuiduis hominum. Alij posuerunt ꝙ deus de omnibus absolute habet equalem prouidentiam ⁊ quidam estimauerunt simul esse prouidentiam bonorum ⁊ malorum ⁊ cum hec duo non possunt esse intenta ab vno agente sicut manichei ponebant duos deos vnum prouidentem bonis ⁊ alium prouidentem malis. Alij estimantes deum habere omnium prouidentiam negauerunt liberum arbitrium Cicero vt narrat brauardinus propter hoc dixit deum non habere prouidentiam de actibus humanis ne homines sic excusarent peccantes contra rem publicam ⁊ dicentes se quadam necessitate peccasse quia deus ita preuiderat: malebat enim negare dei prouidentiam ꝗ dare hominibus excusandi occasionem sed dices ꝙ dei prouidentia non necessitat voluntatem nisi ex suppositione vt dicit. S. T. xij. q. i. ar. iiij. tertium. Contra tunc membra exteriora non possent necessitari a deo absolute quia in rebus ad extra non est necessitas absoluta excusantur tamen homines si ab alio exterius mouerentur eorum manus in verberando licet hoc sit ex necessitate suppositionis ergo ita erit de actu interiori. Item liberum arbitrium est quando positis omnibus causis voluntas potest in oppositum ergo stante dei prouidentia de volitione adhuc voluntas potest non velle. Dicendum est tamen absolute secundum illud Sapientie. xij. ꝙ deo est cura de omnibus quia res naturales a deo in suum finem diriguntur.

¶ Notandum preterea ꝙ diuina prescientia non imponit rebus necessitatem sicut nec videns homines transeuntes imponit hominibus necessitatem transeundi. Et tamen bene sequitur iste videt talem hominem transeuntem ergo talis transit. Similiter dato ꝙ nulla esset prouidentia adhuc verum esset ꝙ sortes curret vel suum oppositum ⁊ tamen illa veritas non imponit futuro contingenti necessitatē ergo nec dei prescientia.

¶ Notandum preterea ꝙ de contingentia dupliciter loqui possum⁹ vno modo prout reperitur in agē tibus a proposito alio modo prout reperitur in agē tibus ex necessitate nature. Primo modo notum est aliquos esse effectus contingentes alias homo non haberet liberum arbitrium magis ꝗ vna bestia. Item necessarium ⁊ contingens sunt differentie et passiones entis ⁊ opponuntur. Sed si vnum oppositorum est in rerum natura oportet ⁊ reliquum esse Sed aliquod necessarium est puta deus ergo aliquod est contingens. Sed hoc argumentum non cō cludit quia alias sequeretur aliquod ens contingēs fuisse ab eterno.

¶ Notandum preterea ꝙ albumazar ⁊ stoici secundum Sanctum Thomam lib. iij. contra gentiles ca. lxxxiiij. posuerunt necessitatem in actibus hominum ex fato ⁊ idem habetur ca. lxxxvi. Et si queratur ab astris nonne in rebus aliqua sunt possibilia dicunt ꝙ sicut antequam res fiat si tamen expectetur nunc ex corpore celesti res quadam necessitate producantur. Et si dicatur tunc homines de necessitate essent mali quia ex quousdam necessitarentur ad malas electiones dicunt ꝙ bonum commune nō debet pretermitti propter malum particulare. Auicenna dicit omnia prouenire ex necessitate a corpore celesti siue in voluntarijs siue in naturalibus ⁊ si dicatur effectus vni⁹ stelle aliquā potest impediri dicit ꝙ illud impedimentum iterum prouenit a celo. Et ideo si totus orbis corporum celestium simul acciperatur nunquam totus effectus eius quassatur. Ratio autem eius est quia cuiuslibet effectus est aliqua causa determinata. Posita autē causa ponitur effectus de necessitate ergo oīa eueniunt de necessitate ⁊ ex hoc inferebat ꝙ nichil est casuale vel fortuitum. Hanc autē rationem Aristoteles soluit vi. methaphisice negādo duas ꝓpositiones quib⁹ hec ratio vitit quarū vna est ꝙ posita causa quacunqꝫ necesse sit eius effectum poni hoc enim falsum est quia vna causa potest impediri per aliam. Secunda propositio quam negat est ꝙ omnis effectus habeat causam per se hoc enim est falsum de effectu per accidens vt ꝙ aliquis sit simul albus ⁊ musicus. Aristoteles etiam dicit in secundo de sompno ⁊ vigilia ꝙ signo

rum etiam celestium velut aquarum ⁊ vētorum multa non eueniunt. Si enim aliquis alius vehementior isto accidat motus futurum signum non fit sicut multa bene consulta dissoluta sunt propter digniores inchoationes: ⁊ ideo dicit Ptolomeus in centilogio. Hec iudicia que tibi trado sunt media inter necessarium ⁊ possibile. Item velle transcendit omnem speciem corporalem sicut ⁊ ipsum intelligere ergo nullus necessitatur a celo ad volendum. Notandum tamen ꝙ licet corpora celestia non directe agant in voluntates nostras agunt tamen indirecte ⁊ per modum inclinationis. vnde. S. T. dicit ꝙ ex corpore celesti aliqui sunt inclinati ad quasdam artes de veri. q. v. ar. x. ad. v. nec solum in voluntariis sed etiam in naturalibus multa sunt contingentia quis secundum Aristotelem in naturalibus est casus. Casus autem est in contingenti raro dicendum igitur ꝙ licet deus habeat omnium rerū prouidentiam tamen multa contingenter eueniunt sicut licet habeat futurorum contingentium scientiam ⁊ hoc adhuc probatur quia nullus ponit differentiam nisi inter ea que cognoscit. Sed deus cognoscit se non esse creaturam sed differre a creatura igitur. Item communis animi conceptio omniuȝ populorum non caret veritate quia fama quam populus famat non perditur ex toto vt dicitur. x. ethicorum. vnde tales conceptiones videntur esse naturaliter indite cum in eis omnes conueniant ⁊ ex talibus conceptionibus ab omnibus concessis frequēter Aristoteles procedit sed communis animi conceptio populoruȝ videtur esse ꝙ deus cuncta cognoscat vnde nomen dei impositum est atheaste quod est considerare omnia. Et hinc est ꝙ omnes populi timent cum faciunt iniusticiaȝ estimantes ꝙ est aliquod iudicās iustum scilicet deus ⁊ hoc rationabiliter quia nichil nobilitatis est deo negandum et quod ab omnibus appetitur. Et ideo dictum fuit per serpentem ꝙ essent sicut dii scientes bonum et malum. dicendum est ergo primo ꝙ deus est intelligens: ⁊ hoc probat. S. T. prima parte. q. ix. ar. i. quia illud quod caret materia habet naturam cognoscitiuam sed deus est huiusmodi igitur. vnde plante nō sentiunt propter suam materialitatem ⁊ immaterialitas est ratio ꝙ aliquid sit intelligibile. Et per idem probatur ꝙ in deo est scientia immo quidam putant ꝙ primum quod concipitur de deo est ꝙ sit intellectualis nature. Secundo dicitur ꝙ primo intelligit seipsum ita ꝙ sua essentia est obiectum sue intellectionis per se principale. hoc probat S. T. contra gentiles li. i. ca. xlviii. ⁊. xlix. quia operationes intellectus distinguuntur penes obiecta. Si igitur deus intelligit se et alia a se quasi principale obiectum habebit plures intellectuales operationes ergo vel sua essentia erit in plura diuisa vel aliqua intellectio in eo non erit sua substantia quod est impossibile igitur. Tertio dicitur ꝙ intentio aristotelis ⁊ commentatoris fuit ꝙ nichil preter deum primarie terminat intuitum intellectꝰ diuini. Res tamen creata potest dici secundarium obiectum intellectus diuini. Quarto dicitꝰ ꝙ secundū auerroim deus cognoscit alia a se. Probatur sic quia secundum eum com. xxxv. Dicentes ꝙ deus solicitus est circa vnumquodꝗ̄ indiuiduum. Aliqualiter est verum ⁊ aliqualiter non est verum: nullum enim indiuiduum habet dispositionem propriam quin illa inueniatur in aliquo modo illius speciei ⁊ hoc modo verum est dicere deum sollicitare circa indiuidua. Sollicitare autem circa indiuiduum tali modo scilicet vt differt ab alio non est sua bonitatis diuine hec ille. Ex quo patet ꝙ licet secundum Auerroim deus non cognoscat res in particulari distincte tamen cognoscit alia a se secundum eorum quidditatem in vniuersali. S. T. lib. iii. contra gentiles ca. lxxv. dicit ꝙ quidam dixerunt scilicet auerrois diuinam prouidentiam non se extendere vsꝗ̄ ad singularia sed hoc ex verbis Aristotelis non potest haberi. S. T. de veri. q. ii. ar. v. Dicit ꝙ commentator negauit a deo scientiam singularium nisi forte in vniuersali auicenna etiam dixit deum non cognoscere singulare nisi sicut aliquis cognosceret futurā eclipsim non sciendo determinate in quo tēpore. Quinto deus cognoscit singularia distincte. hoc probat S. T. contra gentiles. li. i. ca. lxv. quia deus perfecte cognoscit seipsum sed ipse est causa rerū in particulari immo aliquorum se solo dicit enim aristoteles in de secretis secretorum. Operator miraculorum vnus ⁊ solus est deus vt narrat Herson ergo cognoscit res in particulari minor patet quia vniuersalia nō sunt res subsistentes. Hic dicit aureolus ꝙ philosophus negaret deum esse causam efficientem sed de hoc postea. Item natura generis non potest cognosci nisi eius differentie prime ⁊ passiones cognoscantur. Sed vniuersale ⁊ particulare sunt differentie prime ⁊ per se entis igitur a deo cognoscente ens cognoscitur singulare: hic dicit Aureolus ꝙ bene cognoscitur singulare q̄tum ad communem intellectionem singularitatis vel vt est quoddam indiuiduum vagum non autem vt est signatum sed contra notitia confusa est imperfecta ergo deus cognoscit res in particulari ⁊ distincte. Sed contra secundum hoc noticia sensitiua esset perfectior intellectiua quia per sensitiuam cognoscitur singulare ⁊ res vt est in se dicedum ꝙ sensus cognoscit rem materialiter ⁊ hoc imperfectionis est. Item deus habet scientiam practicam ⁊ perfectam de rebus sed scientia practica non est perfecta nisi ad singularia perueniat in quibus est operatio. Sed hic dicetur ꝙ non oportet agens practicum cognoscere suum effectum in particulari quia geometer potest scire triangulum non cognoscendo in particulari in qua materia sit ec. homo generans nō semper cognoscit particulare generando nec scriptor literam nec medicus semper habet infirmum presentem. Sed contra scientia dei practica habet nobilissimum obiectum ergo cognoscit substantiam primam quia substantia prima est magis substantia q̄ substantia secūda fortē dicis ꝙ non oportet sed cognoscit aliquid dignius substantia prima puta seipsum. Contra cognoscēs speciem vel vniuersale potest cognoscere particulare contentum sub eo si sit sibi sufficienter presens ergo deus cognoscit suum celum quod mouet in particulari. Sexto dicitur ꝙ deus cognoscit futura contingentia. Probatur sic quia cognoscit presentia ergo cognoscit futura alias deus mutaretur. Unde cōmentator dicit ꝙ hoc ignorauit themistius. Si enim in deo esset successio intellectorum faceret deo lassitudinem intelligit ergo preterita presentia ⁊ futura ⁊ infinita.

¶ Contra hec arguitur primo quod ex immaterialitate non concluditur quod deus sit intelligens quia anima rationalis vnitur materie et tamen est intellectiua. Item albedo separata non haberet materiã et tamen non esset intellectiua. Item tunc ignis esset magis cognoscitiuus quam asinus quia videtur esse minus materialis. Item nulla priuatio est causa positiui sed immaterialitas est priuatio ergo nõ est causa intellectionis.

¶ Secundo arguitur quod essentia dei est non obiectum prime cause quia tunc deus nichil aliud cognosceret quam suam essentiam quia potentia nichil cognoscit nisi suum obiectum vel contentum sub eo. Item nulla potentia cognoscitiua ponit differentiam inter suum formale obiectum et alia visus enim non distinguit inter colorem et dulcedinem sed diuinus intellectus ponit differentiam inter essentiam et creaturas igitur. Item tunc scientia dei subalternaretur methaphisice quia eius essentia continetur sub ente et per consequens sub obiecto methaphisice.

¶ Tertio vel deus habet de rebus scientiam practicam vel speculatiuam. Forte dicis quod de hijs que facit habet scientiam practicam de alijs autem nõ secundum. S. T. prima parte. q. xiiij. Sed contra sequeretur quod quilibet posset facere suam medicinam esse speculatiuam quia posset eam non ordinare ad opus. Item tunc in dormiente nulla esset sciẽtia practica. Item deus cognoscit res diffinitiue ergo non cognoscit eas practice.

¶ Quarto non videtur quomodo vnum et idem possit esse propria et determinata ratio plurium indiuiduorum ergo deus non cognoscit res distincte. antecedens patet quia hoc maxime esset secundum quod ab vna creatura in aliquo immutatur et ab alia non. vt declarat. S. T. prima parte quest. xiiij. Sed contra illud quod est omnino simplex non potest secundum aliquid esse similitudo vnius quin secundum illud etiã sit similitudo alterius quia illud simplex non habet partes forte dicis quod habet partes secundum rationem. Contra quelibet illarum rationum est tota dei essentia secundum rem vt bonitas dei secundum rem est sua sapiẽtia. Item quicquid est propria ratio est ratio adequata. Sed implicat quod aliquid sit adequata ratio plurium diuisim ergo implicat quod deus sit adequata ratio plurium.

¶ Quinto scientia est assimilatio scientis ad rem scitam sed nichil est simile sibijpsi quia similitudo non sibijpsi est. vt dicit Hil'. ergo deus non cognoscit seipsum. Item scientia non est nisi de vniuersali sed deus non est vniuersale quia omne vniuersale est per abstractionem a deo autem cum sit simplicissimus non potest fieri abstractio ergo deus non cognoscit seipsum.

¶ Sexto arguitur quod non cognoscat alia a se quia intellectum est perfectio intelligentis sed nihil aliud ab ipso potest esse perfectio eius quia sic esset aliquid eo nobilius ergo nichil aliud ab ipso potest esse intellectũ ab eo. Item philosophus in .xi. methaphisice probat quod deus tantum seipsum cognoscit: sed tantum idem est quod non cum alio ergo non cognoscit alia a se. Item eadem sunt principia essendi et cognoscendi sed non eodem pater est pater et deus. vt dicit Augusti. ergo non eodem cognoscit pater se esse patrem et se esse deum et multo fortius non eodem cognoscit pater se esse et creaturam si creaturam cognoscit.

¶ Septimo eadem est comparatio creature ad deum que puncti ad lineam. vnde Trimegistus dicit deus est spera intelligibilis cuius centrum est vbique circumferentia vero nusquam per centrum exponẽs creaturam vt Alanus exponit sed linee nichil deperit de eius quantitate si punctum ab ea separetur ergo et nichil deperit perfectionis diuine si cognitio creature ei subtrahatur. Sed quicquid est in eo ad eius perfectionem pertinet cum nichil accidentaliter sit in eo ergo ipse de creaturis cognitionem non habet. Item quicquid deus cognoscit ab eterno cognoscit eo quod scientia sua non variatur sed quicquid cognoscit est ens quia cognitio eius non est nisi entis ergo quicquid cognoscit deus ab eterno fuit sed nulla creatura fuit ab eterno ergo nullam creaturam cognoscit. Item omne quod perficitur aliquo alio habet in se potentiam passiuam respectu illius quia perfectio est quasi forma perfecti. Sed deus non habet in se potentiam passiuam hoc enim est principium transmutationis que a deo est procul ergo non perficitur aliquo alio a se. Sed perfectio cognoscentis dependet a cognoscibili quia perfectio cognoscentis est in hoc quod actu cognoscit quod non est nisi secundum quod scit aliquid cognoscibile ergo deus non cognoscit aliud a se.

¶ Octauo sicut dicit Boetius vniuersale est dum intelligitur singulare vero dum sentitur sed in deo non est cognitio sensitiua sed intellectiua tantum ergo deus non habet nisi vniuersalem cognitionem de rebus. Item si deus cognoscit creaturas autem cognoscit eas pluribus actibus autem vnost pluribus ergo eius scientia plurificatur etiam ex parte cognoscentis quia id quo cognoscitur in cognoscente est. Si autem vno cum per vnum non possit haberi de multis cognitio propria et distincta et ita videtur quod deus non habeat propriam cognitionem de rebus. Item omne medium quod facit propriam cognitionem de re potest assumi vt medium demonstrationis ad concludendum illud sed essentia diuina non hoc modo se habet ad creaturam alias creature essent quandocunque fuit essentia diuina ergo deus cognoscens creaturas per essentiam suã non habet propriam cognitionem de rebus.

¶ Nono si deus cognoscit singularia oportet quod omnia cognoscat quia eadem est ratio de omnibus sed non cognoscit omnia ergo nulla minor patet quia sicut dicit Augustinus in enchiri. melius est multa nescire quam scire scilicet vilia sed inter singularia multa sunt vilia cum ergo quod melius est sit in deo reponendum videtur quod non omnia singularia cognoscat. Item quicquid deus cognoscit perfecte cognoscit sed perfecta cognitio non habetur de re nisi quando cognoscitur eo modo quo est sed deus non cognoscit singulare eo modo quo est quia singulare materialiter est deus autem materialiter cognoscit ergo deus non perfecte cognoscit singularia. Item ad variationem scitorum mutatur scientia quia si te sedente scientia te sedere te surgente scientiam amisi sed deus nullomodo mutari potest ergo singularia que sunt variabilia ab eo scita esse non possunt. Item materia minimum habet de esse ergo

non potest cognosci a deo. Item scientia dependet ab obiecto cognoscibili sed intellectus dei a nullo dependet ergo non habet scientiam.

¶ Decimo arguitur ꝙ deus non sciat infinita quia scientia dei est mensura scitorum sed infinitum non potest mensurari ergo nec sciri. Minor patet quia eius quantitas non potest cognosci. Item deus non intuetur infinita ergo non cognoscit infinita antecedens patet quia non habet scientiam visionis de infinitis quia quando aliquid videtur tunc cognoscitur principium ⁊ vltimum eius ꝙ non contingit in infinito igitur. Item scientia dei est equalis sue potentie: sed deus non potest facere infinita ergo non potest cognoscere infinita.

¶ Undecimo si deus haberet scientiam de rebus/ tunc posset variari quia variato vno relatiuorum variatur ⁊ reliquum sed scibilia possunt variari ergo ⁊ scientia dei. Item deus quandoqꝫ sciuit christum nasciturum ⁊ modo non scit: igitur. Item illud quod non est addiscibile non est scibile sed malum non est addiscibile: per disciplinam enim non nisi bona dicuntur ergo malum non est scibile ergo non est cognitum a deo. Item qui grammaticam grammaticus sed deus non est malus ergo non scit malum.

¶ Duodecimo veritas propositionis causatur ab entitate rei sed contingens ad vtrumlibet anteqꝫ ponatur in esse extra suas causas nullam habet actualitatem vel determinationem ad esse sed est indifferens ergo nullam habet veritatem ⁊ per consequens non potest sciri. Forte dicis ꝙ futurum contingens presens est per respectum est ad intellectū diuinum ⁊ ideo vt sic scitur. Cōtra nulla res est deo causa sciendi sed futurum vt futurum non certitudinaliter cognoscitur ab aliquo ergo nec vt presens certitudinaliter cognoscitur ab eo item non potest esse transitus de contradictorio in contradictorium sine mutatione rei si ergo deus nunc scit antichristū fore ⁊ potest nunqꝫ sciuisse antichristum fore ex quo futurū contingens potest nō euenire ergo deus potest mutari. Item omne eternum est necessarium et similiter preteritum: si ergo deus ab eterno sciuit res fore sequitur ꝙ omnia de necessitate euenient quia si res possent absolute non euenire ergo deus posset absolute decipi. Item si dei prescientia non tollat contingentiam ergo stat sortem posse non currere ⁊ tamen deus sciuit ꝙ curret ponatur ergo in esse scꝫ ꝙ non curret ⁊ tamen deus sciuit oppositum tunc sequitur manifeste ꝙ deus errat quia scit falsum.

¶ Tertiodecimo arguitur ꝙ deus non habet prouidentiam de rebus quia res naturales sunt de se determinate ad vnum ergo non indigent prouidentia. Item quedam sunt contingentia que non possunt mutari vt quolibet est vel non est igitur. Item creature sunt causa peccati ergo non prouidentur a deo tenet consequentia quia nichil prouisum a sapiente est corruptiuum boni ⁊ effectus eius quia alias sapiens contrariaretur sibiipsi eadem destruens ⁊ edificans vt si per suam prouidentiam ordinat ignem ad corrumpendum aquam ⁊ aquam ad corrumpendum ignem. Item defectus non prouidentur a deo ergo corruptiones rerum non sunt diuine prouidentie antecedens patet quia prouidentie non est naturam perdere. Item corruptiones sunt quedam mala que non sunt a deo igitur. Item non est prudens qui sustinet aliquod malum si potest illud impedire sed deus permittit multa mala igitur. Sed dices ꝙ permittit mala quia potest ex eis elicere bona sed contra maiora bona posset elicere ex bono ꝙ ex malo igitur. Item non sunt facienda mala vt eueniant bona igitur deus sua prouidentia non regit mala. Item videmus ignem cōburere domum iusti hominis et pauperis et cecum cadere in foueam ergo quo ad hoc deus non habet de eo prouidentiam. Item tunc apud nos essent plura bona ꝙ mala cuius oppositum videmus ⁊ patet quia sunt aliqua bona ⁊ cum hoc ex quolibet malo elicitur bonum ergo sunt plura bona.

¶ Quartodecimo si deus haberet omnium prouidentiam tunc nichil a casu accideret quia omnia essent a deo intenta. Item malum culpe maxime displicet deo si ergo deus prouideret omnibus deberet tale malum excludere. Item brutis animalibus multa accidunt que non ordinantur in bonum eorum neqꝫ in hac vita neqꝫ post ergo non prouidentur a deo. Forte dicis ꝙ non prouidentur a deo immediate sed mediantibus angelis contra tunc cursus rerum naturalium non impediretur quia vel hoc esset angelo volente vel nolente. Si primum tunc male prouideret rebus. Si secundum angelus tristaretur.

¶ Quintodecimo prouidentia pertinet ad prudentiam sed deus non agit per prudentiam ad extra probatur sic quia prudentia est circa agibilia que non progrediuntur extra agentem illa autem que sunt a deo sunt extra ipsum ergo sunt factibilia. Item ad deum pertinet aliquos reprobare hoc autem non pertinet ad prouidentiam immo sibi contrariatur quia per reprobationem res ordinantur in penam eternam non autem per prouidentiam. Itē Aristoteles in libro de bona fortuna dicit ꝙ si dicamus homines bene fortunatos esse a deo cum mali aliquando sint bene fortunati tunc faciemus deum iudicem prauum deum tamen inquit non est verisimile prauorum curam habere. Item sic quelibet actus hominis est prouisus ergo liberum arbitrium stante diuina prouidentia non se habet ad vtrumlibet. Item deus secundum Aristotelem agit necessitatem nature vt sibi attribuunt Scotus ⁊ Gregorius si ergo omnium haberet prouidentiam tūc omnia de necessitate euenient alias deus erraret: si enim necessario sit a fore necessitate nature ⁊ a impeditur per agens naturale ergo deus errat: sed dices tunc deus non iudicauit a fore. Contra ergo non iudicauit a fore necessitate nature sed libere.

¶ Sextodecimo quicquid potest esse deus est deus sed sciens antichristum non fore non est deus ergo impossibile est ꝙ sit deus. Item scire antichristum fore non est perfectio simpliciter ergo non conuenit deo antecedens patet quia alias deus necessario absolute sciret antichristum fore vel sortem peccaturum. Item omne immutabiliter scitū immutabiliter eueniet si ergo deus scit res immutabiliter ergo immutabiliter ⁊ de necessitate euenient. Item oppositū predicati huius omne scitum a deo necessario eueniet repugnat subiecto ergo ista est vera. Item si deus posset scire oppositum eius

quod scit queritur ĩ quo est ista potẽtia si in deo ergo deus non est actus purus sed in eo est potentia.

¶ Ad primũ dicẽdũ q̄ aĩa nõ ĩ (ĩuersa) materie vñ non totaliter limitatur p̄ cã ꝛ ideo intelligere põt sʒ dicaẽ act⁹ volũtatis non hñt materiã ergo itelligũt negatur ꝯña qꝛ nõ subsistunt deiñ dico q̄ p̄ ĩmaterialitatẽ circũloquimur spũalitatẽ q̄ est ratio itellectualitatis. De albedine separata alias dictum est.

¶ Ad secũdũ dr̃ q̄ deus nichil cognoscit nisi aliq̄d participet de diuinitate in se vel in suo simili ꝛ hoc cõuenit oĩ creature. Secũdo dr̃ q̄ aliq̄ potentia distinguit suũ obiectum formale ab aliqs qñ continet oĩa alia emineñ. tertio dr̃ q̄ licʒ scḋm predicationẽ essentie cõtineaẽ sub ente tñ quolibet ens cõtineẽ ĩ essentia diuina q̄ oĩ reꝑfectior est. Si dicaẽ phũs septĩo metaphisice arguẽs cõtra ideas plathonis ꝛ ostẽdẽs q̄ si esset hõ separatus q̄ terminaret aspectum intellect⁹ nihil proficeret ad cognitionẽ pticulariũ hoĩʒ pbat qꝛ ille hõ seꝑatus ab eis distiguitur ergo de⁹ p̄ suã essẽtiã non cognoscit res scḋm pprias rõnes sed eius scĩs ĩmediate ẽ prĩo terminatur ad res quia oĩa nuda ꝛ operta sũt oculis ei⁹ dicendũ ẽ q̄ deus ẽ oĩs entitas emineñter ꝛ ideo non est simile de eo ꝛ de idea platonis.

opinionis aliorum dicis scilicet ꝙ celum sit de natura qua tuor elementorum quod reprobauit primo celi Om ne enim corpus sensibile aut est simplex aut cōpositum ⁊ si probetur ꝙ quatuor elementa que sunt corpora simplicia sint finita Satis probabitur cōpositum esse finitum Si enim partes sunt finite totum erit finitum quia finitum finicies sumptum semper manet finitum Nec potest dici ꝙ vnum elementum tamen sit infinitum quia tunc ipsum occuparet oīa loca. Item in maiori corpore semper est maior virtus si ergo vnū esset infinitum tunc haberet infinitā virtutē ⁊ corrū peret oīa alia si ergo aliquod cōpositum ex tali cōponeretur ipsum non posset subsistere. Item supponāt tria primū quod omne corpus naturale habet inclinationem vt sit in aliquo loco. Scdō ꝙ cuilibet debet aliquis locus determinatus Tertio ꝙ idem est loc⁹ naturalis totius ⁊ partis quia ad eundē locum mouent. Tunc sic vel tale corpus infinitum est vnius speciei cum suis partibus vt aqua vel nō vt homo. Si primū sequitur ꝙ sit totaliter immobile aut ꝙ semper moueatur ⁊ vtroqꝫ modo tollitur rō nature cū natura sit principium motus ⁊ quiens licet dictū sit celum non quiescere. Sequela autem probatur quia non esset assignare rōnem quare magis sursum aut deorsum moueretur aut in quancūqꝫ partē cum totum locum occupat. Si scdm ergo diuersa erunt loca diuersarum partium ⁊ iterum queritur de illis partibus vel sunt finite vel infinite si dicas primum tunc oportet alteram earum esse infinitam ⁊ sic corrumpet alias sicut heraclitus dicit ꝙ quandoqꝫ futurum est ꝙ omnia cōuertent in ignem propter excellentem ignis virtutē. Anaxagoras dicebat infinitum quiescere in seipso. Sed cōtra eadem rōne semper quelibet pars quiesceret quia est in seipsa. Item in omni corpore oportet inuenire medium ⁊ in vniuerso sursū ⁊ deorsum ꝙ nō contingeret si esset infinitum. Item omne corpus circūdatur ⁊ continetur loco vt patet per suppōnes ergo nullū est actu infinitum ¶ Tertia conclusio ī rebus naturalibus reperitur infinitum ī potētia. Sed dupliciter aliquid dicitur esse in potentia. Primo ad actū cōpletum ⁊ pfectum ⁊ sic es est in potētia ad formā statue. Aliomō ad actum impfectum ⁊ permixtum potentie sic ꝙ nunqꝫ est totum simul actu exns ⁊ sic reperitur infinitum in potētia in numeris per appositionem quia cuilibet numero potest addi vnitas ⁊ sic alij dicunt ꝙ in infinitū potest esse magnus numer⁹ in sensu diuiso Magnitudo etiam est infinita in potentia quia quacunqꝫ data potest dari maior. Similiter in tempore est infinitum in potētia scdm successionē scilicet Et nota ꝙ diuidendo cōtinuum in partes eiusdem proportionis nunqꝫ est status vt si totum diuidatur in duas medietates ibi semper ē proportio dupla. Aliomō diuiditur ī partes eiusdē quantitatis ⁊ sic non proceditur in infinitum quia omne finitum per ablationem finiti tandem consumitur. Sed vtrum aliqua magnitudo per appositiones partium alicuius alterius corporis possit in infinitum augeri dicendum quod dupliciter hoc intelligitur: vnomodo sic qđ quacunqꝫ magnitudine data contingit dare maiorem ⁊ hoc est falsum quia omnia entia naturalia sunt determinata ad maximum per suas formas. S.T.1 parte q.7 ar 3.ad.3. Aliomodo qđ alicui magnitudini possunt addi infinite partes proportionabiles alterius corporis ⁊ hoc est possibile quia huic aque possunt addi in infinitum partes proportianabiles alterius aque.

¶ Contra hec arguitur. Quando subiectum est in actu tunc passio eius est in actu sed infinitum nō est substantia vt dicunt antiqui sed est passio quantitatis secundum philosophum ⁊ quantitas est in actu ergo infinitum est in actu vel arguatur sic magnitudo est ergo infinitum est antecedens est actu verum ergo ⁊ consequens. Et eodem modo potest argui methaphisicaliter quia finitum et infinitum diuidunt ens ergo aliquod ens est infinitum et ex eodem arguitur quod determinare de infinito non pertinet ad naturalem philosophum quia determinare de passionibus entis pertinet ad methaphisicum sed finitum ⁊ infinitum sunt huiusmodi igit.

¶ Secundo arguitur ad idem quia de non ente nō est scientia primo poste. sed infinitum est non ens vnde non est ens naturale ergo non debet considerari a naturali philosopho. Item scientia est vniuersalium ⁊ entium per se infinitum autem non est ens per se Item omne de quo habetur scientia comprehenditur scdm. s.t prima par. q.12.ar.7. sed infinitum non comprehenditur a nobis imo nec cognoscitur quia vt dicitur primo phi. infinitum vt sic ē ignotū igitur. ¶ Tertio arguitur rōnibus tex. quia tempus est infinitum quia nunqꝫ īcepit esse nec vnqꝫ desinet esse quia omne quod incipit esse ⁊ desinit esse incipit vel desinit in tempore ⁊ sub tempore ꝙ aliqđ est infinitum. Item magnitudo est diuisibilis in infinitum ⁊ numerus etiā angularis ergo infinitum ē antecedens apparet quia mathematici in diuisione magnitudinis ⁊ in appositione numeri vtūt infinito ¶ Quarto gñationes ⁊ corruptiones sūt mot⁹ ⁊ sunt infinite ⁊ perpetue sed hoc non posset esse nisi esset vnū materiale principium īfinitum ergo ⁊c. Item omne infinitum per aliquod extra ipsum finitur a quo includitur ergo oportet dare corpus infinitum quod a nullo includatur vel erit procedere in infinitum ergo infinitum est.

¶ Quinto sic omne illud est verū quod apparet intellectui vel ymaginationi cum intellectus ⁊ ymaginationis apprehensio causetur a rebus sed intellectus nr̄ concipit infinitum quia dato quolibꝫ numero adhuc potest concipere maiorem. Similiter extra celum ymaginatur esse spacium infinitum ergo est plenum vel vacuum. si primum non potest repleri nisi corpore infinito. si secundum cum nichil aliud sit vacuum quā locus non repletus corpore potest tamen repleri ⁊ in perpetuis non differunt esse et posse sequitur ergo ꝙ talis locus iam repletus est corpore. Item arguitur quia motus infinitus presupponit mobile infinitum sed motus celi est infinitus cum secundum naturam careat principio ⁊ fine ergo celum est infinitum.

¶ Sexto arguitur in corpore celestis repperitur infinitum secundum potentiam ⁊ diffinitionem cum sit quantum ⁊ continuum ergo ibi est infinitum actu consequentia tenet quia in perpetuis non differunt esse ⁊ posse. Item infinitū ⁊ finitum habent fieri circa idem sed finitum reperitur actu sub corpore sensibili ergo similiter potest reperiri corpus actu infinitum.

¶ Septimo arguitur sic omnis potentia est reducibilis in actum alias esset frustra sed infinitum nūquā est in actu ergo nunqꝫ est in potentia. Item en

tia naturalia sunt determinata ad maximum ⁊ mini
mum secundum actum ⁊ potentiam ergo infinitum
secundum potentiam non reperitur in rebus natu
ralibus.
¶ Octauo si reperiretur finitum maxime esset in di
uisione magnitudinis sed hoc non igitur.
Minor patet quia omne finitum per ablationem fi
niti tandem consumitur ergo in diuidendo magnitu
dinem non est processus in infinitum. Item secun
dum aristotelem mundus fuit ab eterno ⁊ semper fue
runt homines ergo fuerunt infiniti homines ⁊ qui
libet habuit animam immortalem ergo nunc sunt
infinite anime. Forte dices q̄ vna anima transiuit
de corpore in corpus contra secundum viam natura
tem idem corruptum numero non potest redire hoc
autem esset falsum si anima indifferenter posset re
dire ad corpus.
¶ Nono in corpore sperico sunt infinita puncta er
go dabile est infinitum secundum multitudinem for
te dicis quod illa puncta non sunt ibi nisi in potētia.
Contra corpus spericum secundum quanlibet par
tem exteriorem potest tangere corpus planum ergo
exterius habet infinita puncta. Item in corpore spe
rico sunt infinite linee recte transeuntes ab vno ex
tremo in aliud per medium quelibet autē linea recta
habet duo puncta in actu forte dicis q̄ ibi nulla est
linea in actu. Contra partes talis corporis actu cō
tinuantur ergo ibi sunt actu aliqua puncta. Itē vel
realiter ibi est aliq̄ linea .s. dyameter vel nulla reali
ter. Si secundum tunc illa linea que p̄cise dicitur eē
in potentia non erit nisi ens rationis ⁊ sic in celo nō
esset realiter equinoctialis si dicas ē i potentia quia
est in materia arguatur ergo de punctis que sunt in
q̄titate sacramenti eucaristie que sunt separata nec
continuantur forte dicis q̄ linea ⁊ puncta sunt ibi
realiter sed non habent propriū esse existētie hoc for
te verum est q̄r nullum accidens habet verum eē exi
stentie tamen eo modo quo accidens habet esse pun
ctum extremum linee ⁊ realiter distincta puncta ha
bent diuersum esse.
¶ Decimo infinite sunt species numerorum ⁊ for
te aīalium q̄r ex commixtione diuersorum sexuū ge
neratur mulus ⁊ ita videtur posse dici de aliīs s3 de
qualibet specie est vnum indiuiduum actu quia vni
uersale est incorruptibile igitur. Item totum habet
infinitas porportiones ad quālibet partem quia ad
suam medietatem habet proportionem duplā forte
dicis q̄ illa proportio non est in actu. Cōtra totus
est in actu duplū ad medietatem ⁊ triplū ad tciā p̄tē
Itē scd̄m ari. celum semper mouebatur ⁊ nullus motus
in eo est corruptus ergo sunt in eo nunc infinite mo
tus. Minor patet quia motus celi non habet cōtra
rium ergo a nullo corrumpitur forte dicis quod cor
rumpitur ex natura rei quia est ens successiuū ⁊ iō
partes eius non possunt simul manere. Cōtra motus
localis est intensibilis ⁊ non nisi per additionē vni
us accidentis ad aliud primum patet quia vnus mo
tus localis est duplus ad alium. Si agens sit duplū
forte dicis quod motus intenditur quia magis radi
catur in subiecto. Sed contra Tunc nunquā motus
violentus esset eque velox sicut motus naturalis q̄
maxime radicatur in subiecto suo. Item arguitur
de relatiōibus quia si generationes semp durarent
tunc etiā3 essē prior infinitis hominibus futuris er
go in me sunt infinite prioritates ꝓpter hoc dicit .s.
t. de veri. q. 1. ar. 5 ad 15. q̄ est relatio rationis. Con
tra cras fore est in predicamento quando ergo est re
latio realis esse prius ⁊ nota q̄ relationes rationis
sunt infinite scd̄m auicennam .s. t. de veri. q. 2. ar. 9.
ad 4. quare ergo alie nego.
¶ Undecimo arguitur de linea giratiua capiendo
columnam sex pedum habentem in latitudine vnū
pedem ⁊ diuidatur ad ymaginationem per partes
proportionabiles ⁊ capiatur linea girans primā par
tem proportionabilem que continuetur linee giran
ti ⁊ circundanti secundam ⁊ sic in infinitum proce
dendo per partes proportionabiles tunc capta to
ta illa linea composita ex omnibus partibus giran
tibus omnes partes proportionabiles ipsa compo
nitur ex infinitis partibus quarum quelibet est plus
q̄ pedalis quia circundat partem proportionabilē
que pedalis est: forte dicis q̄ ille partiales linee pe
dales non sunt in actu hoc est separate a seinuicē
hoc nichil est quoniam ad maius vel infinitum secū
dum magnitudinem nō requiritur quod partes ma
gnitudinis sint separate a seinuicem alias anaxago
ras ⁊ alii philosophi non posuissent vnum corpus ī
finitum. Argumentum factum de linea giratiua ab
aliquibus fit de dyametris infinitarum partium p̄
portionabilium omniūm girarum.
¶ Duodecimo āgulus rectus est īfinitus igit̄ aūs
patet quia componitur ex infinitis acutis non com
municantibus quorum quilibet est maior angulo cō
tingentie determinate quātitatis vt patet ex tertio
geometrie. Et per idem posset argui quod quolibet
mortale est infinitum quia secundum multos in quo
libet mortali sunt infinite partes quarū quelibet est
grauior veniali. Item in quolibet corpore peda
lis latitudinis sunt infinite partes proportionabi
les quarum quelibet est pedalis secundum latitudi
nem vel longitudinem igitur.
¶ Tertiodecimo arguitur in quolibet continuo sūt
due partes eiusdem quantitatis ⁊ tres partes eius
dem quantitatis .s. tres .3. ⁊ sic in infinitum ergo in
quolibet sunt infinite partes eiusdem quantitatis
tenet consequentia per exponentes infiniti. Itē
quidam probant quod aliquis motus nunc est de fa
cto infinitus quando duo corpora dura separantur.
quia immediate post hoc per totum mediū erit aer
sed de hoc postea. Item sint duo angeli ⁊ vnus in
prima parte proportionabili claudat fenestram in
secunda alius aperiat ⁊ sic fiat alternatim vsq3 ad fi
nem hore tunc sol in hac hora infinities producet
lumen nouum in hac camera q̄r sēper fuit corruptū
claudendo fenestram vel fiat de sole quem deus in
qualibet parte proportionabili giret circa terrā vel
cōseruet deus omnia puncta extra subiectum sine li
nea tunc omnia sunt in actu ergo infinitum est possi
bile. ¶ Ad primum dicendum quod infinitum in
potentia est passio quantitatis ⁊ tale est ens actu exi
stens licet non sit actu infinitū ⁊ non loquimur hic
de deo qui est infinitus negatiue sed de infinito pri
uatiue q̄ conuenit quantitati. Ad aliud dicitur q̄
phisicus habet tractare de infinito vt est passio quā
titatis. Sed contra quantitas pertinet ad mathe
maticum ergo est infinitum. Dicendum q̄ infinitū
hic consideratum non est passio quantitatis absolu
te s3 vt est dispositio rerum naturalium.
¶ Ad scd̄m dicitur quod de non ente nō est scīa sic
q̄ sciatur esse sed negatiue vel dicitur q̄ īfinitum in

potentia est. Ad aliud dicitur per idem. Et licet nō sit ens naturale tamen ab antiquis hoc credebatur. dicebant enī infinitum esse principium. Sed contra infinitum formaliter dicit priuationē ergo aliquid psupponit. Item si infinitū esset ipsum occuparet omnia z sic principiatum non esset ergo nec principium

¶ Ad tertium dicit S. T. prīa par. q. 7. ar. 3. ad. 4. q motus z tempus non sunt totum in actu sed successiue secundum philosophum de magnitudine dictum est quod est infinita secundum potentiam quia in infinitum diuidi potest. Sed contra sequeretur qd pars esset equalis toti quia sicut totum est in infinitum diuisibile ita et quelibet pars. Negatur cōsequentia q pars non est diuisibilis in tot partes equales sicut totum. Sed queritur an diuidēdo aliquod totum remaneat vnitas que prius erat in partibus dicendum quod non sed in qualibet parte causatur noua vnitas z precedens corrumpitur.

Sed contra volo quod ille partes vniantur tunc est idem totum quod prius erat ergo precedēs vnitas que fuit corrupta naturaliter reproducetur. Itē eadem actio non generat z corrumpit vnitatē sed diuisio generat vnitatem in qualibet parte ergo non corrumpit precedentē. Ad pri. negatur cōsequentia. Et ad aliud negatur assumptum.

¶ Ad quartum dicitur quod sub eadē materia successiue sunt diuerse forme z ideo non oportet materiam esse infinitam. Ad aliud dicitur q vltimum celum finitur per seipsum.

¶ Ad quintum diceret aliquis qd nichil cōceptum ab intellectu est infinitum quia de conceptu z diffinitione linee est quod habeat duo puncta terminatiua Sz cōtra linea circularis nō habet duo puncta terminatiua vnde nec ī anulo sunt dabilia duo extrema Et si querat an ista sūt vl' īfinita finita dādū est primū similiter apprehendi potest totum tēpus preteritum cathegorumatice z totum tēpus futurum z tamen non in quolibet istorū dantur duo extrema. Sz contra quelibet pars infiniti ē īfinita scdm phm ergo si totum tēpus preteritū aprehensum est infinitum sequitur q quelibet dies preterita que est pars eius fuit infinita. Itē infinitum non habet principium neq finē sz totum tempus preteritum habet finē ergo non est infinitum. Itē īfinitum non habet principiū factiōis sed tempus pteritum habuit cām effectiuā s. intelligentiam mouēte celū. Itē nunq fuit verum dicere infinitum est z tn̄ tēpus pteritum aliqn̄ fuit pñs z ipsum non fuit infinitum dicendum q tps est infinitum in potentia vt supra dictum est z quelibz eius pars Et per hoc soluuntur cetera argumenta Itē quidam ymaginantur lineā giratiuā esse infinitam z tamen non habet duo extrema q non potest signari punctum ad qd terīatur tota linea giratiua veniendo vers9 ptes proportionabiles minores dicēdum igr̄ sz phm̄ q non sp oz imaginationi credere sīs duo cōtradictoria eēnt ḡa. Ad aliud dr̄ q extra celū nichil ē. cōtra de9 pt mouere lapidē extra celum z facere ipm mag dĭstare a celo vl' extra istd celum pt creare aliđ celum distans ab isto dicendū q talis lapis non distar; a celo positiue.

¶ Ad sextum dicitur q motus celi est infinit9 scdz durationē z similiter celū pōt etiam dici qd celum ē diuisibile mathematice. i. sibi non repugnat ī ratiōe quantitatis qui diuidat illa. Et̄ o auctoritas phl exponit s. ī. t. de. po. q. 3. ar. 14. ad. 5. non oportet inquit si de9 pōt aliquid facere q illud fecerit quia Ē agēs scdm voluntatem auctoritas ḡ intelligitur de potētia passiua que est corruptionis principium z ideo sēpiternitati repugnat. Sed contra tunc auctoritas supponeret vnum tm̄ quia in perpetuis non est hoc modo posse dices q negatiua nichil presupponit vnde adhuc contra illam auctoritatem arguitur quia materia antichristi potest esse perpetua z tamen nō sequitur q sit Item tempus futurum erit perpetuū z tamen non est. Item angeli sunt perpetui z tamen scdm sanctum tho. in eis differūt esse z posse: quia essentia angeli non est sua potentia ymo multi dicunt quod materia non est sua potentia licz sit perpetua. Item dato quod materia sit sua potentia passiua tamen non est suum esse dicendum quod materia est suum esse z sue potentia z ita quelibet essentia est sua potentia: si illa potentia non sit ad operari sed adeē Multiplicia etiam sunt perpetua. s. deus corpora celestia materia prima. z de hac verificatur auctoritas philosophi que sic ponitur T. C. 32. contingere esse ad esse nichil differre in perpetuis nō sequitur tamē quod si ista pars celi possit esse in oriente quod propterea sit ibi. Ad aliud dicitur quod non oportet si vnum priuatiue oppositum sit in actu quod alterum sit in actu sed sufficit quod sit in potentia.

¶ Ad septimum dicitur quod eo modo quo aliqd est in potentia sic reducitur ad actū modo infinitum solum est in potentia ad actum icompletum z sic ē reducitur in actum per diuisionem tamē post vnā diuisionem adhuc remanet alia possibilis ita quod nunq continuum est ex toto diuisum. Contra philosophus probat quod per appositionem nō potest excedi quelibet magnitudo quia si esset ī natura potentia ad appositionem transcendentem omnem qtitatem sequeretur q esset actu infinitum hec est cōsequentia philosophi ergo si continuum sit in potentia vt in infinitum diuidatur vel numerus vt in infinitum augeatur sequitur quod actu erit numerus infinitus vel continuum in infinitum diuisum. Item omnis vna potentia potest reduci ad vnum actum. sed quelibet pars continui est in potentia vt ab alia diuidatur z omnes iste potentie faciunt potentiam vnam secundum quam continuum est in qualibet pte diuisibile. Ad primum dicit sanctus thomas lec. 11. q non oportet numerum tantum esse in actu quātum est in potentia sicut hic dicitur de magnitudine quia additio numeri sequitur diuisionem continui p quam itur ad id quod est in potentia z ad materiam vnde non oportet deuenire ad aliquem actum finitem potentiam sed additio magnitudinis ducit in actum quia itur ad totum quod habet rationem forme continentis z terminantis z determinatam quātitatem sicut z omnes res naturales. Sed contra sicut res naturales habent determinatam quantitatem in magnitudine ita z in paruitate. Item pono quod omnia sint diuisa in minima naturalia quo facto non poterit dari maior numerus quia numerus causatur ex diuisione continui: forte dicis qd non repugnat minimo diuidi in ratione quantitatis. Contra sic nec repugnat cuicūq corpori augeri in ratione quantitatis sed solum in quantum est ens naturale forte dicis quod numerus non causatur ex diuisione continui quia homo z asinus faciunt numerum binarium sine diuisione alicuius continui. Contra sequeretur quod partes cuiuslibet continui facerent

numerum infinitu3 quia infinite sunt partes propor tionabiles Sed hoc est cõtra philosophũ dicente3 q omnis numerus est numeralis τ omne numerabile finitum. Item vel ille numerus esset par vel impar forte dicis q sicut albedo nõ est alba ita nec numerus est numerabilis Preterea arguitur q in diuisione continuitur ad formam quia per diuisionem continui producitur forma numeri et vnitas. Item per diuisionem vnius aque fiunt quatuor aque dicendũ q res naturales possunt in infinitum diuidi licet nõ possunt in infinitum augeri quia non potest corpus dari maius celo. Et licet detur minimum naturale tamen quantum est ex parte materie non repugnat sibi diuidi et ideo dictum est q infinitum se tenet ex parte materie nec diuisio continui procedit ad formam naturalem sed bene mathematica3. Notandũ q sanctus tho. lec II. dicit appõ in infinitum inueni tur in magnitudinibus per hoc tamen non excedit quedam determinata magnitudo quia dato q infinite partes proportionabiles corporis pedalis addãtur alteri corpori pedali nunq̃ tamẽ fiet corpus maius q̃ bipedale.

¶ Ad octauum dicitur q per ablationem partium proportionabilium nunq̃ est status. Sed contra auferatur primo vna medietas in prima parte proportionabili hore τ in secunda auferatur secunda tunc in fine hore totum erit ablatum. Item sit magnitudo. 7. pedum τ primo auferatur pars. 4. pedu3 2. pars duorum. 3. vero pars vnius pedis quo facto nihil remanet: τ tamen seruata est proportio quia 4. τ duo τ duo τ vnum habent proportionem duplã dicendum q primum intelligitur de finitis ablationibus. 2. dicitur q in numeris finitum per ablationẽ finiti consumeretur non autem in continuo si a principio seruetur eadem proportio in diuidendo.

Ad aliud argumentu3 dicit. S. T. 1. par. q. 7. ar 4. q propter hoc Auicenna et algazel dixerunt q lic3 impossibilis sit multitudo infinita actu per se nõ tamen infinita per accidens τ sic ponebat infinitas animas secundum infinitos homines preteritos. S. T. 1. par. q 46 ar. 2. ad. 8. ponit super hoc plures modos respondendi et in fine dicit q aliquis posset dicere q licet mundus fuit eternus vel angelus nõ tamen homo quidam dicunt q oportet incidere in alterum istorum: scilicet q deus aliquas animas immo infinitas anichilauit τ q infinite anime fuerunt corrupte: vel alij dicunt q nunc essent infinite anime sincathegoreumatice non autem cathegoreumatice quia nulle sunt omnes. Sanct9 tho. opus. 72 in fine dicit q nescimus quid Aristo. responderet huic rationi: sed habet pro certo q infinita esse non possunt etiam per accidens nec placet sibi infinitũ esse possibile.

¶ Ad nonum dicitur q puncta non sunt in actu qr non habet subiectum adequatum vel licet puncta realiter sint tamen non habent proprium esse qr sunt entia incompleta secus est de alijs accidentibus. Sed nonne brachium germani licet sit pars realiter est τ similiter quelibet alia pars. Si non tunc totu3 realiter componitur ex non partibus. Dicendum q pars homogenea dicitur non esse actu quia non habet propriam existentiam sed existentiam totius.

¶ Ad decimum dicendum q non sunt actu infinite species numerorum vel figurarum Sanctus Tho. 1. par. q. 7. ar. 4. ad secundum. Si enim multitudo specierum esset actu infinita sequeretur q vnum infinitum esset maius alio quia maior est multitudo indiuiduorum q̃ specierum. forte consequens non est inconueniens quia animal plura significat q̃ homo vel de pluribus predicatur licet homo predicetur de infinitis hominibus possibilibus secundum q dicimus adam esse hominem. Ad aliud dicitur q totum non est duplum per proportionẽ que sit in actu nisi subduplum sit per se subsistens. Ad aliud dicitur q intensio motus non fit per additionem: sed de hoc alias.

¶ Ad vndecimum. paulus non habet pro inconueniẽti q detur linea curua infinita sed inconueniẽs esset de linea recta secundum phm̃. Alij dicũt q nõ potest dari tota linea giratiua girans omnes partes proportiabiles quia nulle sunt omnes si enim esset aliquod infinitum inquit philosophus ipsum omnis occuparet sed hoc forte nõ oportet de hoc quod est infinitum solum secundum vnam dimensionem. Ite3 quelibet linea videtur si ergo esset linea giratiua infinita videntur causare visionem infinitã antecedẽs patet quia perspectiua est de linea visuali ergo linea videtur.

¶ Ad duodecimum dicit albertus primo celi negãdo hanc consequentia3 componitur ex infinitis actis ergo est infinitus sed oportet q aliquo determinato angulo eiusdem speciei dato habeat infinitas partes maiores. Ad aliud negatur cõsequentia sed oportet q vna continuetur alteri secundu3 illã dimẽsionem scd̃m quã debet esse infinitum.

¶ Ad tertiumdecimum negatur cõsequentia a paulo quia quantitas in consequente stat determinate: nec confunditur per infinitum sic arguitur a plurib9 determinatis. Alij dicunt q oportet sic arguere in hoc continuo est aliqua pars certe quãtitatis τ sunt infinite eiusdem quantitatis cum illa igitur hoc est infinitum.

¶ Ad argumentum capitale patet ex dictis. Nec op3 q omnis potentia obedientialis reducatur ad actũ. Naturalis tamen esset imperfecta nisi ad actũ reduceretur. S. T. de veri. q. 8. ar. 4. ad. 13.

AD quintum sic proceditur videtur q deus possit facere infinitum quia secundum geometram omni magnitudine data contingit dare maiore3 vnde scientis mathematice vtũtur linea infinita forte dicis q illa propositio est falsa in philosophia naturali. Et licet intelligãt lineam infinitam tamen non sequitur q esset infinita Contra ex hoc sequitur q geometria est de falso sicut quando dicit lineam causari ex fluxu puncti pũctum enim non fluit nec mouetur scd̃m phisicos vnde dictum est supra q punctum non est pertransibile licet linea cuius est punctum possit pertransiri τ ideo forte punctum pertransitur per accidens per se ergo punctum non mouetur nec super ipsum aliquid mouetur. Item non est impossibile apud deum omne verbum ergo si infinitum possit intelligi sequitur q infinitum poterit fieri a deo. Item phũs dicit scd̃o methaphisice q impossibile est intelligere lineam nõ statuentem: idest non existentem inter duo puncta.

¶ C xj In oppositum arguitur In quibuscunq̃ est primum ibi non est infinitum sed in rebus reperitur primum τ similiter in speciebus vnde perfectissi

maspecies vnius generis est mensura aliorum ergo deus non posset facere infinitas species. Et per hoc concluditur q species numeri non sunt actu infinite.

¶ Respondeo dicendum secundum philosophum et S. Tho le. 10 q antiqui male diffinierunt infinitum dicentes infinitum est extra quod nihil est sed secundum philosophum infinitum est cuius semper est aliquid extra accipere. probatur quia dicunt quidam aitulos esse infinitos quia in eis semper est accipere partem post partem hoc tamen non est verum quia ad infinitum requiritur q non resumatur pars que prius fuit accepta. Item id cuius nihil est extra est diffinitio perfecti et totius totum enim est cui nihil deest i. de requisitis ad suam perfectionem sed totum et perfectum idē sunt infinitū autē non est perfectū quia non habet finem. Sed contra ex hoc concluderetur deū non esse perfectū. dicendū deū non esse infinitū priuatiue et materialiter sed negatiue. Notandū preterea q infinitū non cōtinet omnia sed magis habet rationem contenti quia habet rationē imperfecti cū sit in potentia vnde habet rationē materie. Et ideo supra dixit phūs q si infinitū esset causa ipsum esset causa vt materia vñ diuisibilitas et infinitas nō est ratione forme sed rōne materie.

¶ Conclusio prima de⁹ potest facere formā infinitam probatur qz forma finitur per materiā sed de⁹ potest facere formā siue materiā puta albedinē separatam scdm s. t. quo 7. ar. 10 vnde albedo separata est aliquō infinita qz habet quicquid perfectiōis potest albedini cōuenire Angeli etiam possunt aliquo modo dici infiniti Item arguunt aliqui ad idem quia quāto corpus minus distat ibio est maior propinquitas ergo si vnum corpus sit contiguū alteri illa propinquitas erit infinita. Item deus potest facere quicquid continetur infra albedinem sed tota latitudo nigredinis continetur infra albedinem nec infinita nigredo attingeret minimam albedinem ergo te⁹ potest facere nigredinē infinitam extra subiectum.

¶ Secunda conclusio secundum sanctū tho. i. par. q vij. ar. 2. deus non potest facere infinitum secundum essentiam nec potest facere infinitum secundū magnitudinem primum patet quia omne factibile a deo habet determinatum genus et determinatā differentiam saltem si sit per se in predicamento Secundū patet primo quia omne corpus habet formā substantialem ad quam sequitur determinata quantitas Item omne quantū est figuratū et omne figuratū est finitū vt patet per diffinitionem figure Item ar. 3. ad secundum nihil est in genere quin sit specie ergo omne quantum est bicubitum vel tricubitum et cetera et per consequens finitum.

¶ Tertia conclusio deus non potest facere infinitū scdm multitudinem vel potius tale non est factibile probatur quia alias tota multitudo numerorū esset euacuata Item dicit sanctus thomas q omnē multitudinem oportet esse in aliqua specie multitudinis Species autem multitudinis sunt sicut species numerorū Nulla autem species numeri est infinita qz quilibet numerus est multitudo facta per vnum vnde impossibile est multitudinem esse infinitam actu siue per se siue per accidens. Item omnis multitudo in natura existens est creata et omne creatum sub aliqua certa intentione creantis intendit et omne creatū est finitū. Item tunc pars esset equalis toti vel maior toto quia capio lineam infinitam versus orientem et aliam infinitam versus occidentem tunc patz q iste sunt equales capio ergo totam primam preter vnum pedem adhuc residuum est infinitum ergo est equale cum secunda linea et per cōsequens est equale cum suo toto quia que sunt equalia vni. 3 sunt equales inter se forte dicis q vnum infinitum nō est alteri equale nec inequale hoc est contra tertiam proprietatem quantitatis. Item illud non est infinitum cuius datur vltima pars. sed sic est de quolibet corpore dabili quia pono q sor. in qualibet parte proportionabili pertranseat vnum pedem corporis infiniti tunc quero super quam partem erit in fine hore et non potest esse super partem finite distantem ergo est super vltimam Item creet deus vnū lapidē iuxta columnā in prima parte proportionabili hore et in secunda parte proportionabili hore elonget illum lapidem et inter ipsum et columnam creet scdm et sic faciat per omnes partes proportionabiles hore tunc in fine hore quero quis lapis erit iuxta columnā: forte dicis q nullus sed inter primū lapidē et columnam sunt infiniti lapides. Contra tunc infinitū esset inter duo pūcta s. inter lapidē et colūnā forte dicis q hoc non est inconueniens sed hoc prolixe ab aliis improbatur ideo supersedeo.

¶ Contra hec arguitur. Et primo probando q infinitas secundum potentiam non prouenit ratione materie quia quantitas separata est infinita secundum potentiam ratio enim infiniti quantitati congruit. Item forma ipsius elementi est diuisibilis in infinitum sicut materia. Item in augmentatione proceditur ad materiam ergo non in diuisione. aūs patet qz in augmentatione ipsius hominis non acquiritur nisi materia. Item intelligentie sunt infinite inferi⁹ et tamen non habent materiā Sanctus Tho. 1. par. q. 50. ar. 2. ad 4 Item. q. 7. ar. 1. dicit q forma finitur per materiam ergo infinitas non est ratione materie.

¶ Secundo arguitur q albedo separata non est infinita ex hoc q non recipitur in materia quia sequeretur q quantitas que est in sacramento altaris esset infinita quia separatur a materia. Item sequeretur q aliud a deo esset infinitus secundū essentiam qz essentia albedinis separate in nullo recipitur Item deus posset separare albedinem meam nullo modo intendendo eam.

¶ Tertio sequeretur q motus localis fieret in instanti quia grauitas separata est infinita ergo mouet seipsam in non tempore Item tunc esset equalis virtutis cum deo quia virtus separata est infinita. Item tunc calefactio fieret in instanti et in aliquo subiecto produceretur infinitus calor quia calor separatus ea infinitus ergo in subiecto producit infinitum calorem quod si concedas sequitur q pars erit equalis toti quia calor qui est in vna medietate est infinitus ergo est equalis virtutis cum toto calore Item sequeretur q motus rectus posset esse infinitus quia calor potest per infinitum tempus intendi anteq̄ veniat ad gradum illum infinitum. Item tunc aliquid posset comprehendere deum quia visio que habetur de deo si sit separata est infinita ergo equatur deo.

¶ Quarto sequeretur q potentia dei posset esse exhausta quia deus non posset producere maiorem calorem q̄ calorem separatum. Item intendatur con-

tinue aliquis calor sic ꝙ in fine hore sit infinitus. Tunc sic ante finem hore semper iste calor fuit finitus ⁊ nihil acquisiuit in isto instanti terminatiuo vt suppono ergo nunc est finitus. Item totus iste calor prius fuit ⁊ prius fuit verum dicere quelibet ps istius caloris est quia quelibet eius singularis fuit vera ergo si prius fuit finitus et nunc est finitus. Item infinitum est cuius partem accipientibus semper restat aliquid accipiendum et infinitum habet rationem partis: sed ista non conueniunt calori separato.

¶ Quinto arguitur contra rationem sancti tho. quia ignis non habet determinatam quantitatem secundum philosophum secundo de anima et linea etiam girativa non est tanta quin possit dari maior ⁊ dato ꝙ naturaliter sit dabilis maxim⁹ ignis hoc tamē est falsum per respectum ad deum. Item deus potest facere substantiaʒ sine quantitate ergo non est necessario determinata ad finitam quātitatē. Forte negas antecedens quia quātitas est ꝓpria passio corporis. Contra sequeretur ꝙ deus nō posset facere quantitatem sine corpore in sacramento altaris quod est falsuʒ. Item figura non est forma essentialis ⁊ intrinseca quantitatis cū sit alterius generis ergo non omne quantū est necessario figuratum. Item arguit̄ ꝙ aliquis sit numerus qui non est de aliqua specie sed est infinitus: probat̄ de numero omniuʒ punctorū que sunt in continuo. Item de numero dieruʒ qui fuerunt ab eterno secundū aristotelē. Forte dicis ꝙ in istis sicut nec in partib⁹ cōtinui est numer⁹ ꝓprie dict⁹ de genere quantitatis. Contra sic nec in animabus separatis cui⁹ oppositū ratio sancti Thome supponit.

¶ Sexto causalitas exemplaris in deo causalitatē efficientie non excedit sed pro eodem instanti est causa exemplaris infinitorum cum sit exemplar in actu omniū que sunt ⁊ que possibilia sunt: ergo pro eodeʒ instanti poterit esse causa effectiua infinitorū. Item quicquid deus intelligit videt̄ producere posse sed constat ꝙ intelligit omnia factibilia que sunt infinita ⁊ simul ea cognoscit ergo videt̄ ꝙ simul ea producere posse non em̄ videt̄ maior repugnātia ꝙ res simul existant in reruʒ natura. ꝙ̄ ꝙ simul existant in diuina intelligentia.

¶ Septimo deus potest sub qualibet specie producere aliquod indiuiduuʒ alias ista species esset ens prohibitum ⁊ implicaret contradictionē sed species figuraꝝ sunt infinite ergo poterit de⁹ ꝓducere si l' ⁊ in actu infinita indiuidua. Itē de⁹ pōt facere q̄cq̄d est de perfectione vniuersi: sed de ꝑfectiōe vniuersi ē ꝙ oēs species sint in actu scd̄m aliquod indiuiduum ergo deus hec facere potest.

¶ Octauo si deus non posset infinitas animas simul ꝓducere aut hoc esset quia anime possibiles nō sunt infinite: aut quia non sunt possibiles esse simul. Sed manifestum est ꝙ non potest dari primum quia omnes anime possibiles sunt necessario infinite si em̄ essent in numero finito tunc vltra illas non posset fieri alia anima vnde cū cōstet si mundus in eternum duraret continuari posset generatio hoīm constat etiam ꝙ continuari posset in infinitum creatio animarum. Secundum etiam dari non potest. quia nec anime sunt ad seinuicem contrarie quin possint esse simul nec est etiam de ratione ipsarū successio sicut de ratione temporis aut alicuius alteri⁹ successiui cui repugnat ꝙ omne eius partes sunt simul nec deus cogitur ad compendium aliquam. ergo non apparet ratio quare deus non possit producere animas infinitas. Item deus potest cuilibet speciei conferre suam propriam passioneʒ in actu. vnde potest subiectum reducere ad actuʒ passioni debitū. Sed finitas ⁊ infinitas sunt ꝓprie passiones quantitatis. potest ergo deus facere quantitatē aliquā infinitaʒ in actu qui hoc est actus infiniti.

¶ Nono Auicen. dicit secundo methaphisice ꝙ si poneretur linea infinita adhuc esset in specie linee et in genere quantitatis ⁊ per consequens non repugnat rationi linee ꝙ sit infinita sed deus potest facere quicquid nature non repugnat ergo potest facere lineā infinitam aut magnitudinem aliquā. Item phūs dicit in. 3. phi. ꝙ si posset procedi in infinitum in magnitudine scd̄m appositioneʒ tunc esset possibilis magnitudo aliqua infinita ī actu: vnde dicit Cōmen. C. 61 ꝙ si magnitudo habet potentiaʒ vel naturam crescendi in infinitū tūc em̄ est possibile vt in actu inueniat̄ infinita mensura vel magnitudo: sed manifestū est ꝙ in ordine ad diuinam potentiam magnitudo habet naturā crescendi in infinitum posset enim deus addere aque maris tantūdē ⁊ amplius et iterū amplius semper in infinitū cū aqua sit quoddā homogeneū. nec sibi determinet aliquā certaʒ quantitatem ergo poterit deus facere magnitudinem infinitam in actu.

¶ Decimo arguitur quia cum deus immediate se solo quālibet entitatem posset conseruare se solo sine quacūq; que non est de eius essentia poterit alicuius proportionis quālibet partem in continuo existentē a qualibet alia diuidere actualiter eiusdem proportionis que non est pars eius ⁊ quālibet taliuʒ conseruare in esse quo facto erit actualiter multitudo infinita distinctorum non facientium de per se vnuʒ: nā tales ꝓportionabiles partes sunt infinite: verbi gratia. prima medietas totius ⁊ prima medietas secunde medietatis ⁊ etiam prima medietas medietatis alterius ⁊ sic consequenter quarum nulla est pars alterius. Item posset in instanti initiante cuiuslibʒ partis proportionabilis temporis vnius hore producere vnum angelum ⁊ sic consequenter et productum conseruare ergo deus pōt facere infinitā actū multitudinem angelorum. Antecedens patet: quia nihil impossibile nec aliqua incompossibilia includit. Consequentia probatur: nam dato casu in fine seu in instanti terminante totam horaʒ essent simul actu infiniti angeli sicut in ipsa hora sunt infinite partes proportionabiles.

¶ Undecimo ex eo ꝙ ponit̄ aliquod corpus infinitum nulla contradictio implicat̄ cum infinitas non tollat rationem magnitudinis vel eam aliquid necessario consequens nec econuerso magnitudo rationem infinitatis. Unde hec nullam incompossibilitatem includunt. Item arguit̄ ꝙ posset deus facere aliquod corpus infinitum secundum longitudinē ⁊ summo vnum corpus longum palmis decem ⁊ latum vbiq; palmo vno constat ꝙ in isto sunt partes proportionabiles infinite quarum quelibet secundū dimensionem latitudinis illius totius est vnius palmi ⁊ per consequens quelibet equalis cuilibet ꝗuis secundum aliam dimensioneʒ nulla alteri sit equalis Tunc sic possibile est deum omnes huius continui partes diuidere ⁊ secundum illam dimensioneʒ qua

sunt equales coniungere ⁊ vnire ita vt constituant vnam magnitudinē sicut nunc cōstituunt. ergo deus potest facere vnum corpus longitudinis infinite in vnam partem antecedens non videtur esse dubium apud aliquem catholicum consequentia tamen patz quia tunc tale corpus haberet in longitudine sua infinitas partes eiusdem quantitatis scz palmalis.

¶ Duodecimo nam data aliqua magnitudine cuba pōt deus in cuiuslibet partis proportionabilis vni⁹ hore instanti initiante cuilibet lateri illius magnitudinis addere equalē illi magnitudini cubā que vnaz per se magnitudinem constituant simul ergo potest facere deus magnitudinem vndiqꝫ infinitam consequentia patet quia in instanti terminante horaz erit vndiqꝫ magnitudo infinita. Et antecedēs patet vñ Fonciuas dicit quosdam thomistas dixisse deū posse facere infinitū forte quia Sanctus Thomas dicit quo.12 articu.2 ꝙ infinitum in actu non repugnat potentie dei absolute vide distinctionem. Itē sup pono ꝙ in infinitum deus potest augere magnitudinem: quia magnitudo ⁊ quantitas est ex se in terminata tunc pono ꝙ sint alique magnitudines a.b. constituentes angulum cuius basis sit c. magnitudo ⁊ ꝙ quiescentibus.b.⁊.c. magnitudo a tātum eleuet ex parte que constituit angulū cū.b. vt sit eque distās ipsi b. cum hoc etiā pono ꝙ continue dum eleuat magnitudo a. deus augeat eam tantum ⁊ similiter b. in directū ꝙ cōcurrant actualiter toto tēpore precedē te instans quo primo erunt eque distantes tunc in fine ille due linee erūt infinite ergo deus potest facere infinitū. Añs patet qr aliās sequit ꝙ non semꝑ prius concurrebant.

¶ Tertiodecimo quecunqꝫ deus potest producere successiue illa simul potest producere actu sed ponendo mundi eternitatem deus produxit equos infinitos successiue Item frustra est potentia que non reducitur ad actum: sed deus habet potentiam infinitam ergo potest producere infinitum. Item plus potest deus ꝙ̄ creatura: sed scd̄m aristo. sol successiue producit infinitos dies ergo deus potest simul talia producere. Item tota diuisio continui est euacuata: ꝙ̄ de⁹ potest facere quodcūqꝫ continuū esse diuisum in infinitas partes quia diuina potentia equatur sue cognitioni. Añs patet quia si restat aliqua pars diuidenda per respectum ad cognitionē ergo diuina cognitio non fert super illaz partem. Si eñ in suo conspectu relinquit vlterior diuisio tunc esset in potentia suus intellectus ad intelligendū illā ptē diuisibilem.

¶ Quartodecimo omnia futura scd̄z Sctm̄ Tho. sunt deo presentia: sed talia sunt infinita: ergo infinita actu existunt per respectū ad diuinam scientiam. Item capio totā magnitudinē quā deus cognoscit illa est infinita quia cognitio dei non terminat precise ad aliquod finitū. Itē grauiori pctō debet aliqua pena que non debet minori: sed quelibet pena finita debet minimo peccato: qd̄ probat: qr minimum malū culpe est grauius quodlibet malo pene etiam malum venialiter. S Tho.in.4. ergo maiori pctō debet aliqua pena infinita ergo dabilis est pena infinita. Item si deus ageret necessitate nature tunc produceret infinitū quia infinitus est ergo ⁊ modo tenet ꝯña quia non est minoris virtutis nūc ꝙ̄ tunc Item partes proportionabiles cōtinui pares distinguntur ab imparibus ergo deus posset corrumpere omnes partes relictis imparibus in suis locis ⁊ tunc esset infinita multitudo rerum separatarū ⁊ voco partem proportionabilem imparē tertiā.5.7.9. vndecimam.

¶ Ad primū dicitur ꝙ infinitum proprie quantitati conuenit ⁊ consequenter materie forma autem nō est diuisibilis nisi per materiam: sed notandum ꝙ s. tho. hic ponit duplicem diuisionē: quedaz est formalis ⁊ sic due intelligentie distinguūt per diuersas differentias alia est materialis ⁊ hec facit numerū de predicamento q̄titatis vnde Albertus dicit c.12. tra.2.3.phi. ꝙ numerus scd̄m latinam linguā dicitur nutus numeris: est autez numerus diuisio Sed queritur an tempus ⁊ motus celi habent infinitatē a materia. Dicendum ꝙ tempus habet infinitas partes scd̄m prius ⁊ posterius ⁊ non precise ratione materie. Sed queritur de toto tempore cathegorematice An ipsum sit infinitum dicendum ꝙ sic in potentia Sed contra scd̄m phm̄ infinitū habet rationem partis sed totum tempus non habet rationem partis forte dicis ꝙ tempus infinitum non debet dici totum quia totum ⁊ perfectum idez sunt tempus autē est infinitum ⁊ similiter motus celi vel forte dicis ꝙ motus celi non est infinitus scd̄m Aristo nisi in potentia Contra. San. Tho dicit.1.p q.10.ar 4 ꝙ si motus celi semꝑ duraret tēpus non mensuraret ipm secundum suam totam durationem cum infinitum non sit mensurabile hoc autem non est verum nisi de infinito in actu. forte dicis ꝙ si aliquod esset infinitū ipsum non esset pars quia capto aliquo absolute infinito tunc nihil est quin sit pars eius ergo ipsum nō est pars alicuius alterius ergo est totum dicendū ꝙ infinitas in potentia orit a materia ⁊ illa habet rationem partis.

¶ Et per hec patet ad alia.

¶ Ad tertium dicit Capre. ꝙ forma separata non ageret neqꝫ transmutaret materiam propter duas rationes. Prima quia agere cōuenit singularibus forma autez separata non est singularis: sed est velut idea platonica Sanc. Tho. quo.7.ar.10. Item nichil fit nisi a sibi simili nihil autem fit nisi compositū ergo forma separata non ageret ⁊ hoc confirmat ex Sancto Tho.iij parte.q.76.ar.7. vbi dicit ꝙ accidentia corporis xp̄i non possunt immutare medium quia non habent habitudinem ad locum. Unde nec eius calor calefacit digitum sacerdotis nec eius albedo videt idem pz ex prima parte q.10.arti.2.⁊ ꝑ pter hoc dicit ꝙ angelus nullam formam absolutam potest imprimere: sed contra hoc arguit ex S.T. 1.par q.56 ar 1. nichil differt ad hoc ꝙ forma sit principium actionis ꝙ sit inherens vel ꝙ sit per se subsistens ⁊ exemplificat de calore dicit etiam auicēna ꝙ si calor esset a materia expoliatus per seipsum ageret absqꝫ materia vt dicit Sanctus Tho de potentia.q.3.ar.1.ar n.5 Forte dicis ꝙ miraculose posset agere Contra tunc non probaret intentum prima parte. quia per hoc vult probare ꝙ angelus intelligit se per seipsum naturaliter ideo dicit ꝙ actio forme separate non est infinita vt patet de intellectione angeli. Gregorius ad hec argumenta aureoli dicit in primo aliquid posse moueri in instanti. Sed contra motus est actus entis in potentia ergo repugnat totum motum esse simul. Item non ponit idem esse in eodem instanti esse in termino a quo ⁊ in termino ad

quem: sed hoc ipse negat. Cōtra tunc motus nō esset ens successiuum. Dico ergo ꝙ subiectum non est capax infinite qualitatis ꝛ qualitas habet determinatum gradum intensionis ideo calor infinitus non ꝓduceret calorem infinitū in subiecto. Sed dices quare tu concedis infinitum intensiue ꝛ non extensiue ꝛ ꝙ calor separatus non habet determinatum gradū sicut alie res naturales certam quantitatem. De cōprehensione dicitur non sequitur hoc cognoscit infinita ergo comprehendit deum vt dicit. S. T. de veri. q. 20. ar 4. ad primum quia anima xpi habet cognitionem quodāmodo infinitaꝫ vnde cognoscit infinitos gemitꝰ futuros vel infinitos homines futuros si generatio hominum in futuro in infinitum durarent ꝙ deus facere posset secundum San. Tho. nunꝗ tamen essent infinite anime in actu: licet ergo aliquis cognoscat infinita tamen nō sequitur ꝙ cognoscat oīa factibilia a deo: ꝛ per consequens non comprehendit ipsum.

¶ Ad secundum dicitur ꝙ quantitas est finita secundum intensionem quia recepta fuit subiecto. Ad aliud negatur sequela quia albedo separata haberet esse receptum ꝛ finitum ꝛ determinatum ad certam speciem licet esset infinita quantum ad separationē albedinis San. Tho 1. p q. 5. ar. 2. ad. 4. ꝛ in. 3. di. 13. q. 1. ar. 2. q. 7. dicit ꝙ nulla albedo posset esse intēsior ꝗ albedo separata. Notanduꝫ preterea ꝙ. S. T. dicit vnum infinituꝫ posse esse maius alio ꝛ ideo virtus infinita non equaretur ipsi deo de veri. q. 2. ar 9. dicit ꝙ nihil prohibet infinituꝫ vnomodo esse finituꝫ: aliomodo vt si esset corpus infinite longum ꝛ finite latum eius albedo est infinita secundum extensionem ꝛ finita secundū intensioneꝫ ꝛ posset illd corpus pertransiri secunduꝫ vnā dimensioneꝫ. s. latitudinem. Item sanctus tho. quod. 9. ar 1 ꝙ predictū corpus posset esse minus alio corpore quod eēt infinite longum ꝛ latū sic etiaꝫ calor separatus dato ꝙ esset infinite virtutis tamē adhuc excederetur a deo ideꝫ habetur. 3. par q. 10. ar. 3. ꝫ vbi dicit ꝙ nihil prohibet esse plura infinita secundum vnam dimensionem ꝛ ꝙ in duabus lineis infinitis sunt plures partes ꝗ in vna vnde numeri pares ꝛ impares sunt plures ꝗ pares.

¶ Ad quartum dicitur ꝙ deus infinita alia genera ꝛ infinitas species ꝓducere posset de po. q. 1. ar. 1. ad donū ꝛ ideo nunꝗ est exhausta. Alia non sunt contra nos qꝛ non ponimus calorem in subiecto esse infinituꝫ nec aliud accidens. Contra tarditas alicuius motus est infinita ponendo ꝙ resistentia continue augeatur sic ꝙ sit maior ꝗ grauitas descendentis tunc illud graue semper tardius descendet dicendū ꝙ in nullo instanti erit infinita in actu.

¶ Ad quintum dicetur 2. de anima. Videtur ꝙ illa ratio solum probat ꝙ naturaliter non est dabile infinitum alie autem rationes ꝙ nullomodo de numero omnium punctorum dicitur ꝙ non est actualis sed potentialis vt supra dictum est. Secus autem est de animabus actu separatis.

¶ Ad sextum dicit San Tho de ve. q. 2. ar. 10. ad 1. ꝙ rationes que sunt in mente diuina sunt productiue creaturarum sm moduꝫ quem patitur ratio creature hoc est successiue vnde licet rationes ille in mente diuina sint in materiales tamen producūt res materiales Si queratur an deus cognoscat infinita actu dicit ꝙ sic ar. 9. sed contra quo. 9. ar. primo ad scdꝫ dicit ꝙ esse infinitum repugnat ei quod est esse actu Et ideo in intellectu non habet verbū phi autem qui posuerunt infinitum esse in actu propriaꝫ vocē ignorauerunt ex quo patet ꝙ infinitum in actu non est intelligibile: alias esset producibile quia non erit impossibile apud deum omne verbum: ergo deus non intelligit infinita actu Quod si concedas Contra quicunꝗ intelligit aliquam propositionem perfecte ille perfecte intelligit subiectum: sed deus perfecte intelligit hanc propositionem nullum est infinitum in actu ergo perfecte intelligit predicatum dicendū ꝙ deus non intelligit componendo ꝛ diuidendo. 2. dico ꝙ deus actu cognoscit ea que erunt infinita secundū successionem temporis. Quidem dicit ꝙ deꝰ non est exemplar infiniti sed finitorum in infinitum. Ad aliud a ꝗbusdā negatur maior: quia intelligit malum ꝛ tamen non producit malum Contra phūs. 2. tho. arguit ꝙ scire ꝛ intelligere non sunt idem: quia contingit plura scire ꝛ vnum solum intelligere ergo si deus plura intelligat ꝗ possit producere sequitur ꝙ suum intelligere non sit idem cum sua potētia ꝛ ꝙ sua potentia ab aliquo excedetur. Alij dicunt sicut ad precedēs ꝙ ea potest se producere successiue vel ꝙ infinita pōt ꝓducere sincathegorematice ꝛ i sensu diuiso hoc est non tot quin plura.

¶ Ad septimum quidā dicunt ꝙ species non sunt infinite sed in infinitum sunt dabiles species. Sed dicatur sicut ad precedens.

¶ Ad octauum patet repugnantia ex supradictis San. Tho. j. p. q. 7. ar. 3. ad primuꝫ dicit geometer non indiget linea infinita actu: sed finita a qua pōt subtrahere quantuꝫ sibi placet: quia ita bene fiunt demonstrationes de paruo triangulo et magno: sed dices omnes triāguli sunt equales absolute: qꝛ equātur duobus rectis: recti autem sunt equales ex principio geometrie. Preterea San. Tho. ibidem ar. 3. dicit ꝙ licet infinitum non sit contra rationē magnitudinis in communi tamen est contra rationem cuiuslibet speciei eius. Ad aliud dicitur ꝙ passio infiniti reducitur ad actum incompletum per vnam diuisionē Si dicatur homo est actu risibilis: quia risibile est passio eius: sed infinitum priuatiue est passio quantitatis ergo hoc modo quantitas est actu infinita. Dicēdum negando consequentiaꝫ si actus determinet infinitum.

¶ Ad nonum dicitur ꝙ conditionalis nihil ponit ꝛ aliud patet ex dictis.

¶ Ad decimum dicitur ꝙ multa sunt distincta que tamen deus non posset separare. Secundo dicitur ꝙ aliqua copulatiua est impossibilis cuius quelibet pars est possibilis ꝛ cuilibet alteri compossibilis in particulari vt patet de hac quilibet homo currit ꝛ sor. est ꝛ sor. non currit vltima enim pars potest stare cum sola prima post mortem sortis.

¶ Ad vndecimum pꝫ ex dictis nec admittitur casus: nec in sensu composito conceditur esse possibile deum quālibet partem continuare cum alia scdm longitudinem in sensu tamen diuiso quelibet pars posset cū alia pte ꝯtinuari Et ita dicatur ad duodecimū. Si dicatur nō minoris potētie ē deꝰ ꝗ infiniti āgeli si essent sꝫ infiniti āgeli si essent ꝓducerēt simul oēs infinitas cogitationes ꝛ ignis inferni cruciaret infinitos dāpnatos si essent: ergo deus hoc potest se solo. Negatur consequentia si enim esset alius deus ille posset producere alium spiritum sanctum et tamen deus

pater hoc non potest.
¶ Ad.13.⁊.14. patet ex supradictis.

¶ Quartus phisicorum.

¶ Circa quartum librum phisicorum queruntur quin q̄. Primo an idem sit in seipso. Secundo an locus est immobilis ⁊ equalis locato. Tertio an idem est in pluribus locis. Quarto an sit dabile vacuum. Quinto an in vacuo fiat motus in instanti.

AD primum sic proceditur videtur ꝙ idem sit in seipso quia animal est in homine ⁊ tamen animal ⁊ homo idem sunt ergo ⁊c. Sed contra est philosophus. ¶ Notandum ꝙ ad philosophum ptinet determinare de loco sicut de infinito. Probatur tribus rationibus phi. Primo quia omne quod est cōmune omnibus naturalibus est de phi consideratione locus autem est huiusmodi igitur ⁊c. Minor probatur ratione antiquorum: quia quod nō est nusq̄ est vt nusq̄ est chimera ergo omne quod est alicubi est ⁊ per consequens locus est cōmunis omnibus entibus ⁊ licet hoc argumentum sit sophistice factum valet tamen gratia materie scd̄m opinionem antiquorum qui credebant nulla esse entia nisi corporalia ⁊ sensibilia quia nichil aliud cognouerunt ⁊ nō posuerunt methaphisicam esse distinctam a phisica. Scd̄a phisicus habet principaliter considerare de motu locali qui est maxime communis quia cōuenit celo: cui non conueniunt alij: motus est etiam magis proprius alijs: quia est perfectus ⁊ cōmunius sed ad cognoscendum motum localem oportet cognoscere locum igitur. Tertia de illo est a sapientibus determinandum de quo sunt magne dubitationes in suis scientiis sed sic est de loco in phisica vt postea patebit.

¶ Notandum preterea ꝙ phūs quadrupliciter probat locum esse aliquid primo quia illud est aliquid in quo corpora successiue recipiuntur: sed sic est de loco quia vbi nunc est aer ibi postea recipitur aqua recedente aere vnde sicut est materia receptiua diuersarum formarum per quas cognoscitur ita locus est receptiuus diuersorum locatorum. Secundo illud est aliquid ad quod corpora naturaliter mouentur sed entia naturalia naturaliter mouentur ad sua loca. Sed contra terra naturaliter mouetur ad centrum mundi ⁊ tamen illud non est suus locus. Tum quia.3.phi dicitur ꝙ omnis locus est finitus. tum quia omnis locus est superficies. Item tertio phi T. C. 49. dicitur ꝙ licet ignis ⁊ terra habent loca determinata non tamen aqua ⁊ aer. Dicendum ꝙ duplex est locus vt dicit gilbertus porretanus scz simplex ⁊ compositus. Centrum autem est locus simplex terre. Secundo dicitur ꝙ aer dicitur habere locū indeterminatum quia locus aeris non est absolute sursum ⁊ deorsum sed respectu terre est sursū ⁊ respectu ignis est deorsum. Item arguitur ꝙ non est successiue idem locus aque ⁊ aeris quia locus aque aliquādo est aer ⁊ tamen locus aeris non est aer quia quando aer venit ad locū vbi erat aqua tunc ille aer continuatur alteri aeri ⁊ sic precedens superficies corrumpitur. Dicendum ꝙ non oportet vniuersaliter ꝙ sit idē locus aque ⁊ aeris. Si queratur de loco ipsius ignis dicendum ꝙ est esse sursum simpliciter sed cōtra alia que sunt supra sperā ignis dicendum ꝙ licet planete sint supra ignem nullum tamen elementum est supra ipsum. Tertio arguitur per dicta antiquorum ponentium vacuū esse: sed vacuum est locus: ergo locus est. Quarto hesiodus poeta dicit ꝙ ante elementa ⁊ corporum productionē erat vacuum scz chaos locus ⁊ receptaculū omniū corporū ex quo postea facta est terra. Et licet hec non sint vera tamen iuuant ad ꝓbandam conclusionē intentā vnde narū est ꝙ gregorius in prologo primi q̄.2.ar.2. non meminit se legisse post demonstrationes argumenta non demonstratiua. Si autem queratur an argumenta topica post demonstrationem aliquid producant vel nihil dictū est in logica.

¶ Notandum preterea ꝙ locus non est nec materia nec forma vel spacium existens inter latera continētis habens tres dimensiones vt antiqui ymaginabātur probatur quinq̄ rationibus philosophi. Primo quia materia ⁊ forma non separantur a re cuius sunt sed locus separatur a locato ergo vt vas a vino differt tamen locus a vase quia locus est immobilis. Secunda ratio quia locus est extra locatum materia autem ⁊ forma non sunt extra compositum. Tertia ratio contra platonem ydee ⁊ numeri secundū ipsum participabantur a materia: ergo si locus esset materia sequeretur ꝙ ydee essent in loco quod est cōtra ipsum dicentē ꝙ nusq̄ sunt. Quarto materia ⁊ forma sunt in loco non omnis locus est in loco alias procederetur in infinitū. Quinto corrupta re corrumpitur forma non autem locus: ergo locus non est forma: scilicet substantialis licet sit superficies que est forma accidentalis corporis continentis vnde in dolio continēte vinum duplex est superficies: scz conuexa ⁊ est superficies exterior alia est concaua ⁊ est interior ⁊ ita dicatur in alijs corporibus habētibus duas superficies terra enim non habet nisi superficiē conuexam.

¶ Notandum preterea ꝙ pithagoras posuit infinitum quiescere quia est in seipso ideo oportuit scire ꝙ octo modis aliquid est in alio vt patuit in antepredicamentis. Item ꝙ aliquid sit in seipso potest dupliciter intelligi. Primo secundū alterum.i. secundū partem quia videlicet vna pars continet aliam partem ⁊ sic totum gratia vnius partis dicitur ꝯtinēs ⁊ secundum aliam contentum sicut homo dicitur albus secundum partem vel quia habet corpus album. Secundo idem est in seipso primo ⁊ hoc dupliciter: vnomodo primo ⁊ per se ita ꝙ immediate contineat seipsum ⁊ secundum totum contineatur. Aliomodo ꝙ idem sit in seipso primo ⁊ per accidens vt si vnum corpus sit in alio ⁊ illud aliud iterum sit in primo tūc primum diceretur esse in seipso primo ⁊ per accidēs primo quidem.i. secundum se totum.

¶ Conclusio licet idem possit esse in seipso secundum alterum non tamen alijs modis prima pars patet quia alicuius totius vna pars continet aliam totum etiam est in partibus ⁊ econuerso ergo idem cōtinetur in seipso quia quicquid continet continēs cōtinet ⁊ cōtentum: scd̄a pars pz inductiue per modos essendi in. Item impossibile est ꝙ idem secundū idē sit continens ⁊ contentum. Item impossibile est ꝙ totum sit in aliquo extrinseco secundum se totum ⁊ quod illud extrinsecum secundum se totum sit in primo toto alias duo corpora essent simul vt si homo sit in naui ⁊ nauis in homine.

¶ Contra hec arguitur primo probando quod loc⁹
non sit rationibus antiquoꝝ obijcit enim zeno vl'lo
cus est substantia vel accñs. Si primum aut est sub
stātia corporalis aut spiritualis. Non secūdū qꝛ nul
lū corpus mouet ad spirituale. Itē substātia spiritu
alis nō hꝫ differentias loci q̄ sunt sursū ⁊ deorsū nec
locus est corpus quia locus ⁊ locatū sunt simul duo
autem corpora non sunt simul nec est accidens locā
tis quia proprietas loci non refertur ad locans sed
ad locatum nec est accidens locati quia alias locus
esset in locato qḋ est absurdum quia locatum est in
loco ⁊ propter hoc argumentum phūs tractat de
modis essendi in. Item arguitur quod corpus sit lo
cus si aliquid sit quia habet tres dimensiones scꝫ lō
gitudinem latitudinem ⁊ profunditatem.

¶ Secundo si corporis sit aliquod receptaculum
quod sit locus eadem ratione erit aliquis locus sup
ficiei ⁊ puncti quia sicut in loco aque recipitur aer
ita vbi erat superficies aque recipitur superficies ae
ris sed punctum non est in alio puncto quia duo indi
uisibilia quantitatis coniuncta non sunt nisi vnum
quia sunt in eodem situ ꝗ punctuꝫ nō est ī loco. Itē
locus nec est elementum nec ex elementis ergo ni
chil est antecedens patet qꝛ non est corpus.

¶ Tertio omne q̄d est in naturalibus est causa ali
cuius sed non sic est de loco quia nec est materia nec
forma nec finis quia locus est propter locata ⁊ non
econuerso. Item quicquid est/est in loco sed locus
non est in loco igitur. Forte dicis quod aliquis loc⁹
est in loco per accidens scꝫ ratione sui subiecti. Cō
tra ideo locus non est forma nec materia quia ista
sunt in loco ꝙ tm̄ nō ē verū p se qꝛ ps non est per se
in loco sed totum compositum.

¶ Quarto arguitur quod loc⁹ sit forma rationib⁹
eorum qui dixerunt ꝙ sicut entiū aliud per se aliud
est per accidens ita locorum quidā ē cōis qui est sim
aliud. Alius est proprius in quo scꝫ res proxīe con=
tinetur. Unde sortes est in celo tanꝙ in loco cōi et
est in aere proximo tanꝙ in loco proprio vnde locus
proprius est qui immediate terminat locatuꝫ sed ter
minare pertinet ad formam per quaꝫ vnaqueqꝫ res
est in determinata specie ⁊ finita ergo locus est for
ma. ¶ Item res naturaliter mouetur ad formam
naturaliter autem mouetur ad locū vnde multa cūꝫ
separant̄ suis locis corrūpunt̄ ergo locus ē forma.

¶ Quinto arguitur ꝙ locus sit materia quia locus
est receptaculum rerum sed omnis forma recipitur
in materia ergo materia est locus. s. formarum. Iı ē
locus est superficies/superficies autē est materia qꝛ
est subiectum accidentium albedo enim est in super
ficie corporis.

¶ Sexto arguitur ꝙ idem sit in seipso quia oē cor
pus est in loco ⁊ non est procedere in infinitum er=
go est deuenire ad aliquod corpus quod est in seipso
Forte dicis ꝙ aliquid est in seipso per accidens tūc
quero scḋm quem modum essendi ⁊ nullus potest as
signari nec sufficit ad hoc quod aliqḋ sit in seipso ꝙ
pars eius sit in eo quia ad hoc ꝙ ethiops dicatur al
bus non sufficit ꝙ pars sit alba.

¶ Ad primum dicitur ꝙ locus est accidens ⁊ licet
habeat tres dimensiones ꝗtum ad continentiā qꝛ
continet locatum habens longitudinem latitudineꝫ
⁊ profunditatem essentialiter tamen est superficies
Ad secundum dicitur ꝙ non est simile de puncto ⁊

alijs. quia punctum non est proprie in loco.

¶ Secundo dicit quod locus bene est in aliquo tan
quam accidens in subiecto sed non sicut locatum.

¶ Ad tertium dicitur quod locus aliquomodo est
cā finalis quia entia naturalia mouēt̄ur ad sua loca.

¶ Ad quartum dicitur quod terminare aliter con=
uenit loco ⁊ aliter cōuenit forme quia forma est ter
minus intrinsecus ⁊ essentialis rei non autem locus
Ad aliud negatur consequentia per idem.

¶ Ad quintum dicitur quod materia recipit formā
intrinsece locus autem non recipit locatum intrin=
sece. Ad aliud dicitur quod non omne subiectum ac
cidentis est vera materia. Quidam dicunt quod al
bedo non est in superficie quia alias corrumperetur
quando duo corpora alba continuantur quia tunc
due superficies desinut esse ⁊ generatur vna noua
sed hoc videtur contra phī. T. c. 25. vbi dicit quod
albedo non est primo in corpore sed superficie.

¶ Ad sextum dicitur. S. T. le. 4. aliquando ali=
quid dicitur esse in seipso non secundum intellectuꝫ
affirmatiuum sed negatiuum. Et est notandum se=
cundum. S. T. 1. parte. q 42. ar 5. ad. 1. Et in p͛io
senten. di. 19. q. 3. ar. 2. ad. 3. ꝙ ari. non expresse
posuit oēs modos essendi in ⁊ ideo esse in tempore
reducitur ad illum modum quo aliquid dicitur esse
in loco secundum etiam theologos pater est in filio
⁊ econuerso sed an est in seipso dicit sanct⁹. tho. con
tra gent. li. 4. c 9 quod non.

¶ Ad argumentum capitule dicitur ꝙ homo ⁊ ani
mal ratione differunt licet sunt idem re. An ergo se
cius intellectu animal est in homine.

AD secunduꝫ sic proceditur videtur ꝙ
locus non sit immobilis ⁊ equalis lo
cato quia si locus est equalis locato
augmentato locato augmentatur lo
cus ⁊ sic erit mobilis. Itē. 3. phi. T.
c. 45 dicitur ꝙ est idē locus totius ⁊
partis sed pars ⁊ totum non equātur inter se ꝗ loc⁹
non est: est equalis locato. Sed contra est phūs.

¶ Respondeo dicendum ꝙ cōsequenter phūs inq̄t
quid sit locus ⁊ ponit quattuor ꝓprietates quia ac
cidētia magnā partē cōferunt ad cognoscendum ꝙ
qḋ est vt habetur primo de aīa. Prima quod locus
continet locatum non est tamen aliquid eius ⁊ per
hoc excluditur forma. Scḋa quod loc⁹ propri⁹ nō
est neqꝫ maior neque minor locato sed est sibi equa=
lis. Tertia omne locatum habet locū licet nō semꝑ
eundem. Quarta ꝙ in loco inueniuntur differentie
positionum ex natura rei distincte vnde qḋ aliquid
sit sursum non est solum per respectum ad nos sꝫ qꝛ
illic feruntur leuia ⁊ aliquid dicitur deorsum quo scꝫ
feruntur grauia. Unde semper feruntur ad eundeꝫ
locum ⁊ sunt sex diīe de numero sex distantiarum. s.
ante ⁊ retro dextrorsum ⁊ sinistrorsum sursum ⁊ de=
orsum ⁊ sunt partes ⁊ species loci secundum San.
Tho. le. 5. vbi etiam dicit ꝙ locus habet quandā po
tentiam ⁊ virtutem conseruandi locata ⁊ propter
hoc locatum tendit in suum locum desiderio sue cō=
seruationis non tamē si ꝙ locus habeat virtutem at
tractiuam nisi sicut finis dicitur. attrahere. Notā
dū preterea ꝙ quattuor hic ponūtur ꝯditiōes diffi=
nitiōis pulcherrime. Prīa qḋ bona diffinitio osten

dst qd sit res. Scda q p talem diffinitionē soluant obiectiones que fiunt circa diffinitum. Tertia q p eā manifestentur proprietates diffiniti quia diffinitio est medium ad ostendendū passiones de diffinito Quarta qd per talē diffinitionem possint cōcordari discordie que possunt accidere circa diffinitum Ex diuersitate opinionum.

¶ Notandum preterea quattuor esse suppōnes siue perambula ad inuestigandum diffinitionem loci Prima est q non quereretur locus nisi esset motus localis ad augmentationem tū ex consequenti reqrit locus quia quod augetur maiorē locū occupat. Secunda eorum que mouentur localiter quedā mouentur per se vt compositum per se subsistens. Alia per accidens ꝛ hoc dupliciter. primo quia sunt partes totius. secundo quia sunt accidentia eius. Tertia quod nichil est in loco cōi nisi quia est ī loco proprio Quarta locus est diuisus a locato quia alias semper moueretur ad motum locati quod est falsum quia hō pt moueri in naui dato q quiescat nauis

¶ Notandum preterea quod tripliciter itelligitur locum esse equalem locato. Primo q̄tum ad continentiam quia scz continet locatum ꝛ nichil amplius Secundo quātum ad dimensiones quia scilicet diametri siue linee procedentes a centro locati ad superficiem continentis sunt equales cum lineis protensis a centro locati ad eius superficiem conuexam. Tertio q̄tum ad mensuram superficierum sic qd superficies cōuexa locati ꝛ concaua locantis que dicitur locus sint equales hoc est qd sibiinuicem suppositae non excedant seinuicem.

Conclusio predictis tribus modis locus proprius est equalis locato ptz scdm aliquos quia locus proprius est qui continet corpus locatum ꝛ nichil amplius ergo non est maior vel minor locato alias esset locus vacuus vel corpus sine loco.

¶ Notandum preterea ad inuestigandum diffinitionem loci q locus non est forma vt supradictum est nec spacium probatur sic quia si esset tale spacium distinctum a locato sequeretur quod simul essēt infinita loca quia secundum illam positionem dū aliqd corpus est totum in loco ibi sunt alie dimensiones spacij separate a dimensionibus ipsius corporis ꝛ in locato sunt infinite partes si quecunque pars diuidatur a toto ipa erit per se in loco ꝛ per hoc q diuiditur nullus fit locus de nouo ergo ibi prius erāt infinita loca simul scz oīm partium nec valet dicere q per diuisionem causetur nouus locus quia dimensiones locati distinguntur a dimensionibus loci ergo ad dimensiones vnius non sequitur diuisio alterius Secundo sequeretur q loci esset locus. quia qñ continens transmutatur localiter ad alium locum tunc hmōi spacium transmutatur in continente ergo simul erit cum alio spacio dicendū ergo quod locus ē terminis siue superficies corporis cōtinentis

¶ Conclusio secunda locus est immobilis patz q scdm phm locus ꝛ vas differunt per hoc q vas est mobile non autez locus Et ideo dicit phūs q magis fluuius totus dicitur locus nauis q̄ hec aqua: quia totus fluuius est magis immobilis. Et sciendum q in loco duo sunt. s. materiale ꝛ hoc est superficies cōcaua continentis que mobilis est per accidens Aliud est formale qd est ordo vel situs respectu alicuius immobilis ꝛ sic locus est penitus immobilis.

¶ Contra hec arguitur vltima sphera est in loco ꝛ tamen ille locus non est equalis locato quia vltima me- sphera non habet aliquid sibi equale. Forte dicis q vltima sphera est in loco per accñs. s. scdm suas partes. Cōtra per S T in. 4. dis. 10 ar. 3. q 4. quod p se mouetur localiter est per se in loco ergo celum nō est per accidens in loco. Item partes celi non sunt diuise nec sunt in loco nisi per accidens ꝛ omne per accidens debet reduci ad per se ergo vltia sphera nō est in loco per suas partes sed per se primo. Item partes celi non sunt actu in loco vltima autem sphera est actu in loco. Forte dicis cum S. T. opus 52. c. 2. sicut auerrois q vltimum celum est in suo loco per suum centrum quod est immobile ꝛ circa quod mouetur contra scdm philosophum celum est in loco per accidens sed solum dupliciter aliquid est in loco per accidens scz vel sicut pars i toto vel sicut accidens in subiecto cum ergo centrum vltime sphere seu centrum mundi sit omnino extrinsecum celo sequitur quod per suum centrum non debet dici in loco per accidens.

¶ Secundo locus est superficies locatum autem ē corpus sed sicut linea in infinitum excedit punctum Ita corpus in infinitum excedit superficiem per suam latitudinem Forte dicis quod licet excedat secūdum essentiam nec vt sit est ibi equalitas quia equalitas est rerum differentium eadem quantitas tamē est equalitas secundum continentiam. Contra omne continens est maius contento sed locus continet locatum igitur.

¶ Tertio impossibile est scdm euclidem circa idem centrum describere plures circulos equales quorū vnus continet alterum: sed locus continet superficiē conuexam locati ergo non est equalis sibi. Item secundum geometriam si ex vna linea fiat triangulus ꝛ ex alia linea equali fiat quadratum tunc spacium contentum a quadrato est maius q̄ spacium contentum a triangulo ꝛ tamen linee circundantes eos sunt equales vnde tunc vocantur figure ysope. imetre qr habent circunferentes equales. Exemplum in solidis tetracedron exacedron ꝛ sphera aliquando habent superficies equales ꝛ tamen sphera est capacissima quia intra equalem superficiem habet ꝛ maiorem corpulentiam aliis.

¶ Quarto celum saturni continet celum iouis ꝛ locat ipsum ꝛ tamen est maius eo ꝛ totus fluuius locat nauim ꝛ tamen est maior eo. Similiter Angelus est in loco tamen nichil est sibi equale cum non sit quantus antecedens patet quia angeli sunt in celo.

¶ Quinto arguitur quod non est inconueniens esse infinita loca per S. T I par. q. 53. ar 2. mobile enim est continue in alio ꝛ in alio loco ergo in quolibet instanti habet nouum locum. Item arguitur quod locus non sit superficies quia locus est conseruatiuus locati non autem superficies. Item nullum accidēs absolutum potest esse in tribus subiectis sed tamen sic est de loco baculi si sit in terra aqua ꝛ aere.

¶ Sexto arguitur ad idem annichilato locato remanet superficies ꝛ non locus g locus non est superficies. Item locus specie distinguitur a superficie vt patet in predicamento q̄titatis ergo distinguitur ab ea essentialiter ꝛ realiter. Item superficies est species specialissima non autē locus quia sub se habet sursum ꝛ deorsum. Item locari ꝛ locari non sunt

de genere quantitatis ergo nec locus. Item nulla superficies est immobilis sed loc⁹ est imobilis. Forte dicis q distantia vel ordo loci est immobilis Et ideo recedente superficie ista istius aque adhuc baculus manet in eodem loco sed cōtra iste ordo ē subiective in corpore locante ergo ipso mutato tale accidens migrabit de subiecto in subiectum aut desinet esse non primum quia accidens numeratur ꝛ multiplicatur ad multiplicationem subiecti. Nec scḋꝫ qꝛ tunc iste baculus non esset in eodem loco nūero in q̄ prius. Item poli sunt puncta ymaginaria ergo distantia vel ordo ad polos est rationis tantum. Iteꝫ dictum est quod totus fluuius est immobilis nō aūt hec aqua ergo locus cōis erit immobilis non auteꝫ locus proprius. Item locus pro formali non potest dicere situm vel ordinem siue respectum, qꝛ tūc locus formaliter non esset de genere q̄titatis.

¶ Septimo locus ignis est superficies cōcaua celi lune vel respectus existens in ea sed talis respect⁹ mouetur probatur sic quia accidens mouetur ad motum subiecti vnde motis nobis mouētur omnia que in nobis sunt sed celum lune mouetur ergo et locus pro formali existens in celo lune. Item locus nauis ē corruptibilis ergo mobilis quia corruptio est species motus. Item vas est locus vini ꝛ tamen est mobile. Forte dicis q vas non est locus sed superficies cōcaua vasis vel aliquid existens in ea. Contra illud mouetur ad motum vasis ergo locus ē mobilis. Forte dicis quod est mobilis per accidēs. Cōtra philosophus probat locum non esse formam qꝛ forma mouetur hoc tamen non est verū nisi de p accidēs ergo ex hoc non cōcluderetur qui forma sit loc⁹

¶ Ad primum dicendū q de locatione vltime sphere plures sunt opiniones quas ponit S. T. lec. 7. ꝛ suppono pro nunc licet hoc non sit verū q firmamentum est primum celum siue prīa sphera. alexander dicit q vltima sphera nullomodo ē in loco non eſt omne corpus de necessitate est in loco cum loc⁹ non cadat in diffinitione corporis ꝛ consequenter dicit quod vltima sphera non mouetur in loco neqꝫ secundum totum neqꝫ secūdum partes. Sed contra oꝫ omnem motum aliquo genere motus poni cum ergo vltima sphera mouetur oportet q moueatur localiter ꝛ per consequens aliquo modo sit in loco et vtrumqꝫ est contra alexandrum. Item tantuꝫ ad tria predicamenta est per se motus ergo celum mouetur ad vbi. Ex quo patet per S. T. quod celum habet vbi ꝛ similiter lapis si moueretur extra celum localiter forte a deo. Aui. eum secutus dicit q mot⁹ vltime spere non est motus in loco sed in situ Cōtra aristo dicit in quinto huius quod motus est tantum in tribus generibus. s. q̄titate qualitate ꝛ vbi. Iteꝫ situs est ordo partium in loco item in illo gn̄e nō est motus cuius ratio non cōsistit in indiuisibili vt patꝫ in predicamento subē sed quelibet spēs sit⁹ habet rationem consistentem in indiuisibili. Itaqꝫ si aliquid addit vel diminuitur non est eadem spēs situs. Auē pache dicit q aliter est assignandus locus mobilis circulariter ꝛ recte quia quod recte mouetur req̄rit locum exteriorem quia linea recta est imperfecta et recipit additionem non autem linea circularis ꝛ iō non oportet circulariter motum habere locum extrī secum in quo contineatur ꝛ secundum istum ꝛ alpharabium celum est per se in loco sed hoc est contra supradicta dictum enim est omnem locum habere ratiosem continentis. Auerrois dicit qḋ vltima sphera est in loco per accidens inquantum centruꝫ circa quod reuoluitur habet esse in loco. Sed contra si vltima sphera est in loco per accidēs sequitur quod mouetur in loco per accidens: ꝛ sic motus per accidens est prior motu per se. Sed ad hec dicit quod aliquid per se mouetur circulariter tamen non est p se in loco. Contra illud est per se quod est causa aliorum sed celum est causa locationis aliorum ergo celum est per se in loco quia quandocunque causa ꝛ causarum conueniunt in aliquo tunc illud magis ꝛ verius conuenit cause quam causato secundo metha. T. C. 4. Item bene sequitur hoc est mobile localiter ꝙ hoc est in loco ergo eodem addito in antecedente ꝛ cōsequente adhuc bene sequitur sic arguendo hoc est mobile per se ergo est ī loco p se sꝫ hoc tamen non oportet quia licet sequatur deus creat ergo deus est tamen non sequitur deus contigēt creat ergo deus contingenter ē similiter sequitur ille punitur a deo ergo peccauit. tamen non sequitur iuste punitur ergo iuste peccauit. ꝛ bene sequitur hec linea non est curua ergo est recta tamen non sequitur linea non est necessario curua ergo est necessario recta ideo arguitur aliter omne mobile localiter est ī loco ergo mobile per se est in loco per se qꝛ nō si simpliciter ad simpliciter ꝛ per se ad per se.

Item sicut se habet illud quod mouetur localiter p accidens ad esse in loco per se ita illud quod mouet̄ localiter per se ad esse in loco per accidens sed nullum motum localiter per accidens est in loco per se ergo nec econuerso. Item celum necessario est aliquomodo in loco quia necessario mouetur ergo p se est aliquomodo in loco quia omne necessarium est per se. Item si celum est in loco per alterum. s. per cē trum ergo est in eodem loco cum suo centro sicut anīma per accidens est in eodem loco cum corpore.

Item si vltima sphera esset in loco per centruꝫ querītur in quo loco ē per centrum nō in loco q̄ sit centrū nec ī aq̄ nec in aere ꝺt ergo S. T. cum themistio qḋ vltima spera est in loco per suas partes.

¶ Pro quo sciendum quod secundum aristo. non q̄reretur locus nisi propter motum ꝛ ideo omne qḋ mouetur aliquomodo est in loco de necessitate si debeat moueri sic igitur corpori localiter moto necesse est assignare locum secundum quod in illo motu consideratur successio diuersorum corporum in eodem loco in motu autem recto totuꝫ mobile dimittit vnū locum ꝛ subintrat alium in motu autē circulari vna pars venit ad locum alterius. Sed contra si celum est in loco secundū suas partes: sequitur quod non est in loco quia partes non sunt in loco dicendū quod partes non sunt in loco in actu sunt tamen in loco est in potentia secundum quod continuum est diuisibile ꝛ sic celum est in loco per accidens idest p alterum sed contra nichil est prius eo ergo non est p aliud in loco. Item celum est incorruptibile ꝛ indiuisibile ergo īpossibile est quod pres eius sint p se in loco. Item celum secundum se totum mouetur ꝛ actu ergo secundum se totum est actu in loco. Item motus per se terminatur ad vbi ergo celum per se t̄ minatur ad vbi dicit S T. ¶ Ad primum quod hoc optime congruit primo motui necesse est eīm q gradatim ab vno immobili descendatur ad diuersitatem que est in mobilibus minor autem est variatio que est scḋm partes existentes in loco in potentia

q̃ que est scd̃m tota existentia in loco in actu. Alio patēt ex supra dictis. Sed queritur an ad hoc quod aliquod totum moueatur sufficiat quamlibet partez moueri commentator primo phi. Cō.24. dicit q̃d terra mouetur sm̃ suas partes forte per ventum toto permanente in suo loco immobiliter. Item ponatur q̃ a sit vnum corpus orbiculare cui9 nulla extremitas rare fiat vel condensetur quelibz autem pars infra extremitatem contenta rare fiat vel condensesetur tunc illud totum non mouetur et tamen partes eius mouentur. Cō. C.45. dicit quod non stat vltimam spherā moueri scd̃m partes et non secūdum totū contra themistium iohannes autē grāmaticus sm cōmentatorem et S. T. opus.52 dicit q̃d vltima sphera est in loco ymaginario et hoc sufficit ad hoc q̃d dicatur moueri sed contra chimera etiam ymaginarie est in loco et tamen non mouetur: dicendum ergo celum esse in loco per accidens siue per suas partes. Et hic non capimus per accidens vt distinguitur cōtra necessarium et licet diuersi celi sint in propriis locis partes tamen primi celi non sunt actu per se i loco sed non repugnat eis in ratione continui diuidi a se inuicem et ideo dicuntur esse per se in loco in potentia. Si dicatur primum celum est in loco per accidens ergo est in superficie corporis continentis p accidens dicendum q̃ a diffinito ad diffinitionē cuz additio non valet consequentia.

¶ Ad secundum principale bene probat quod loc9 non est equalis corpori dimensiue: nec oportet continens esse maius. Si queratur an superficies concaua locantis contineat in se superficiez conuexam locati que est sibi tamen equalis. Dicendū quod sic per accidens quia ista entia mathematica non sunt per se in loco sed contra. Corpus est per se in loco dicendum quod ibi capitur corpus vt est in predicamento sube et nō q̄titatis q̄r est ens mathematicum. S. T. in scd̃o di. 2. q. 2. a. 5.

¶ Ad tertium dicitur q̃ hoc est verum in eodez corpore. Ad aliud patet quod argumentum non procedit contra sensum [illegible] etiaz de equali similiter nec quartum argumentum [illegible] q̃ secundum quancunqz dimensionem vnius corpus alteri equetur potest dici esse equale sibi S. T. de veri. q. 20. ar. 4. ad. 10. Et sciendum q̃ non oportet locum cōem esse equalez locato et sic primum celum est locus cōis elementorū vel saltē eius superficies. Secus est de loco proprio quidā dicunt quod locus proprius est qui continet locatum et nichil amplius. Sed contra tunc concauum lune nō esset locus proprius sphere ignis quia multa alia continentur in ea. s. 4. elementa. Item i loco germani multa continentur scilicet aer inclus9 in germano potest dici quod locus proprius est qui immediate terminatur ad locatum.

¶ Ad 5 dicū sophiste q̃ non inconuenit in eodem esse infinitas pres equales cōcātes tn̄ et ita p̄t dici de loco. Scd̃o dz quod non sunt infinita loca in actu san. t. in primo di. 37. q. 4. ar. 2. ad. 5. Ad aliud dicitur quod i aliquib9 loc9 secūdū. s. t. opus. 52. c. 2. nō videtur conserua re locatū vt quando vnum celum continet ab alio. Item in concauo ignis est locus aeris: tn̄ ibi non est aliquod conseruatiuum ipsius aeris sz poti9 virtus q̃ sit corruptiua ei9 sz ppt phi. di q̃ i extremitate igni sm esse remisso sunt due virtutes quarū vna ē cōseruatiua ipi9 aeris. Et si q̃rat q̃ est ipsa virt9 dz q̃ ē qualitas q̃ q̃dē dicūt eē de. 2. vel 3 spē qualitatis. dicūt q̃ quidā q̃ locus capit p hmōi q̄ltate tm̄ vel pro respectu tm̄. Sz cōtra scd̃m qualitatē nulla dn̄r equalia sed loc9 est equalis lo- uo q̃ locus nō ē qualitas vel relatio tm̄. Item genetum et corruptum sunt in eodē loco et tn̄ non hn̄t eadē virtutē cōseruatiuam. Itē qn̄ accidens diffinit in abstracto tūc diffinitur p suū gen9 in recto: q̃ loc9 ē superficies essētialiter. Sz ex hoc seq̄ret q̃ superficies eēt gen9 ad locum. Itē prophiri9 dicit q̃ locus est principiū gn̄ationis. Item ignis et terra non hn̄t eūdē locū spē q̃ locus nō tm̄ dicit superficiē et hoc concedo sz aliqn̄ capit p superficie aliquando pro virtute cōseruatiua. Capreo. di q̃ ven9 locās nō se pseruat locatū q̃ loc9 sz hoc ē dubiū de igne locāte aere. Ad aliō q̃dā diceret q̃ bacul9 est diuersis locis sm suas partes. Sed cōtra p̄s nō ē i loco nisi p accidēs ideo d q̃ idem locus formaliter est copulatim in subiecto specie distinctis S. T. opus. 52 et sic predictus baculus non ē i diuersis locis. Si dicaf locus est vltimum continentis sed vltimum dicit relationē ergo locus est relatio negatur consequentia.

¶ Ad sextū dicitur q̃ superficies non est locus absolute sed vt continēs et cum habitudine ad primum continens. Secundo dicitur quod locus quoad materiale est de genere quantitatis non autem quo ad formale et per suum materiale conuenit sibi mensurare extrinsece locatum ph. 5 meths. non ponit locum esse speciem quantitatis ideo quidam dicūt eū in logica fuisse locutum secundum opinionem antiquorum sui temporis famosam quia instructor iuuenum non debet discipulis nouas semper dare opiniones S. T. 5. metha. dicit quod locus secundum q̃ predicatur de locante pertinet ad genus quātitatis sed secundum quod predicatur dinominatiue de locato constituit predicamentum vbi et opuscu. 52. dicit quod locus et superficies sunt diuerse species q̄ntitatis quia propria ratio quantitatis est ratio mensure. Alia autem est ratio mensurandi aliquid extrinsece et intrinsece. Primum conuenit loco. Et ideo licet superficies et locus sint vnum materialiter differunt tamen per diuersas formales rationes predictas. Sed contra ratio mensure est relatio ergo non distinguit species que sunt de genere quantitatis. Antecedens patet quia mensura dr̄ ad mensuratum. Et tenet consequentia quia differentia diuisiua generis est in eodem predicamento cum genere.

Item locus pro formali non est de genere quantitatis sed est respectus et ordo: ergo vt sic nō est alia species quantitatis quam superficies.

Item fiat miraculose aliqua superficies separata a materia tunc patet quod illa nichil mensurat intrinsece q̃ hoc non ē de rōne superficiei. Sz dicas ad hec q̃ apta nata est aliquid mensurare intrinsece scilicet illud cui potest inherere. Scd̃o q̃ aliquando differentie vere sunt nobis ignote. Tertio q̃ locus aliquando capitur non pro respectu sed q̄titate sub illo respectu. Per hoc facile est videre quō verum est dictum S. T. in scd̃o. di. 12. ar. 5. ad. 2. vbi dicit q̃d locus est idem per essentiam q̃d superficies corporis locantis et opus. 42. c. 20. dicit q̃d locus non habet aliud esse a superficie tamen propter modum mensurandi logicus ponit ipm per se sub q̄titate cōtinua sed S. T. opus. 52. circa hoc mouet dubium q̄r terra naturaliter mouetur ad suum locum et tamen non naturaliter mouetur ad superficiem aque, alias q̄sc

deret]. Respōdet quod motus locati non est ad ipsā superficiem locantis propter se sed propter virtutē cōseruatiuam hec autem maxime est in centro terre ꝯ sic soluentur ad septimum.

¶ Ad septimum dicendum quod circa locum pro formali diuerse sunt opiniones. Nominales dicūt ꝙ locus non est nisi corpus locans. puta ipm vas locans vinum sed contra tunc nullum locatuꝫ haberet locum proprium quia sm istos nulla ponitur superficies que sit simpliciter vltimum corporis continentis quia quacunque par e continentis data illa est diuisibilis ꝛ sic vltra illam datur alia. Item tūc locus esset mobilis tam per se ꝙ per accidens. Aliꝗ dicunt quod locus formaliter est ꝗtitas circūdans locatum. Sed contra tunc aliquid continue moueretur ꝛ tamen esset in eodem loco vt patet de vase pleno vino quod mouetur tunc vinum mouetur ꝛ tamen habet semper eandem ꝗtitatem circundantē. Item tunc ventus semper faceret vnam ciuitatem in alio loco esse formaliter quia facit alium aerem ꝛ per consequens aliam quantitatem circumdare ciuitatem ꝛ sic est in alio loco ergo mouetur localiter.
Item tunc pla. non posset redire ad eundem locum numero. quia recedente pla ab isto loco precedens quantitas corrumpitur quia extrema aeris continuantur ꝛ due superficies non possunt esse simul ergo superficies que erant a latere fortis corrumpuntur S. T. hic le. 6 dicit quod locus sumitur secundum ordinem vel situm per respectum ad totum corpus spericum celi quod habet fixionem ꝛ immobilitateꝫ propter immobilitatem centri ꝛ polorum licet ergo inquit hec pars aeris que continebat locatū moueatur in ꝗtum est hec tamen sm quod habet rationem loci semper manet scꝫ situs ꝛ ordo ad totum corpus spericum celi. Et ideo dicit quod locus pro formali est immobilis propter ordinem quem habeat ad aliquod immobile sed contra hoc obiicitur primo ꝗrendo in ꝗ est subiectiue locus turris pro formali.
Si dicatur ꝙ est in aere circunstante quare ergo nō mouetur ad modum illius aeris. Forte dicis ꝙ per motū aeri s corrumpitur. Contra sequeretur ꝙ turris non esset in eodem loco numero ꝙ ē cōtra S. T. opus. 52. ca. 1. Itē tūc fortes nō posset redire ad eundem locum in quo prius erat recedente for. predicta relatio corrumpitur. Item ordo vel sitꝰ ad primuꝫ locās est in locato situs eīn secūdū gilbertum est positio ꝛ ordo partium Item locus pro formali refertur ad locatum ergo male dicitur ꝙ formale loci sumitur sm situm ad primum cōtinens ꝛ vt sic est immobile S. T. quo. 6. ar 3. Item totū celum mouetꝰ ergo per respectum ad totum celum non potest locꝰ dici immobilis. Item non stat per potentiam dei neque per intellectum aliquid esse absqꝫ suo formali sed per potentiam dei aut per intellectum stat aliquid esse in eodem loco in quo prius variato ordine vniuersi ꝛ distantia a centro ꝛ a polis mundi. ergo distantia ꝛ ordo non sunt formalia loci. Maior patet quia non posset deus facere hominem sine animali. Minor patet quia per intellectum vel dei potentiam totus mundus posset moueri motu recto: isto latere quiescente. Forte dicis quod locus pro formali est in polis mundi que non mouētꝰ. Sꝫ contra multi ponunt firmamentū moueri triplici motu: ꝛ poli mundi mouentur non eīn repugnat ꝙ per accidens ab angelo moueātur. Item sphera ignis vꝰ pars que mouetur sub equinoctiali semper equaliter distat a polis mundi sicut ꝛ quelibet pars equinoctialis ꝛ tamen non est in eodem loco Item primum celum est locans secundum ꝛ sic habet formale loci ꝛ tamen illud formale loci non est ordo vel distantia per respectum ad totum corpus sphericum celi nec est distantia vel ordo ad polos existens in primo celo quia primum celū mouetur ergo formale loci mouebitur. Item poli non possunt dici locus proptꝰ fortis ergo locus pro formali non est in eis.
Item dato quod nichil esset preter vas plenuꝫ aqua tunc illa aqua esset in loco ꝛ tamen hoc non esset per respectum ad polos celi quia tunc non essēt Forte dicis quod locus pro formali est in locato. Contra tunc moueretur ad motum locati. Ad hec breuiter dicendum quod locus pro formali est in superficie concaua corporis continentis. Corpus autem continens est vnum ꝛ idem per respectum ad celum vel distantiaꝫ licet materialiter varietur ꝛ exemplificat s. t. de igne qui manet idem licet apponantur diuersa ligna ꝛ similiter est idem secana ꝛ idem equus licet habeat alias partes materiales ad quarum variationem non sequitur variatio accidentis. Quidam dicunt quod locus ignis nō mouetur ad motū sphere lune sed continue corrumpitur dicitur tamen manere idem quia equaliter distat. Alii dicunt quod ad motum subiecti non sequitur motum omnium accidentium quia centrum non mouetur moto corpore spherico nec capimus hic locum vt refertur ad locatum nec pro loco corporum celestium sed pro loco istorum inferiorum.

Ad tertium sic proceditur videtur qꝺ idem possit esse in pluribus locis qꝛ anima est in qualibet parte corporis ꝛ similiter intellectio ieus quia accidens est vbicunqꝫ suum subiectumē ergo naturaliter aliquid est ī pluribꝰ locis antecedens patet maxime loquēdo de accidēte absoluto: Sed contra est philosophus.

¶ Respondeo dicendum qꝺ naturaliter idem non potest eē ī pluribus locis totalibus nec duo corpora possunt esse simul quia vt inquit philosophus hic. Si duo corpora possent esse simul tunc infinita corpora possent esse simul. Inde S. Tho. que. 3. arti. 2. dicit quod aliquod corpus eē localiter ī aliquo nichil aliud est quā locatum circumscribi ꝛ cōprehendi a loco scḋm cōmensurationem propriarum dimēsionū ꝙ autem comprehenditur a loco aliquo ita ē in illo loco quod nichil est extra locum illum vnde ponere quod aliquid sit localiter in hoc loco ꝛ tamē sit in alio loco est ponere contradictoria esse simul ꝛ ideo dicitur quod etiam deus non posset idem ponere localiter. i. circumscriptiue in diuersis locis licet bene modo non quantitatiuo sicut corpus christi est in diuersis altaribus. Primum probant quideꝫ quia idem corpus non potest esse vbique ergo nec in duobus locis antecedens patet quia hoc est proprium dei. Sed hic diceretur secundum Sanctum Thomā prima parte quod esse vbiqꝫ per se primo est ꝓprium dei. Item sequeretur qꝺ contraria naturaliter possent esse in eodem ꝛ priuatiue opposita ponendo casum ꝙ in vno loco for. esset iuxta ignem in alio autem iuxta aquā ꝛ nichil habeat ad comedendum ꝛ sic idem esset sanus ꝛ infirmus ꝛ

sic posset esse mortuus et vivus. Item ponatur quod in vno loco peccet et in alio mereatur vt si comedat omasa in hispania die sabbati et similiter in alio loco prohibito et postea moriatur sequeretur tunc quod idem esset saluatus et dampnatus. Item termini locati et loci sunt simul ergo si locatum est extra terminum sui loci proprii etiam est extra terminos suos proprios Item tunc in materia possent esse simul due forme ponendo quod sortes moriatur rome et non parisius. Forte dicis quod forma que introducetur. Rome etiam introducetur parisius et sic eadem forma naturaliter esset in diuersis locis

Contra volo quod sit agens impediens illam formam ne introducatur parisius tunc illa materia rome habebit vnam formam et aliam habebit parisius hic sunt duo modi dicendi scotiste dicunt quod si idem ponatur circunscriptiue in duobus locis tunc omne absolutum quod inest ei in vno loco inest ei in alio multi autem nominales dicunt quod hoc non oportet quia posset deus ponere materiam sortis in pluribus locis absque hoc quod poneret suam formam in pluribus locis. Item quidam dicunt corpus positum in diuersis locis esse tante actiuitatis sicut si diuersa corpora essent in diuersis locis et sic vnus duodenus in triginta quinque locis valeret scutum et vna musca posset poni in tot locis quod portaret totam terram et non esset finite virtutis et sic concedunt idem esse calidum in vno loco et frigidum in alio. Contra tunc anima sortis posset de eodem habere velle et nolle scilicet in diuersis locis sed contra tunc etiam nunc quando est in capite posset velle vnum et in pede nolle idem et sic cogeretur.

Item pars esset maior toto vt si medietas alberdinis secundum extensionem ponatur in alio loco sic quod due partes illius medietatis ponantur simul tunc illa medietas est intensior tota quia habet plures partes simul.

¶ Notandum preterea quod ratio quare duo corpora non possunt naturaliter esse simul S. T. que. i. ar. 21. est propter dimensiones quibus substat materia corporalis quantitati enim dimensiue conuenit situs qui primo et per se facit distinctionem sicut due partes vnius corporis distinguuntur per dimensiones et situs per quos vna est extra aliam videmus etiam quod adueniente vno corpore oportet quod aliud recedat. sed quid dicendum est de potentia dei absoluta S. T. ibidem ar. 22. dicit quod deus potest conseruare effectus in esse sine causis proximis vnde conseruat in sacramento altaris accidentia sine subiecto ergo potest conseruare distinctionem materie corporalis et dimensionem absque diuersitate situs per quem dimensiones naturaliter distinguntur. Sed est dubium an duo corpora possint esse simul penetratiue quod quidam vocant esse simul circunscriptiue sic scilicet quod quodlibet illorum sit in loco quantitatiue localiter et circunscriptiue. Capreolus i. 4. de eucharistia dicit quod sic communiter tamen dicitur secundum S. T. quod quando duo corpora sunt simul tunc omnia quod vnum illorum non sit extensum secundum modo non quantitatiuo si enim duo corpora possent esse simul localiter sequeretur quod idem corpus posset esse in pluribus locis quia ponamus quod duo dolia sint simul et in vno illorum sit vinum tunc illud vinum esset in illis duobus doliis S T opu. 70 q. 4. ar. 3. reprobat opinionem illorum qui dicunt quod duo corpora non possunt esse in eodem loco propter principia mathematica que oportet saluare in omnibus naturalibus Sed hoc non videtur conueniens quia mathematicis non competit esse in loco nisi improprie et similitudinarie de. i. de generatione. et ideo ratio predicti impedimenti non est sumenda ex principiis mathematicis. sed ex principiis naturalibus quibus proprie locus debetur preterea rationes mathematice non sufficienter concludunt in ista materia quia et si mathematica saluentur in naturalibus tamen naturalia aliquid addunt super mathemathica ratione cuius potest prouenire impossibilitas duorum corporum in eodem loco et sic non solum ex situ probatur impossibilitas predicta ymo secundum aliquos ex natura materie subiecte dimensionibus prohibentur plura corpora esse in eodem loco oportet enim plura esse corpora in quibus forma corporeitatis inueniatur diuisa que quidem non diuiditur nisi per diuisionem materie cuius diuisio cum sit solum per dimensiones de ratione quarum est situs impossibile est hanc materiam esse distinctam ab illa nisi quando est distincta secundum situm quod non est quando duo corpora ponuntur in eodem loco vnde illa duo corpora essent vnum corpus quod est impossibile.

¶ Contra hec ar. p. S. T. In ferro ignito simul est ignis et ferrum et vtrumque istorum est corpus. Item quando panis ponitur in vino tunc panis et vinum simul sunt. Item elementa simul sunt in mixto alias mixtum non sequeretur motum elementi dominantis Item si duo corpora non possent esse simul sequeretur quod materia et forma lapidis non possunt esse simul quia vtrumque istorum est quantum saltem per accidens.

¶ Secundo arguitur sic ex positione materia et forma sortis sunt simul et materia et forma sortis sunt due medietates ergo due medietates sortis sunt simul et per consequens duo corpora. minor est clara tenendo totum suas esse partes. Item due quantitates possunt esse simul ergo duo corpora. Ans patet quia superficies corporis locantis concaue et superficies corporis locati conuexa sunt simul quod sic patet quia illa se tangunt ergo vltima sunt simul.

¶ Item com. dicit 8. phi. c. 32. quod partes aeris et aque patium subintrant se inuicem propter hoc quod partes sunt nature spiritualis ergo duo corpora saltem gloriosa beatorum possunt esse simul. ¶ Forte dicis quod possunt esse simul miraculose sed tunc alterum eorum non erit modo quantitatiuo id est extensum. Contra sequeretur. i. quod quando beati post diem iudicii habebunt sua corpora non poterunt moueri per celum nisi deus continue faceret miraculum. Item quando corpus christi ascendit tunc ipsum fuit localiter simul cum celo et corpora beatorum localiter simul cum celo empireo quia sunt ibi tanquam in loco ergo vtrumque est extensum quod autem celum et sue partes erant modo quantitatiuo patet quia mouebantur sicut totum celum quidam dicunt quod illa pars in qua erat christus non mouebatur per se sed tantum per accidens et sic non erat extensa vt patet de anima mea que per accidens mouetur.

¶ Quarto arguitur quod per diuinam potentiam duo corpora non possunt esse simul quia sequeretur quod in bursa sor. posset contineri tota ciuitas parisiensis ponendo quamlibet partem cum qualibet parte. Item de ratione quantitatis est habere partem extra partem ergo deus non potest facere du=

as quantitates esse simul alias locus non esset equalis locato quia hoc modo maximum corpus posset contineri in minimo loco. Item impossibile est duas partes temporis esse simul ergo impossibile est duas quantitates permanentes esse simul quia equaliter repugnant. Item si duo corpora essent simul sequeretur quod inter duo puncta essent due linee recte quod est contra geometriam et patet cõsequentia quia ex quo puncta illorum corporum sunt simul ergo quecunque linee sunt inter duo puncta illius corporis etiam inter duo puncta alterius.

¶ Quinto arguitur quod idem potest esse in duobus locis circumscriptiue quia maius est miraculum aliquid esse in uno loco circumscriptiue et in alio modo non quantitatiuo quam aliquid esse in duobus locis circũscriptiue quia in primo sunt duo miracula scilicet esse in pluribus locis et esse modo non quãtitatiuo et primum potest deus ergo et secundum. Item ubicunque est corpus christi verum ibi pot se facere visibilem sed in pluribus altaribus est corpus christi verũ ergo in pluribus locis pot esse visibile et per consequens circũscriptiue.

¶ Sexto cum dico idem corpus localiter esse in diversis locis nichil dico supra corpus nisi respectum extrinsecus aduenientem fundatũ in quanto ad aliud quantum circumscribens talẽ aũt respectum multiplicari super idem fundamentum ad diuersos terminos non inconuenit quia super eandem albedinem fundatur similitudo ad vnũ et dissimilitudo ad reliquum. Secundo mirum est quod sequentes rationem loquuntur secundum ymaginationem quia non percipit locum plurificari sine corpore et propter hoc putat quod secundum rationem idem corpus non potest esse in pluribus locis et quod in eodem corpore non possunt esse duo respectus ipsius ubi.

¶ Septimo deus potest ponere angelum in pluribus locis eo modo quo conuenit sibi esse in loco sed angelum potest ponere in pluribus locis ergo et corpus localiter. Item cõuertat deus quantitatem in quantitatem sicut substantiam in substãtiam in sacramento altaris quo facto terminus ad quem cõuersionis erit ubi erat terminus a quo et hoc localiter quia per quantitatem illius et rursus erit localiter in loco proprio ergo. Quidam instant theologice quia christus quando apparuit paulo erat in celo et in terra vel in transitu gloriose virginis et de martino sed hoc non est phisice arguere.

¶ Octauo quando duo corpora sunt simul a solo deo vel manent principia essentialia illorum corporum ut sunt in uno loco distinctiua vel non si sic ergo solus deus non conseruat quia conseruat cum causis secũdis manentibus et concurrentibus. Si secundum ergo sequitur quod deus conseruat et non cõseruat quia non cõseruat nisi quod est sed materia illius secundũ se est istius et similiter forma ergo non sunt distincta si dicas quod deus potest conseruare corpora illa distincta sine distinctione principiorum intrinsecorum illorum. Contra deus nunquã conseruat nec potest conseruare rem sine principijs essentialibus ut hominem sine aĩa ergo nec distinctas res potest conseruare sine distinctis principijs essentialibus. Item vel situs est principium formale et essentiale vel accidentale si primum ergo deus sine situ non pot facere distincta corpora. Si secundum tunc queritur quod est principiũ formale et essentiale distinctiuũ

¶ Ad primum dicendum secundum S. T. super boetiũ de trinitate quod in ferro ignito non sunt duo corpora sed unum corpus habens quidem speciem ferri et aliquas proprietates ignis unde nõ est ibi forma ignis que requirit maiorem raritatem est ergo ibi ferrum vehementer alteratũ vel fortem porem eius est ignis et ita dicatur de pane intincto in vino secundum durant. in .4. di 44. de mixto dicit S. T. quod forme elementorum non manent in mixto formaliter sed solum in suis qualitatibus ex quibus fit una media qualitas. Ad aliud dicitur quod nec materia est corpus nec forma licet materia possit dici corpus quia est alia pars compositi hic autem loquimur de corpore quod est genus in predicamento subẽ vel quantitatis

¶ Ad secundum patet ex supradictis de superficiebus autem dicitur quod sunt simul et secundum aliquos penetratiue secus tamen est de corpore. Sed contra secundum philosophum si duo corpora possunt esse simul ergo et infinita ergo etiam si due superficies naturaliter sint simul sequitur quod infinite. etc. ideo dicit S. T. quod. 1. ar. 22. ad primum quod argumentum est sophisticum quia puncto linee et superficiei non debetur locus. Sed contra locatum est in loco ratione superficiei continere ergo ipsa est in loco. Negatur consequentia quia naturaliter distinctio dimensionum causatur a situ diuerso secundum. S. T. quo. 1. ar. 21. et. 22. ergo si due superficies sunt in eodem situ sequitur quod non distinguuntur. Forte dicis quod situs est relatio et fundatur in quantitate siue dimensione et ideo diuersitas situs presupponit diuersas dimensiones et non causat eas sed causatur ab eis. Contra sequeretur quod deus poneret idem corpus in diuersis locis localiter quia per rationes sancti tho. deus potest supplere effectũ cause secũde quod potest facere quod in eodẽ corpore sint duo ubi sine quod corpus sit in diuersis locis dato quod habeat unã tñ dimensionẽ. Itẽ si due superficies extense possunt esse simul ergo idem pt esse in duobus locis localiter quia pono quod deus ponat aliquã aliã superficiẽ cuius loco sor. tunc ista continet sortẽ ergo sor tunc est in duabus superficiebus localiter. dicendum secundum tho. in .4. di. 44. q. 2 ar. 2. q. 3. quod nulla pot esse distinctio linearũ existentiũ simul nisi per subiecta et ideo apud geometrã nunquam due linee possunt esse simul sed bñ apud phisicum naturalẽ non tñ sequitur quod infinite sint simul quia non sunt simul nisi quia terminant corpora se tangentia. Et si queratur an ille due linee habeãt situm dicendum quod sunt vere situate et tamẽ non sũt situs distincte et habent situm qui est de genere quantitatis. unde duplex est situs primus est de gñe quantitatis et est positio partium et differentia quantitatis et prior quantitate et secundum quod partes eius sunt ad inuicem continuate Alius est situs qui est predicamentum et est ordo partium in toto et ordo partium in loco. Et si queratur an sit unus respectus videtur quod non quia potest manere ordo partium in toto non manente ordo partium in loco ut si res non sit localiter in loco per hec patet ad obiecta quia hic situs est posterior quantitate nec est differentia quãtitatis licet aptitudo ad ipsum ponatur essentialis differentia quantitatis continue secundum aliquos. Sed contra potentia et actus sunt eiusdem generis ergo hec aptitudo etiam est de predicamento situs.

¶ Notandum preterea pro solutione alterius argumenti de beatis quosdam tenere virtute diuina duo corpora esse simul localiter et sic repletũ repleretur

quis f t. in 4. di. 44. q. 2. ar. 2. q. 3. ad. 4. assignat cām in soluendo vnum argumentum quare vnū corp⁹ nō potest esse localiter in duobus locis ⁊ tamen duo corpora possunt esse localiter in eodē loco. si tamen scd'm non esset possibile localiter nulla esset necessitas assignandi diām. Itē ibidē dicit q corp⁹ gloriosum semp est in loco sibi equali descendat ergo p firmamentum tunc ipsū erit localiter in loco ⁊ similiter firmamentum q2 vtrūq istoꝝ mouetur. Itē arguitur per rationem S. T. quia de⁹ pt facere effectū sine cā sed q duo corpora existia localiter ī loco sint distincta hoc est p sitū ergo deus posset facere sine situ q duo corpora distincta essent localiter in loco. Item albedo ⁊ dulcedo extendunt simul ⁊ distinguntur licet non habent diuersum situm. Forte dicis q deus non posset ponere duas albedines simul tamen duo specie distincta pñt esse simul q2 non distinguntur per situm ergo duo corpora specie distincta poterunt localiter esse simul puta celum ⁊ lapis quia adhuc distinguētur per suas formas. Itē licet situs de genere q̄ntitatis distiguat corpora quia quātitas est principium indiuiduationis tamen non distinguit corpora quo ad locum vnde dato quod duo corpora essent simul adhuc haberent duas quantitates ⁊ per consequens duos situs. Forte dicis q situs qui est predicamentum distinguit corpora. Cōtra substantia precedit accidens ergo substātie nō sunt due per predicamentum situs. Itē illo dato diceretur adhuc q q̄n duo corpora essent simul quodlibet illorū haberet vbi situ distinctū ab alio q2 accidens multiplicatur ad multiplicationē subiecti aliq thomiste tenent q duo corpora nō pñt localiter diuina virtute esse simul quia tunc sor. posset esse infinitus vel totum non esset maius sua parte ponendo q secunda pars proportionabilis sor. coextendatur cum prima ⁊ sic de qualibet alia tunc totus sortes haberet infinitas partes eiusdem longitudinis ergo esset infinitus. Forte dicis quod tunc non esset maior q̄ sua medietas sequitur ergo quod pars est equalis toti quia pars ⁊ totum sunt in loco equali ergo sunt equalia quia quecunq sunt equalia vni tertio sunt equalia inter se. Item si sortes tunc est equalis medietati ergo est minoris quantitatis q̄ prius erat sequeretur ergo q si ponatur in puncto quod nullius erit quantitatis.

¶ Item sanctus thomas dicit quod solus deus facie duo corpora esse simul ⁊ tunc sunt duo sine situ ⁊ videtur loqui de situ qui est predicamentum dicentem ordinem partium ad locum qui tunc non esset ⁊ ideo dicit quod deus facit effectū sine causa si enī loquatur de situ predicamenti quantitatis nunq̄ deus facit duo corpora sine tali situ ⁊ tunc diceretur quando aliquid moueretur in celo oportet quod pars vna celi habeat se modo non quantitatiuo idest q sit tota in toto ⁊ tota in qualibet parte.

¶ Ad quartum conceditur consequens non tamen localiter. Ad aliud dicitur q de intrinseca ⁊ formali ratione quantitatis est habere partem iuxta ptem id est a parte non separatam non autē iuxta vel extra in ordine ad locum id est partē distantē loco ab alia parte actu sed aptitudine. Et si queratur quare ergo naturaliter duo corpora non possunt esse simul dicunt quidam vt dicit San. T. in 4. vbi supra quia corpus replet locum sed ista ratio non est vniuersalis quia dimensiones separate non replent locum vnde quidam ponentes vacuum dixerunt vacuum esse locum in quo sunt huiusmodi dimensiones sine aliquo corpore sensibili ⁊ tamen dimensiones iste non possunt esse simul cum alio corpore quantitas ergo habet ex sua natura impedire aliud corpus ne occupet suum locum sed an seclusa quantitate miraculose duo corpora de predicamento substātie naturaliter essent simul sicut cecus miraculose illuminatus naturaliter videt sed dicis q non propter situm contra hic nullus est situs. Item situs non est tota ratio vt dicit sāct⁹ thomas opusculo. 7. q. 4. ar. 3. licet ergo duo corpora de genere etiam quantitatis essent simul tamen adhuc distinguerentur per subiecta vt dictum est de superficie apud phisicū. Ad aliud dicitur quod partes temporis non possūt esse simul q2 tempus essent taliter est ens successiuū habēs durationē. Ad aliud dicit. s. t. in. 4. q. 2. ar. 2. q quātitas differt ab aliis accn̄tibus q2 habet spālē rōnē indiuiduationis ⁊ distinctiōis. s. ex situ partiū pter rōnē īdiuiduatiōis ⁊ distictiōis q̄ ē sibi ⁊ oib⁹ aliis accidētibus cōmunis scilicet ex materia subiecta si ergo vna linea potest intelligi diuersa ab alia vel quia est in alio subiecto ⁊ hoc de linea materiali vel quia distat in situ ab alia que consideratio est de linea mathematica que intelligitur preter materiam si ergo remoueatur materia non potest esse distinctio linearum nisi secundum diuersum situm sic ergo due linee designate in duobus corporibus que sunt in eodem loco trahuntur a diuersis punctis ad diuersa puncta.

¶ Ad quintum respondetur quod vnum est magis impossibile quam reliquum implicat enim aliquod esse circumscriptiue ⁊ localiter in pluribus locis ppter causam datam sed dices corpus esse localiter in loco non est ipsum comprehendi sic quod sit ibi ⁊ non alibi quia sic manifeste implicat aliquid esse in pluribus locis sed est esse vnā partem in vna pte loci. Ad aliud dicitur negando maiorem.

¶ Ad sextum dicitur quod istud non prouenit solū propter respectus sed propter circumscriptionem ⁊ comprehensionem locati. Secundo dico quod aliqui duo respectus ipsius vbi sunt contrarij vt sursū ⁊ deorsum ⁊ ideo non possunt esse simul.

¶ Ad septimum dicit quod idem angelus non potest esse localiter in pluribus locis sed contra diuerse substantie possunt spiritualiter ī vno angelo trāssubstantiari. Item deus potest conseruare animam sortis in capite ⁊ pede destruendo indiuiduum ⁊ tunc anima esset in pluribus locis diuisis. Sed dic quod non est proprie in loco si ergo idem homo posset esse in duobus locis sequeretur quod idem posset generare se vt si deus reproducat materiam sortis in illis despositionibus quas habebat antequam informaretur anima sua ⁊ sit illa materia loco seminis in sorte ⁊ in generatione ponat deus animam sortis in illa materia tunc illud genitum habebit materiam ⁊ formam sortis ergo erit sortes ergo sortes genuit seipsum. Quidam dicunt quod non inconuenit aliquid in vno loco generare seipm in alio vel quod aliquid anichiletur in vno loco ⁊ nō tamen in alio quia postq̄ deus posuit sortem in duobus locis potest ipsum ponere in vno tantum Sed postquā anima xp̄i est in diuersis locis sacramentaliter nonne deus posset anichilare corpus ⁊ facere eam esse in diuersis locis localiter videtur quod nō

Ad aliud dicit sanctus thomas quo. 3. ar. 2. ꝙ difficilius est hoc accidens mutare in illud q̄ hanc substantiam mutari in illam substantiaꝫ. Tum quia due substantie cōueniunt in subiecto materiali quod est pars materialis vtriusq̄ substantie. Tum quia substantia habet indiuiduationem per seipsam accidēs vero non et ideo vnum accidens non potest conuerti in aliud. Illo tamen dato adhuc tamen non sequitur idem esse in diuersis locis simul quia si dimensio conuertatur in dimensionem iam non erunt due dimensiones sed vna ⁊ sic non cōmensuraretur diuersis locis sed vno tantuꝫ. Si dicatur eadeꝫ sequunꝰ inconuenientia tenendo idem esse in vno loco circūscriptiue ⁊ in alio sacramentaliter vel modo nō quāto sicut tenendo ideꝫ esse in duobus locis posset esse mori in vno ⁊ non mori in alio ⁊c. Dicendum ꝙ non quia moreretur in alio ex consequēti cum non sit ibi proprie localiter.

¶ Ad octauum dicitur ꝙ principia essentialia ⁊ intrinseca distinctionis illorum corporum manēnt tamen dimensiones que distingunt corpora non sunt naturaliter distin tiua nisi vt sunt in diuerso situ et ideo principia intrinseca naturaliter non sufficiunt distinguere.

¶ Ad aliud dicitur ꝙ situs qui est differentia quantitatis est formaliter distinctiuus q̄titatis. Alius autem situs necessario ⁊ naturaliter sequitur primū

Ad quartuꝫ sic proceditur videtur ꝙ in vacuo fiat motus in instanti. Et primo ꝙ vacuum sit patet quia secundum astronomos in celo sunt eccentri ⁊ epicicli ad quorum positionem sequitur vacuuꝫ ergo minor patet quia quando pars minus lata peruenit ad locum partis latioris non occupat totū locū aliās esset eque lata sicut alia ergo est ibi vacuum. Sed contra est philosophus.

¶ Respondeo dicendum ꝙ quia ponentes vacuuꝫ esse spacium separatum ad ponendum hoc mouebātur vt esset causa motus localis tāq̄ illud in quo est per quod posset fieri motus eo ꝙ vacuum cedit ⁊ nō resistit mobili ideo hanc opinionem destruit aristo. primo ex pte motꝰ scđo ex pte velocitatis ⁊ tarditatis in motu vt videbiꝰ in sequenti.

¶ Notandū ꝙ vacuum non est causa motus nec ad saluandum motum ipsum est ponendum probaꝰ sic sex rationibus textus.

¶ Prima quia si vacuum sit causa alicuius motus maxime est causa motus localis vt ergo ipsi dicebāt erit principium motus localis sed hoc non quia omne corpus naturale habet motum naturalem ad aliquem determinatum locum secundū eius propriam naturam vt ignis sursum ⁊ terra deorsum ergo natura cuiuslibet corporis est causa sui motus localis et non vacuum.

¶ Secunda omne corpus naturale naturaliter tendit ad suum locum naturalem ⁊ naturaliter in eo q̄escit propter naturalem conuenientiam quam habꝫ cum ipso ⁊ recedit a loco non naturali propter discōuenientiam sed vacuum cum sit eiusdem rationis in omnibus suis partibus si ponatur non habet aliquā naturam per quam possit conuenire aut disconuenire cum aliquo. ergo corpus in vacuo positū non mouebitur vel si moueatur oportebit ꝙ simul ad quamlibet partem vacui moueatur cum non magis conueniat cum vna parte q̄ cum alia sed hoc est impossibile igitur ⁊ ista eadem ratio valet contra illos qui ponunt locum esse spacium separatum.

¶ Tertia ratio si vacuum sit est eiusdem potentie ⁊ virtutis in omnibus suis partibꝰ ergo mobile in eo positum equaliter ab omni parte vacui trahetur et per consequens oportet ꝙ perpetuo maneat immobile et etiam ista ratione aliqui assignant causaꝫ quietis terre in medio mundi quia ex omni parte equaliter ad centrum trahitur.

¶ Quarta ratio omnis motus est naturalis vel violentus ⁊ quia omnis motus violentus declinatio est a naturali motu ⁊ fit in mobili contra inclinationeꝫ ad motum naturaleꝫ sequitur ꝙ si in vacuo non possit esse motus naturalis ergo neq̄ violentus quia destructo priori destruiꝰ posterius. Sed primum patet quia omnis motus naturalis est ad aliquaꝫ differentiaꝫ positionis et diuersorum corporuꝫ motus naturales sunt ad diuersas partes loci naturalis sed in vacuo non est aliqua differentia positionis partium ad inuiceꝫ ergo non potest esse causa motus naturalis sed magis destruit motū sicut enī in infinito si esset non esset sursuꝫ deorsuꝫ neq̄ mediuꝫ vt dictum est prius ita neq̄ in vacuo aliter tamē nō essent ista in infinito ⁊ in vacuo qꝛ in infinito ista nullomodo reperiunꝰ distincta nec ex natura rei nec quo ad nos sed in vacuo si esset spaciuꝫ finituꝫ ista reperirentur distincta quo ad nos sed non ex natura rei quia vacuum habet rationem priuationis ⁊ non entis modo non entis nulla est differentia ideo in vacuo non reperitur sursum deorsum ⁊ medium ex natura rei differentia.

¶ Quinta ratio si vacuuꝫ esset sequereꝰ ꝙ proiecta post recessum a proiciente primo non mouereꝰ cōsequens est falsuꝫ vt patet per experientiaꝫ ⁊ consequentia patet quia causa motus proiectorꝫ post separationem a primo proiciente secundum aliquos est antiparistesis hoc est repercussio mediꝫ ad mediū qꝛ mediū primo percussuꝫ a primo proiciente pellit mediū sibi propinquū ⁊ illud pellit aliud sed de hoc in octauo phisicorum.

¶ Sexta ratio si ponereꝰ vacuum nulla esset causa quare mobile magis moueretur ad vnam partem q̄ ad aliam ergo vbiq̄ moueretur quod est impossibile ⁊ probatur adhuc consequentia quia antiqui dixerunt vacuum esse causam motus quia vacuuꝫ cedit ipsi mobili ⁊ nullomodo resistit cum ergo secundum quālibet partem equaliter cedat sequitur ꝙ mobile secundū omnē differentiā positionis mouebiꝰ sic ergo patꝫ quomodo nō est ponendū aliquod vacuū separatū a corporibꝰ ⁊ receptiuū corporꝫ tanq̄ quoddam spaciū existēs inter latera cōtinētis ⁊ hec est prima opinio de vacuo.

¶ Secūda est ponentiū vacuū non esse spaciū totaliter separatū sed imbibitū corporibus naturalibus sicut aqua cū teneꝰ in foraminibus spongie ⁊ sic posuerūt democritus ⁊ leusipꝰ. Democritꝰ dicebat corpora componi ex multis athomis ⁊ inter media illorū ponebat vacuū vbi nos dicimus esse poros ⁊ dicebat omnia corpora componi ex pleno ⁊ vacuo et dicebat ꝙ per istas vacuitates fiebat nutritio augmentatio ⁊ rarefactio ⁊ quidā posuerūt vacuū corporibꝰ imbibitum ⁊ non solum inter poros sed dicebant ꝙ erat quedā dimensio existens penetratiue cū locato

⁊ simul mouet̃ cū eo deferendo ipsum locatum sicut vtres ea que in ipsis cōtinētur ⁊ per hoc differebant a prima opinione.

¶ Tertia est opinio pitagoricorum non naturaliter loquentiū qui dicebant extra celū esse magnum spacium ⁊ infinitum ⁊ credebant illud esse animal q̄d per suam respirationē causabat in istis inferioribus distinctionē que non potest fieri per plenū per quod res magis continuant̃ ideo dicebant ꝙ distinctio rerū fit ꝑ interpositionē eiusdē vacui.

¶ Conclusio ad philosophū pertinet determinare de vacuo probat̃ quia ad ipsum pertinet determinare de loco ergo ⁊ de vacuo qꝛ per similes rationes q̄dā crediderūt vtrumqꝫ esse.

¶ Conclusio scda nullū est vacuum hoc quidā antiquorū voluerūt probare ostendendo ꝙ aer aliquid sit ⁊ per consequens plenum aere non est vacuū. sed hec ratio non est vniuersalis quia nō sequitur plenū aere non est vacuū ergo vacuū nō est. Assumptū aūt probant dupliciter qꝛ vtres pleni aere sustinent magnum pondus ergo aer est aliquid ⁊ fortis. Secundo de clepsedra repleta aqua cuiꝰ si superiꝰ foramē obstruat̃ non cadet aqua per foramina inferiora et hoc qꝛ scdʒ eos aer interiꝰ existēs sustinebat aquam ergo aer est aliqd̄ San Tho. dicit le 9. ꝙ clepsedra est vas quod furat̃ aquā quo irrigant̃ ortus ⁊ dicebant ꝙ quando aqua intrat tale vas simul intrat aer Et nota ꝙ aer parū sensibilis est sentit̃ tamen a tactu tempore hyemali per suam frigiditatem ⁊ a visu per lumen existens in eo subiectum eīn sentit̃ per accidēs sibi inherēs secundū signū anaxagore nō videtur verū qꝛ remouendo digitū a foramine superiore tunc aqua exit ergo aer sustētans nō impediebat exitum aque. Item antiqui male diffinierūt vacuū dixerūt enim vacuū esse in quo nullū est corpꝰ et eo ꝙ vacuū est in quo nichil est ⁊ secūdū eos omne ens est corpus ⁊ quia credebant omne corpus esse graue vel leue diffinierunt vacuū esse in quo nō est graue vel leue. Sed contra tunc punctū esset vacuū quia in puncto non est graue vel leue ideo aliter diffinitur vacuū est locus non repletus corpore aptus natus tamen repleri. Querit philosophus verū si in aliquo spacio sit color vel sonꝰ dicendū sit vacuū respōdet ꝙ si sit susceptiuū corporis tangibilis tūc est vacuū alias non. Male ergo dicitur ꝙ vacuum est in quo nihil est quia dato aliquo spacio sine dimēsione vel quantitate in qua sit color ⁊ in qua potest contineri corpꝰ tūc tale spaciū est vacuū licet aliqd̄ in eo sit Tūc probat̃ conclusio qꝛ omnis locꝰ est repletꝰ corpore est enim terminus corporis continētis ergo nullum est vacuum.

¶ Item videmus ꝙ natura fugit vacuū vnde grauia ascendunt ne sit vacuū in vniuerso

¶ Tertia conclusio nō ē ponendū vacuū corporibꝰ imbibitū vt dicebat democritꝰ qꝛ scdʒ eos ideo ponit̃ vt sit causa motus qꝛ vacuū ē causa raritatis ⁊ leuitatis secundū eos ergo vacuū nō est causa motus deorsum ipsorum grauium.

¶ Item vacuum est intrinsecum corpori ergo mouetur cum corpore ergo est in alio loco cum ergo vacuum sit locus sequitur ꝙ loci erit locus. Item si vacuū est cā morꝰ ergo ipsum met vacuū deberet velocissime moueri q̄d tamen est falsum.

¶ Item si vacuum esset locus simul existens cum ipso locato sequeret̃ ꝙ plures dimensiones possent esse simul scilicet dimensiones ipsius vacui ⁊ corporis cōtenti ⁊ pari ratione omnes dimensiones possent esse simul quod est falsum qꝛ secundū San. T. hic lec. 13 non potest ymaginari ꝙ hec linea sit alia a linea sibi equali nisi inq̄ntū ymaginamur vtramqꝫ esse in alio ⁊ in alio situ.

¶ Conclusio quarta diuina potentia posset esse vacuū qꝛ deus posset anichilare omnia elementa ⁊ tūc videt̃ ꝙ inter celū ⁊ terrā esset vacuū et Sanc tho. dicit in vacuo posse fieri motum hoc aūt nō esset verū si implicaret vacuū esse Item vel vacuū capitur pro dimensionibus siue pro quantitate nō continente aliquod corpꝰ ⁊ clarū est ꝙ deus potest facere dimensiones separatas vel non capit̃ pro dimensione contenta a loco sed potius pro ipso loco qui dicit superficiem cū respectu ad primū continens ⁊ hoc totū potest deus cōseruare destructo locato sed nunq̄d locus sacramenti eucharistie est vacuū sic dicit sanctꝰ thomas tertia parte q non: quia repletur speciebus. q 76. ar 52.

¶ Contra hec arguit̃ per rationes antiquorū. Primo videt̃ eīn partes eorū que cōdensant̃ cōuenire in inuicē ⁊ sic vna pars subintrat aliam ergo in alia sunt quedam vacuitates. Antecedens declarāt qꝛ vas tantūdē continet de vino cū vtribus q̄ntum sine eis. Item illud quod mouetur localiter vel recipitur in pleno vel in vacuo non primū quia tunc duo corpora essent simul.

¶ Secūdo argumētatio fit per receptionem alicuius corporis illa autē pars nō potest recipi in pleno ergo in vacuo ergo habetur intentū.

¶ Item vas plenū cinere vel farina tātū recipit de aqua q̄tū si non essent cineres quod non fieret nisi essent alique vacuitates inter partes cinerū igitur. Item vel in rarefactione vna pars semper cedit alteri ⁊ tunc rarefacta vna parte oporteret totū aerē vsqꝫ ad celū moueri vel vna pars subintrat aliam ⁊ tunc oportet ꝙ in ea sit quedam vacuitas.

¶ Tertio arguūt quidam ponendo ꝙ duo corpora plana se tangant ⁊ separentur tunc aer subintrans prius perueniet ad extrema q̄ad mediū illorum ergo in illo priori erit vacuum in medio. Item volo ꝙ tota inferior pars dolij auferatur tūc manifestū est ꝙ vinū inferius exibit ⁊ sic descendet ergo in parte superiori dabit̃ vacuū qꝛ pono ꝙ superius nullus aer possit subintrare.

¶ Quarto ponatur os follis in foramine alicuius vasis sic ꝙ occupet totū illud foramen ⁊ nō sit aliud in ipso vase ⁊ eleuent̃ latera follis tūc aer existens in illo vase ingredit̃ follē ergo vas remanet vacuum. Item impleat̃ vas fortissimum aqua calida ⁊ obstruat̃ ⁊ postea cōgelet̃ illa tūc manifestū est ꝙ minorē locū occupabit qꝛ condensat̃ ꝑ frigiditatē ergo in aliqua parte manebit vacuum.

¶ Quinto locus est causa motus naturalis sed nō est causa inq̄ntum plenus est quia vt sic impedit receptiuum alterius corporis quod ad ipsum naturaliter mouet̃ ergo est locus inq̄ntū est vacuum. Item materia est locus forme vel causa mutationis ad formam ratione priuationis ⁊ carentie ergo vacuum quod dicit priuationem est causa motus ergo vacuum est.

¶ Sexto bene sequitur vacuum est locus nō repletus corpore ergo vacuū est a propositiōe de est tertio adiacēte ad ꝑpositionē de secūdo vel a puncto

ad diuersa qꝛ esse vacuū est ꝯiūctū ꝛ esse est pars eiꝰ ¶ Item omnis locus est sed vacuum est locus ergo vacuum est ¶ Item extra celū nihil est ergo ibi ē vacuum. ¶ Item annichilet deus elementa cū sint corruptibilia tūc queritur vel partes celi tangent se ꝛ tunc celū destrueret̄ vel non ꝛ sequit̄ ꝙ natura tūc non abhorreret vacuū. Forte negas: quis inter duo instātia necessario mediabit tempus ergo est mediū inter oriens et occidens alias essent immediata ꝛ si mul quia illa sunt simul que non habent medium. 5. phisi. t. c. 22. ꝛ que non distant distantia autem non est nisi in medio reali. Contra deus potest distincta se parare.

¶ Octauo arguitur. Nam si aliquod vas sit repletum aqua tunc illud potest adhec recipere denarios: ergo in pecuniis est ponendum vacuum vel in ipsa aqua.

¶ Item infra testam oui non fractam aliquando reperitur aliqua concauitas in qua nullum corpus videtur esse igitur est ponendum vacuū. Antecedens patet qꝛ si esset aliquod corpꝰ maxime esset aer: sed hoc non est dicendū igit̄. Maior patet quia per testā oui non potest intrare aer. Posset enim aliquis ad hoc dicere ꝙ aliqua portio oui euaporatur ꝛ in aerem resoluitur ꝛ ꝙ talis aer talem concauitatem repleret. Contra quia ex vno pugillo aque fiunt decem aeris ergo aer multo maiorem locū occupat ꝙ̄ occupabat illa ps oui que est in aerem conuersa quod tamen ibi non videtur fieri posse possibile: igitur ibi est ponendum vacuum.

¶ Nono arguitur ꝙ vacuum per potentiam supernaturalem non possit esse quia si deus faceret vacuū tunc faceret nihil cum vacuum nihil sit consequens falsum est: ergo ꝛ antecedens. Item implicat contradictionem vacuum esse ergo vacuum non potest esse per potentiam supernaturalē. Antecedens pꝫ quia bene sequitur ibi est vacuum ergo ibi non est locus consequens pꝫ quia locus dicitur relatiue ad locatum sed si vacuum esset non esset locatum in eo ergo non esset locus. Etiam bene sequitur vacuū est ergo locus est quia vacuum est locus non repletus corpore aptus natus repleri ergo si vacuum esset locus esset sed iste implicant locus est ꝛ locus non est cum ista locus non est inferat istam nullus locus est que est contradictoria istius locus est.

¶ Decimo contra diffinitionem vacui probando ꝙ punctū sit vacuū qꝛ pūctum est locus non repletꝰ corpore: ꝙ enim sit locus paꝫ qꝛ angelus potest esse in puncto ꝛ vnū pūctū pōt esse in alio vel simul cū eo. Item secundum aristotelem vacuū non est causa motus ergo ad phisicū non pertinet determinare de vacuo. ¶ Item arguit̄ ꝙ motus naturalis nō ē prior violento qꝛ posterius non ē sine priori sed motꝰ violentus ē sine naturali vt paꝫ quando graue mouet̄ sursum tūc ibi ē motus violentꝰ sine naturali ꝛ nullus ē ibi naturalis actu.

¶ Ad primum dicit Sanctus Thomas vinum in vtribus condensari ꝛ ideo antiqui putabant ꝙ vna pars subintraret aliam quod tamen nō ē verū. alij dicunt ꝙ vtres imbibūt vinū ꝛ ideo videt̄ simul esse cum vino nec ē credendum ꝙ vas cū vtribus tantū contineat vinū sicut prius. ¶ Ad aliud dicit̄ ꝙ motū localiter recipit̄ in pleno qꝺ condensat̄ adueniente alio corpore. Sed contra non frigefit: ergo non condensatur. Negatur consequentia quia modicum potest aliquid condensari dato ꝙ non frigefiat.

¶ Et per hoc patet ad secundū de cineribus dicit̄ ꝙ cineres consumunt aquam ꝛ in se habent poros ꝛ ideo videt̄ ꝙ tantundem continetur in vase de aqua sicut prius. ¶ Aliud soluit̄ sicut primū. Unde quādo vnum corpus rare fit tunc corpus circūdans aliquanto condensat̄ ꝛ opposito modo dicat̄ quando aliquid condensatur rarū enim ꝛ dēsum opposito modo se habent ꝛ contrariantur. Sed contra idem ē rarū ꝛ densum ergo non cōtrariant̄. Antecedens paꝫ quia aqua ē rara ꝛ densa. ¶ Item arguit̄ ꝙ nichil sit maius rarū qꝛ partes vniuscuiusqꝫ rei sunt ita propinque sicut priꝰ qꝛ semper in continuo partes sunt immediate ¶ Item sequeret̄ ꝙ terra posset esse magis densa ꝙ̄ modo sit ꝛ ignis magis rarus ꝛ per consequens moueret̄ magis sursum. ¶ Item per idem terra moueretur magis deorsum ꝙ̄ modo que tamē modo descendit vsqꝫ ad centrum. ¶ Item tunc ex vno pugillo terre generarent̄ plusqꝫ decem aque cōtra aristote. qꝛ ex decem pugillis aque pōt fieri vnꝰ pugillꝰ terre ꝛ ex qualibet decima parte poterūt generari decem pugilla aque. Dicendum ad primum ꝙ hoc est respectu diuersorū. ¶ Ad aliud dicitur ꝙ partes mediate non sunt ita propinque sicut prius. ¶ Ad aliud dicitur ꝙ dato ꝙ terra esset magis grauis tamen non moueretur ad locum magis deorsuꝫ licet velocius moueretur. Ad aliud dicitur ꝙ dictuꝫ philosophi intelligitur de terra existente in sua naturali densitate.

¶ Ad tertium dicit̄ ꝙ secūdū aliquos nunqꝫ duo corpora plana possunt se tangere sed contra aer planus potest tangere aquaꝫ ꝛ tunc redit difficultas in separatione istorū corporum. ¶ Item due medietates lapidis se tangūt. ¶ Item lapis proiectus contra aliū frangit eū ergo tangit ipsum. ¶ Item quid impedit grossissimū lapidem ne descendat donec tāgat alium sed de hoc in secundo de anima. Alij dicūt ꝙ illa corpora non possent separari secundū omnes partes simul vt puta si ponatur ꝙ aqua immediate tangat asserem ꝛ ibidem congelet̄ tunc vnū corpus planuꝫ tanget aliud sed non poterit separari nisi frāgat̄. Ad aliud dicit̄ a quibusdam ꝙ vinū non exibit sed contra est corpus graue ergo descendit.

Iteꝫ querit̄ a quo detinet̄ dicūt ꝙ detinet̄ a natura vniuersali q̄ abhorret vacuū qꝺ pꝛ ad sensum nō est vinū faciliter exit nisi detur sibi ventus. dico vinum descēdet in illo casu successiue.

¶ Ad quartum dicitur ꝙ latera follis poterunt frangi sed non separari notabiliter. Et ita dicatur ad aliud.

¶ Ad quintum dicitur ꝙ locus non est causa motꝰ aliquomō ꝑ tacto sed ꝑpter cōuenientiā quaꝫ habet cū locato. Ad aliud dꝛ ꝙ ꝑuatio nō est cā generationis per se qꝛ nihil influit.

¶ Ad sextum dicunt quidam ꝙ ille propositiones sunt de actu signato vt sensus sit vacuum ē locus id est significat locū vacuū tamen nichil est. Alij negāt illas consequentias sicut non sequitur adam est homo ergo adam est: sed istud est logicale. De oriente autem ꝛ occidēte an tūc distarēt dicitur ꝙ sic priuatiue vel distantia esset in altero illorū ꝛ non ē in medio nec ē simile de tempore lꝫ deus vtrūqꝫ possit. deinde dicit̄ scđm San. Tho. ꝙ extra celū non est vacuū. Sed nonne corpus vnius beati exīs extra celū est in vacuo cū non sit in pleno. dicit Sanctꝰ Tho.

3.par.q.57 .ar.4.ad sc'm ꝙ extra celum non ē naturum esse corpus localiter ita ꝙ nō est ibi locus susceptiuus corporis. Sed nonne inter duas manus beati existentis extra celum est vacuū si sic videt ꝙ beatus naturaliter posset facere vacuum q; naturaliter pōt ire supra celum empireum secundum San tho. quo.6.ar.3. Item si corpus christi sit extra celum quomodo ergo pōt videri ab oculo corporali a beatis cum ibi non sit medium per quod multiplicentur species in oculis eorum que sunt a latere sed de his alias.

¶ Ad octauum dicitur a quibusdam ꝙ per siccitatē pecunie aliqua pars aque consumitur. Deinde dicit ꝙ per testam oui que est porosa transit aer.

¶ Ad nonuȝ dicitur ꝙ propterius posset dicere ꝙ deus non potest facere vacuum: quia hoc implicat contradictionem ⁊ tunc nulla esset determinatio s.e. dicentis ꝙ mobile positum in vacuo mouetur successiue ideo dico ꝙ vacuum est locus. id est vacuum supponit pro aliqua superficie alicu⁹ corporis que apta nata est aliquid continere licet de facto nulluȝ corp⁹ contineat. Quidam dicunt ꝙ vacuum de materiali significat illam superficiem ⁊ de formali dicit priuationem scilicet carentiā corporis. Et si queratur quare aliquod significatuȝ dicitur materiale dicunt ꝙ se habet per modum materie que determinabilis est ꝑ formam sic etiam idem significatum formale determinabile est per diuersa significata formalia vt patȝ quando eadem res dicitur vera ⁊ bona.

¶ Dubitatur an quando in aqua duo digiti se tangunt aqua sit penetratiue cum digitis quia experientia docet ꝙ inter digitos manet humiditas aque ergo ⁊ subiectum eius scilicet aqua ⁊ tamen digiti fuerunt immediati. Item due linee naturales possunt esse simul ergo ⁊ due linee mathematice: q; realiter idem sunt ergo duo corpora etiaȝ mathematica possunt esse simul vel oportȝ ꝙ ī vno sit vacuitas in quo aliud recipiatur. Dicēdum ꝙ illa humiditas est subiectiue in digito sicut supradictū est de pane posito in vino aliqua enim est pars in qua nō est realiter vinum quia si in qualibet pte panis essent pori ibi non esset aliqd de pane q̄libet tū pars est humida.

Deinde videndum est de altera parte questi videtur ꝙ in vacuo fiat motus in instanti quia nisi sic sequeretur per argumentuȝ philosophi ꝙ aliquid ita velociter mouetur in pleno sicut in vacuo immo velocius ponamus enim ꝙ lapis in vna hora pertranseat a spaciū in pleno ⁊ in medietate illius hore pertranseat tantūdem in vacuo tunc pono ꝙ illud medium fiat in duplo rarius ⁊ minoris resistentie tunc in illo pleno in duplo velocius mouebit q̄ prius ergo mouebitur ita velociter sicut in vacuo. Forte dicis ꝙ nulla est proportio. Contra motus factus in vacuo fit in tempore ergo habet aliquam proportionem in tempus in quo fit motus in pleno. Sed contra omne corpus dum mouetur localiter prius pertransit minus q̄ equale ⁊ equale q̄ maius ergo in vacuo non fit motus in instanti sed successiue: si enim fieret in instāti sequeret ꝙ naturaliter possit esse mot⁹ infinit⁹ supposito vacuo.

¶ Respondeo dicendum ꝙ per velocitateȝ motus philosophus probat vacuū non esse vnde propter duo motus est velocior vel tardior: scilicet Ratione medij quod est magis rarum vel densum. Secundo ratione mobilis ꝙ est magis graue vel leue. Itē motus aliquando impeditur per medium quod contrafertur vt quando quis nauigat contra cursum aque. Sequit ergo de mente aristotelis dicendū.

¶ Dicendum ergo ꝙ nullum est vacuū q; alias oīa mobilia mouerentur in instanti q; talis est proportio motus ad motum. In velocitate ⁊ tarditate qualis est proportio medij ad mediuȝ: sed pleni ad vacuum nulla est proportio ergo nulla est proportio mot⁹ facti in pleno ad aliū: sed mot⁹ fact⁹ in pleno est in tēpore ergo alius est in non tēpore id est in instanti. Itē arguat per rationē ante oppositum.

¶ Sed circa hec Sāctus Thomas mouet tres difficultates videtur eī ꝙ motus factus in vacuo habeat proportionem ad motū factū in pleno quia quilibet motus habet determinatam velocitatē ex proportione potentie motoris ad mobile etiam si nullū sit impedimentū ꝙ patet exemplo ⁊ ratione quia primum celū non mouet in pleno nec habet impedimentum ⁊ tamen mouet successiue ⁊ in certa proportione. Ratione sic dato ꝙ in medio nullū sit impedimētum adhuc motus est successiuus secundum prius ⁊ posterius ipsi⁹ magnitudinis sup quā fit mot⁹ vnde ꝑ impedimētū mot⁹ retardat: sed ipso sublato adhuc motus naturalis est determinate intensionis.

¶ Secunda difficultas si medium quod est plenum impedit motum vt dicit Philoso. sequitur ꝙ in istis inferioribus nullus est motus purus non impeditus.

¶ Tertia difficultas in corporibus naturalibus est determinatus terminus raritatis ⁊ densitatis: ergo non semper est accipere copus rarius secundū quālibet proportionem temporis.

¶ Ad primam dicit auerrois ꝙ velocitas vel tarditas motus consurgit quidē ex ꝓportione motoris ⁊ mobilis: sed oportet mobile esse aliquomodo resistēs motori sicut patiens quodāmodo ⁊ contrarium agēti que quidā resistentia potest esse ex trib⁹. Primo quidē ex ipso situ mobilis ex hoc enim ipso ꝙ mouēs intendit transferre mobile ad aliquod vbi ipsum mobile in alio vbi existens repugnat intētioni motoris. Scdo ex nā mobilis sicut apȝ in motibus violentis vt cum graue proijcit sursum. Tertio ex parte medij omnia enim hec tria accipienda sunt simul vt vnum resistens ad hoc ꝙ causetur vna causa tarditatis in motu ꝙ ergo celum successiue moueat hoc est ꝓpter primā causam tm̄: grauia aūt successiue mouent ex pte medij ⁊ ideo dicit ꝙ remoto medio graue in instāti moueret in instanti. Sed contra graue est quātū: ergo si sit in vno vbi impossibile est ꝙ sit in alio remota forma vt ymaginat com.

¶ Item tūc aliquid posset esse in eodē instanti sursum ⁊ deorsum: q; graue motū in instanti simul ē sursum ⁊ deorsum: ergo contraria sunt in eodem: scilicȝ vbi sursum ⁊ vbi deorsuȝ. Itē si angel⁹ q̄ nullā habȝ resistentiā ex parte medij posset se mouere in instanti sequeretur ꝙ non posset dari maximus locus in quo posset esse angelus cuius oppositū dicūt multi theologi ⁊ patet consequentia: q; angel⁹ mot⁹ in instanti est simul sursum ⁊ deorsum. Item tūc corp⁹ pedale ꝑ aliquod instans cōmensuraret corpori sex pedū immo toti distantie que est inter terram ⁊ celū: q; si mouet in instanti tūc in illo instanti corpus pedale est in toto spacio quod est inter terram ⁊ celum. Item ponatur ꝙ per vacuum graue descendat ⁊ leue ascēdat

sequeretur ꝙ ista duo corpora essent simul ⁊ penetra
rent se quia quodlibet illorum vel q̄libet pars vniꝰ
est vbicunq; est pars alterius: quia aduersarius di
cit ꝙ in illo instanti transit totum vacuum. Forte di
cis ꝙ obuiabunt sibi in medio. Contra stat ꝙ vnum
sit maioris virtutis q̄ alterū: ergo citiꝰ pertransibit
totum spatiū q̄ aliud: ergo in minori tempore q̄ in
instāti. Opinionē cō. tenet grego. de arimino in secū
do: ⁊ Albertus magnus. sed cum San. Tho. dicen
dum est ꝙ impossibile est aliquid moueri in instanti si
cut impossibile est aliquid esse circūscriptiōe in duo
bus locis. Aristoteles tamen bene contra antiquos
dicit ꝙ si esset vacuū mobile in eo positum mouere
tur in instanti: qꝛ secundum anti. tota successio in mo
tu prouenit ex parte mediū hoc tamen est falsum: qꝛ in
eodem medio corpus magis graue velocius mouet
sed ꝯ philosophus in suo argumento supponit ꝙ ali
quid moueri posset in pleno hoc autem negant phi
losophi contra quos arguit: vt videtur: ergo non
concludit.

Ad secundam difficultatem dicit San. Tho. ꝙ
non inconuenit motum naturalem habere impedi
mentum: quia per motum naturalem fit recessus ab
eo quod est contra naturam.

Ad tertiā dif. respondet ꝙ nulla raritas repugnat
rebus naturalibꝰ ex natura corporis mobilis inq̄tū
est mobile de quo determinatur in phisica sed ex natu
ra determinata p̄ formarū vel dicit ꝙ scđz anti. ꝯtra
quos arguit. p̄ non est determinata raritas in na
turalibꝰ. sequitur ergo principalis.

Conclusio scđm rei veritatē non ē ponendū va
cuū propter motū dato tamen ꝙ esset vacuū adhuc
posset esse motus: sed esset successiuus: probat per
motū celi qui successiuus est: sed dices ꝙ ē successiuꝰ
qꝛ angelꝰ mouet ita velociter sicut sibi placet. Con
tra multi dicūt deū agere necessitate nāe ⁊ gre. dicit i
scđo ꝙ primus motor immediate mouet primū celū
q̄ successus in p̄mo celo p̄uenit ex natura motus.

Contra hec arguit natura abhorret vacuū: ergo
si deus annichilaret hanc domū aer moueret instan
ti: qꝛ si moueret successiue sequeret ꝙ per aliq̄d par
uum tēpꝰ esset vacuū vbi nūc est ista domꝰ. Item in
vacuo nulla ē resistentia: ergo motus in eo factꝰ fit
in instanti: antecedens patet qꝛ vacuū nichil ē. For
te dicis ꝙ successio illiꝰ motꝰ ē ex resistentia proue
niente ex hoc ꝙ mobile ē distinctū a motore: vel ex
incompossibilitate termini a quo ⁊ termini ad quē.
Sed contra sequeret ꝙ deus nichil posset mutare in
instanti: qꝛ omne mobile ē ab eo distinctū hoc tamen
est falsū: qꝛ deus facit subito corpꝰ suū esse in sacra
mento altaris ⁊ aīa sua subito descendit ad infernū
vt dicit capreo. Itē tūc aliq̄d resisteret deo hoc mō
Item volo ꝙ deus continue diminuat resistentiam
celi tūc angelꝰ semp poterit ꝑm velociꝰ moueret q̄ si
nulla sit resistentia p̄ diuinā potentiā sequit ꝙ pote
rit moueri in instanti.

Secundo ad idem arguit: sequeret ꝙ vnū mobi
le esset eque velociter mobile ab angelo sicut aliud:
qꝛ nulla est hic resistentia nisi ex distinctione mobilis
ad motorē Item angelus scđm theo potest se face
re in loco magno ⁊ paruo: ergo in illo loco pōt moue
ri in instanti: quia non est ibi incompossibilitas ter
mini a quo ⁊ termini ad quem.

Tertio aliqua alteratio fit in instanti ⁊ tamen in
motu alterationis est incōpossibilitas termini a quo
⁊ termino ad quem. Antecedens patet: qꝛ alteratio
non est motus continuꝰ. Item illuminatio fit in instā
ti ⁊ visio non obstante distinctione inter agens ⁊ pa
tiens. Item beatus post resurrectionē per dotē sub
tilitatis ⁊ agilitatis poterit moueri in instanti alias
requireret duplex tēpꝰ ad pertranseūdū duplex spa
cium. Item signet tēpus in quo lapis pertransit to
tū vacuū ⁊ sit in vna hora. Arguit sic: cū medietate
hore stat incompossibilitas termini a quo ⁊ termini
ad quē: ergo medietas hore sufficit ad pertranseun
dū totū illud vacuū ⁊ iterū eodēmodo arguit de me
dietate illius medietatis. Itē si in omni motu esset
predicta resistentia sequeret ꝙ omnis motꝰ esset vio
lentus cū omne resistens faciat violentiā. Itē quod
non est causa motus non est causa successionis cum
successio de essentia motus sit sed predicta incōpos
sibilitas terminorū vel distinctio motoris a mobili
non ē causa motus vt patet discurrēdo per singulas
causas: ergo non ē causa successionis. Si dicas ꝙ
sit causa efficiens: ergo quando ista sunt maiora tā
to esset velocior motus ⁊ per ista eadē argumēta p̄
baret ꝙ mediū nō est cā successionis in motu.

Quarto quando medium in duplo minus resistit
tunc motꝰ ē in duplo velocior: ergo si nullo modo re
sistit fiet in instanti: antecedens patet: qꝛ proportio
motoris ad resistentiā ē dupla. Forte dicis ꝙ non ē
dupla ad aggregatū ex resistentia mediī ⁊ ex resisten
tia que ē ex distinctione mobilis. quero ergo in qua
proportiōe ē vel augeat donec sit sub dupla ⁊ eque
bene procedit argumentū per regulas in fine septi
mi phisicorū. Itē illud velocius mouet quod citiꝰ
diuidit mediū ratione sue figure: q̄ in vacuo vnū cor
pus mouet ita velociter sicut aliud: quia nullum est
ibi medium diuidendum.

Quinto arguitur ꝙ in vacuo non sit motus suc
cessiuus: qꝛ in vacuo nulle sunt differētie ꝑpositio
nū ergo ibi non est motus ⁊ possunt fieri argumenta
aristo facta articulo precedente. Item omnis motꝰ
dependet a motu celi. sed in vacuo mobile non reci
peret influentiā a celo: qꝛ non est ibi mediū differēs.
Forte dicis ꝙ motus animalis non dependet a celo
⁊ ideo animal posset moueri in vacuo. Contra: quia
animal indiget respiratione. ergo non potest esse in
vacuo Itē vacuū secundū antiquos ē quedā di
mensio: ergo resistit mobili: ergo data opinione anti
quorū de vacuo adhuc non habetur ꝙ mobile in eo
positū moueat in instanti. Item dato ꝙ resistentia
esset a medio sequeret ꝙ nichil posset moueri in ae
re supposito ꝙ aer sit infinitus: qꝛ in corpore infini
to ē infinita virtus: ergo ibi ē infinita resistētia. For
te dicis ꝙ antiqui bene dicebāt vacuū esse quasdam
dimensiones tamen ille nō sunt in corpore ⁊ ideo nō
resistunt nisi propter raritatē ⁊ densitatem ⁊ propter
quātitatē: ergo quātitas separata resistit. Itē sepa
retur quantitas ab aqua ⁊ aere adhuc mobile faciliꝰ
transibit per quantitatē aeris q̄ aque: ergo quanti
tas resistit. Forte dicis ꝙ verū ē propter raritatē ⁊
densitatem suam. Contra rarū est quod minus habz
de materia sed tunc ibi nulla esset materia: ergo quā
titas separata non est rarior altera.

Sexto quando predicatū repugnat subiecto ra
tione differentie proprie ⁊ specifice tūc propositio ē
impossibilis licet predicatum possit conuenire gene
ri illius speciei vnde ista est impossibilis homo est ir
rationalis: licet ista sit vera animal est irrationale: q̄

licet corpꝰ mobile possit in infinitū rarefieri tamen
ista ē falsa aer pōt in infinitum rarefieri.
¶ Ad primum dicendū ꝙ tunc per aliquod tempus
esset vacuum miraculose ⁊ miraculo presupposito.
Ad aliud concedo deum nichil posse mouere in in-
stanti nec potest tollere omnem resistentiā vt supra
dictum est nec corpus suū est in sacramento per mo-
tum localem: nec anima in instanti mouebat: sed deꝰ
eam pōt ponere in duobus locis nō localiter tamen
Si arguat expositore hoc vbi deus pōt facere in in-
stanti ⁊ hoc vbi scdm essentiam est motus localis ex
terno phi. ergo motū localem deus pōt facere in in-
stanti. Item deus pōt velocius mouere celū q̄ que
cūq̄ intelligentia: sed in quocūq̄ tempore pōt mo-
ueri ab intelligentia: ergo potest in instanti moueri a
deo. Item deus posset facere ꝙ nunc ego essem de
nouo circūscriptiue rome desinendo esse hic ⁊ tunc
ego essē motus localiter in instanti: quia motus loca-
lis nichil est q̄ successio locorum per San. Tho. in
4. di. 44. q. 2. ar. 3. q. 3. Forte dicis ꝙ tunc non
essem motus sed mutatus localiter hoc est disputa-
re de nomine. Dicendum in illo casu fortes mouetur
in duobus instantibus vel in tempore discreto sicut
angelus quando mouetur motu non continuo. Nec
loquimur de motu q̄tū ad suam essentiam sed quan-
tum ad omnia que sunt de ratione motus quorum
vnum est successio.
¶ Ad scdm dicitur ꝙ non omnia sunt equaliter mo-
bilia ab angelo motu violento nec etiam motu natu-
rali si firmamento adderetur alia stella videtur secū
dum phm ꝙ angelus non posset mouere ipsum. Nec
etiam angelus potest mouere totā terrā San. Tho.
de malo. q. 16. ar. 10. ad. 8. quia hoc nō est proportio-
natum nature ipsorum vt mutent ordinem elemento-
rum mundi. Ad aliud dicitur ꝙ angelus in tempore
discreto composito: scz ex duobus instantibꝰ potest
transire de paruo loco ⁊ etiam maximo loco in quo
poterit tamen non mouetur in instanti. Et si dicatur
pono ꝙ nunc operetur de nouo in isto loco et nunq̄
prius alicubi tunc est nunc primo in isto loco: ergo in
isto instanti mouet nō valet consequentia.
¶ Ad tertium San. Tho. in. 4. di. 44. q. 2. ar. 3.
q. 3 dicit ꝙ mutationes que habent vnum terminum
tantum positiuū ⁊ alterum puram priuationem possunt
fieri subito. Motus autem localis est inter diuersa
vbi contraria ⁊ ideo requirit successionem: secus au-
tem est in aliis productionibus. Ad aliud dicitur ꝙ
in vacuo successionem mēsurenda est secūdum ppor-
tionem mensurantis. Ad aliud negatur cōsequentia
quia medium vel incōpossibilitas terminorū non sunt
nata ex toto impedire motum vel nō est violētia q̄tū
est ex parte motus: sed ex parte medij quod diuidit
ratione cuiꝰ mobile nō ita velociter mouet sicut na-
turaliter natus est moueri. Sed contra sequeretur ꝙ
corpus naturale esset natum habere aliquam veloci-
tatem q̄ nunq̄ habebit ⁊ sic aliqua aptitudo esset
ociosa per tempus eternum ⁊ in tota specie: pz cōse-
quentia: quia mediū facit ꝙ mobile tardius mouet
q̄ si nullum esset mediū ⁊ ex eodem argueretur ꝙ in
vacuo mobile non moueret naturaliter in instanti:
qꝛ cum nunq̄ erit vacuū sequit ꝙ priuatur eo quod
pōt sibi cōuenire sm suam naturam. Dicendum ꝙ mo-
bile nō frustratur: qꝛ habet motū suū naturalē: licet
forte nō scdm suum esse ita intensum: vel dicendum
cū San. Tho. in quarto vbi supra ad scdm ꝙ mobi-
le possit in vacuo ⁊ in pleno aliquando eque velocitē
mouentur. Et sic in pleno habet motum illum quem
posset habere in vacuo.
¶ Ad quartum negatur assumptum: sed de hoc in
fine septimi. Si dicat San. Tho. in quarto vbi ve
supra dicit ꝙ aliquando mobile resistit virtuti moue
tis et alio tantum sicut in motu naturali grauiū non
potest esse resistentia nisi ex parte medij quo sublato
mouebitur in instanti: dicendum ꝙ San. Tho. post
cōmētatorē loquitur sub disiūctione ⁊ reprobat mo
tū instantaneum ⁊ cōcedit ꝙ ī aliquo medio subtilissi
mo eque velociter mobile mouetur sicut in vacuo: qꝛ
non erit maior resistentia ex parte medij subtilissimi
q̄ sit resistentia mobilis in vacuo ⁊ sic resistentia me
dij nullam tarditatem adiciet ad motum ⁊ in solutione
ad tertium dicit ꝙ a mouente infinite virtutis nō po
test separari resistentia mobilis q̄ facit ex contrarie
tate habita ad locum quem intendit motor supposi-
to ꝙ sit in alio loco: georgius etiā concedit aliquod
mobile maioris virtutis: scz velocius moueri in ple-
no q̄ aliud in vacuo: sed tamen ceteris paribus hoc
esset incōuenientē s. Et si dicatur cōcessum est ꝙ aliq̄d
eque velociter mouetur in pleno sicut in vacuo fiat:
ergo illud plenum magis rarum tunc minus resistet:
pōt dici ꝙ non vel ꝙ predicta intelliguntur quando
motum in pleno est maioris virtutis: vel mouet mo
tu voluntatis ꝙ etiā aliqua in vacuo moueant succes
siue cōmuniter conceditur ab omnibꝰ: qꝛ fortes posset
trahere lapidem successiue in vacuo. Mixta etiā mo-
uent successiue: qꝛ participant de natura quattuor
elementorum.
¶ Ad quintum dicitur ꝙ deus qui potest facere va-
cuum etiam in eo pōt cōseruare graue: sed quidam
dicunt ꝙ nō descenderet deorsum. Sed cōtra ibi nul
lum ē impedimentū: dico ergo ꝙ mixta poterunt mo
ueri ab agente voluntario cuius motus nō depēdet
a celo. Sed dices saltem lapidis dependet a celo de
hoc alias de dimensionibus separatis videtur ꝙ resi
stāt mobili/ qꝛ alias due dimēsiōes essent simul antiq̄
tamē putabāt ꝙ nō resisterent.
¶ Ad sextum dicitur vt supradictum est ꝙ aliquan-
do argumentum procedit ex falso/ tamen solum ponit
illud falsum gratia exempli ⁊ ad faciliorem intellectum
sicut geometra dicit punctū fluere quando vult ostē
dere lineam esse indiuisibilem sm latitudinem ⁊ pro-
funditatem. Ad vnum quod tactum est de corporibꝰ
gloriosis Sanctus Thomas dicit in. 4. ꝙ imperce-
ptibilis est excessus quo beatus pertransit locum ma
gnum et paruum.

Sequitur in textu. Cōsequens autem dictis. Circa
hunc textum queruntur quinq̄ Primo an tempus sit
ens reale. Secundo an tempus sit numerus motus.
Tertio an tempus ⁊ instans sint idem. Quarto an
tempus differt ab eternitate. Quinto an tempus
differt ab euo.

Ad primum sic proceditur/ videt ꝙ
tempus non sit ens reale. quia si ani-
ma non esset nullū esset tempus/ scdm
philoso hic ergo tempus habet esse
per intellectum/ ergo non est ens rea
le. Sed contra tempus est q̄ntitas/
ergo est ens reale.
¶ Respondeo dicendum scdm San. Tho. le. 35. ꝙ
determinādo de tempore philosophus designat dif-

fcultatem considerationis ⁊ ideo opponendo procedit inquirendo per rationes extraneas id ē ab aliis positas vel sophisticas an tempus sit vel non ⁊ qd sit natura temporis tempus eni esse videtur manifestum scḋm sensum percipientem motum. Notanduz preterea q quidam antiqui dixerunt tempus esse circulationem celi: quia videbant tempora quadam circulatione reiterari. Sed contra hoc arguit Ph. ou. primo quelibet pars temporis est tempus: sed non quelibet pars circulatiōis celestis est circulatio igit̄ Item circulatio multiplicatur ad multiplicationem mobiliuz ita q si essent plures primi celi essent plures circulationes ⁊ tamen non essent plura tempora quia hoc est contra naturaz temporis: q2 non est accipere duas partes tēporis simul nisi vna contineat aliam vt dicit San Tho. Alij dixerunt q tempus est motus seu mutatio. Sed contra motus multiplicatur ad multiplicationem mobiliuz. Item tempus habet propriuz magis ⁊ minus aliud a maiori ipsi⁹ motus: ergo habet aliaz entitatem: antecedens patet: quia aliquando in minori tempore est maior motus. Itez partes tēporis copulantur ad nunc nō sic est de motu. Item mensura differt a mensurato hoc negat scotis. de mensura intrinseca. Alij dixerunt q tēpus est sphera celestis: q2 spera celestis omnia continet sicut etiā tēpus dicitur omnia continere: sed dicenduz q hoc non est vniuoce. Secundo illud argumentuz est in secunda figura ex predicatis affirmatiuis ⁊ ideo hanc opinionem phūs dicit esse fatuā.

¶ Respondeo dicendum q hic consequenter phi. incipit diuidere motū in suas partes subiectiuas postq̄ determinauit de ipso in cōi. Ad diuidendum autē motum in suas species sciendum q tripliciter cōtingit aliquid moueri primo per accidens z sic musicus ambulat vel sanatur 2. per alterum z gratia partis: z sic corpus sanatur quia oculus sanatur. 3 per se primo z sic alterabile alteratur. z eodem modo dicendū est q tripliciter aliquid mouet. Exemplum triplex vt musicus edificat hō percutit z medicus sanat. Motus per accidens vel mutatio per accidens non est diuidenda in suas partes subiectiuas: quia quod est per accidens in infinitum variari potest, motus autē per se debet diuidi in suas species: quia non est in oībus indifferenter: sed inter contraria quo ad motum successiuum vel inter contradictoria q̄tum ad generationem z corruptionem. Sed nonne motus est in qualitatibus mediis dicendum q medium comparatū ad vnū extremū cōtrariatur alteri propter conuenientiā quā habet cū illo extremo.

¶ Notandum preterea q ad motuz quinq; requiruntur scz mouens mobile tempus z terminus a quo et terminus ad quem. Illud autem q mouetur distinguitur a termino ad quem vt quando lignum mutatur de frigido in calidum tunc motus calefactionis est in ligno tanq̄ in subiecto z non in aliquo terminorum: quia motus siue mutatio, non est in specie hoc ē in forma scdm quaz fit motus: sed est in subiecto qd mouetur forma enim non proprie existit nec sibi cōuenit esse nisi tanq̄ quo ergo forma non mouetur. San Tho. de veri. q 1. ar. 6. dicit dupliciter aliquid mutatur: scilicet subiectiue alio mō: quia est illud quo fit mutatio z sic albedo mutatur.

¶ Notandum preterea ad cognoscendum species motus q omnis mutatio fit ex quodā in quodā z inter duos terminos z hoc quadrupliciter: primo de subiecto in subiectum id est de termino affirmato ad terminum affirmatum: secundo de subiecto in non subiectum: tertio de non subiecto in subiectuz: quarto de non subiecto in non subiectum. Et si queratur an materia dicatur subiectum. Dicendum q nō: quia sicut dicit San Tho. lec 2 per subiectum hic intelligimus aliquid ens actu modo materia prima est ens in potentia tantum ideo generatio non fit de subiecto in subiectum. Sed notandum q duplex est generatio quedā est simplex q̄ aliqd simplr gnatur: vt qn sortes fit. Alia est scdm quid vt qn sortes fit albus.

¶ Conclusio prima nulla est mutatio per se ex non subiecto in non subiectum:sed bene per accidens primum patet:quia omnis mutatio est inter contraria vel contradictoria:ergo semper oportet alterum extremorum esse positiuum z alteri oppositum:sed duo predicti termini nō opponunt:secūdum prī:q2 qñ ex albo fit nigrum tunc per accidēs ex nō nigro fit non album.Ex hoc sequit q tm̄ sunt tria genera mutationis per se quia quartum membrum superius factum nō est mutatio per se.

¶ Secunda conclusio generatio non est motus probat philosophus duabus rationibus:prima quia qd simpliciter non est nō potest moueri:sed quod generatur simpliciter est non ens:ergo non mouetur. Ad manifestationē autem prime propositionis dicit philo.q non ens dicit tripliciter:primo secūdum cōpositionem vt falsum.secundo ens in potētia:tertio modo non ens secundū quid z sic albū dicit non ens quia est non nigrum z solū istud non ens potest moueri per accidēs:quia est in subiecto quod mouetur. Sed nonne ex non ente fit aliquid per se dicit Sā. Tho.q sic nichilomin⁹ tamen illud quod fit simpliciter non est. Secundo omne quod mouetur est in loco:sed quod generatur non est in loco:quia nō est igitur.Maior patet quia motus localis est prim⁹:ergo omne quod mouetur:mouet secūdū locum ex quo sequitur q corruptio simpliciter non est motus:q2 motus contrariatur motui. Secundo sequit q sola mutatio de subiecto in subiectū est proprie motus. Tertio sequitur q motus non est per se in predicamento substantie. Unde motū esse per se in aliquo predicamento nichil aliud est q̄ formam illius predicamenti acquiri in aliquo subiecto per motum cuius est per se terminus:quia motus est actus imperfectus cui⁹ perfectio est terminus eius ad quem vnde motus ratione sui termini est in predicamento licet ergo per motū albefactionis acquirat similitudo tamen ad similitudinē nō est per se motus:q2 non est per se terminus albefactionis.

¶ Notandum preterea ad hoc q in aliquo predicamento sit per se motus oportet q ibi reperiantur forme contrarie:quia motus est flux⁹ continuus de vna forma contraria ad aliam secundum intēsionē vni⁹ z remissionem alterius.Et ideo motus nō est in genere substantie:quia substantie nichil est contrarium. Sed hic mouet San.Tho dubium quia secundum philosophum secundo de generatione ignis est contrarius aque z primo libro de celo dicitur q celū non est generabile:q2 non habet contrariū:ergo substantia generabilis habet contrarium. Respondet alexāder q substantia contrariatur alteri secundū formā z non secundū subiectū:sed tunc in substantia posset esse motus.Alij dicunt q ignis contrariat aque secūdū qualitates actiuas z passiuas tantum. Sed contra proprie passiōes causantur ex principijs subiecti ergo si qualitates contrariant principia contrariabuntur:scilicet materia z forma:quia contrariorum sunt cōtrarie cause. Item 10.methaphisice probat q omne genus diuiditur per contrarias differentias differentie autem sumuntur a formis:ergo in formis substantialibus est contrarietas. Dicendum q ibi est aliquomodo contrarietas secundum q vna differentia excludit aliam vel excellit eam:sed hoc non sufficit ad motum sed preter hoc requiritur q ille forme que sunt contrarie maxime distent z q ab vno veniatur in aliud per media per motum continuum secundum intensionem vnius forme z remissionem alteri⁹ z manifestum est q hoc est in substantia. Si dicat in quantitate z in loco non reperitur maxima distantia dicendū q in specie animalis est dabilis minima quātitas et aliqua maxima ad quā terminat mot⁹ augmenti z ita dicat de loco respectu motus localis.

¶ Tertia conclusio in ad aliqd non est per se motus patet quia relatio potest reperiri in aliquo non mutato de nouo:sed mutato altero vt german⁹ fit similis iohanni per hoc q iohannes fit alb⁹ sicut est germanus Sed queritur quomodo est possibile q germanus nunc habet similitudinē quam prius nō habuit z tamen non est mutatus. Respondet Sanct⁹ Tho.le.3.q si aliquis per suam mutationem efficitur michi equalis me non mutato ista equalitas primo erat in me quodammodo sicut in sua radice ex q̄ habet esse reale ex hoc em̄ q habeo talem q̄titatem competit mihi q sim equalis omnibus his que habent eandem q̄titatem. Cum ergo aliquid de nouo accipit illam q̄titatem ista communia radix equalitatis determinatur ad istum z ideo nihil aduenit michi de nouo per hoc q ego incipio esse alteri equalis hec ille. Sed contra aduenit sibi relatio dicendum q ille qui prius fuit pater nato secundo filio per primam paternitatem refertur ad istum:sed ponamus q non fuerit pater nonne tunc aduenit sibi aliquid reale.

¶ Contra predicta arguitur probando q motus siue mutatio sit subiectiue in specie vel in forma secūdum quam fit motus:quia motus est fluxus quidam sed fluxus est in forma fluente:ergo motus est subiectiue in forma vel in specie. Item motus est subiectiue in eo quod mouetur:sed forma est id quod mouet quia est id quod continue variatur de esse in perfecto ad esse perfectum:ergo motus est subiectiue in forma secūdum quam fit motus.

¶ Secundo arguitur q non sola mutatio que est de subiecto in subiectum sit motus proprie dictus:quia in omni motu debet manere idē subiectū sub vtroque terminorum:alias motus non esset vnus.Et si semper maneat idem subiectum sequitur q talis motus non est de subiecto in subiectum:z per consequens mutatio de subiecto in subiectum non est motus. Item sicut se habet subiectum ad subiectum ita non subiectum ad non subiectum ergo si sit mot⁹ de subiecto in subiectum erit motus de non subiecto in non subiectum:ergo non sola mutatio de subiecto in subiectum erit motus.

¶ Tertio arguitur q in substantia z ad aliquid sit per se motus:quia forma substantialis prius inducitur in vna parte materie q̄ in alia:quia non est possibile materiam secundum q̄libet sui partem subijci equaliter virtuti agentis:ergo generatio est mutatio successiua z ita est motus. Item forma substantialis est intensibilis:ergo acquisibilis per motū:antecedens patet:quia vn⁹ ignis est calidior alio:ergo oportet in forma a qua est calor esse diuersitatē. si dicas q hoc prouenit a contrario impediente. Contra secluso impedimento vnus ignis est calidior:sed maior si dicas q calor non est a forma ignis:sed se habet tm̄ passiue. Contra omnis potentia passiua est potentia contradictionis. 9.metha.ergo ignis posset esse frigidus Item omne quod mutatur partim est in termino a quo z partē in termino ad quem sexto

phisi. z hoc est verum in quattuor generibus: ergo
forma substantialis non introducit tota simul z no-
ta q illa propositio non intelligitur de partibus mo-
bilis: quia per eas vult probare q mobile habet par-
tes z sic peteret principium. Item per dealbefactio-
nem fit aliquis similis sed dealbefactio est motus z
similitudo est relatio: ergo per motum acquiritur
relatio in aliquo et per consequẽs in ad aliqd est mot⁹.

¶ Quarto arguitur q relatio nõ possit de nouo ali-
cui attribui nisi transmutatione facta in ipso: q2 sicut
est de qualitate sic videtur esse de relatione: sed qua-
litas nõ potest alicui attribui de nouo nisi facta trã-
mutatione in ipso igitur. Item nullum ens reale po-
test alicui attribui nisi transmutatione facta in eo in
hoc enim videntur differre entia rationis z entia rea-
lia: quia entia rationis scz conceptus intellectus pos-
sunt attribui aliquibus nulla transmutatione facta
in ipsis vt lapis potest esse intellectus nulla transmu-
tatione facta in lapide. Sed entis realia nõ possunt
attribui aliquibus nisi transmutatione facta in ipsis.
Relatio autem est ens reale ergo z c. Item omne qd
aliter se habet nunc q̃ prius videtur esse transmuta-
tum hec videt manifesta in 6. ph⁹. Sed omne illud
quod nunc refertur aliqua relatione reali z prius nõ
referebatur se habet aliter nunc q̃ prius si enim pe-
nitus z eodem modo se haberet nunc vt prius: tunc
sicut prius non erat relatum sic nunc non est relatum
et sic esset relatum et non relatum quod est impos-
sibile ergo.

¶ Quinto vel relatio distinguitur a fundamento
vel non si secundum: ergo ad relationẽ est per se mo-
tus quia ad fundamentum relationis scz ad calidita-
tem est per se motus: ergo z ad ipsam relationem.
Item albedo potest esse sine similitudine: ergo non
est idem realiter cum relatione similitudinis: q2 nulla
videtur esse potior via ad probandum aliqua distin-
gui z per hanc viam philosophus probat materiam
non esse formam z locum distingui a locato: quia lo-
cus manet recedente locato. Item nisi vnio materie
ad formam dicẽt aliquid preter materiam z formam
sequeretur q anima separata z materia essent vnita.
Item nisi approximatio diceret aliquid preter ignẽ
sequeretur q preter ignem nõ requireretur approxi-
matio ad hoc q ageret. Item similitudo z dissimili-
tudo distinguunt specie: ergo non sunt albedo in qua
fundantur. Item relatio z fundamentũ differunt ge-
nere: ergo specie z numero z phũs in ca. de ad aliqd
excludit substantiam a diffinitione eius. Forte dicis
q relatio realis distinguitur realiter a suo fundamẽ-
to z a subiecto. Contra tunc esset processus in infinit-
tum: quia si similitudo differt a subiecto per relatio-
nem z iterum illa relatio differt a subiecto per relatio-
nem aliam. Forte dicis q non: quia secundum auicẽ-
nam vna relatio non fundatur super aliam. Contra
proportionalitas est relatio realis z fundatur in pro-
portione est enim proportio proportionum. Item
San Tho. dicit q vltima predicamenta fundantur
super relationes. Item ad hoc q inter aliqua sit re-
latio realis secundum San. Tho. prima parte q 13.
arti 7. oportet q sint eiusdem ordinis z q. 28 ar. 1.
sed ordo est relatio: ergo omnis relatio realis presup-
ponit aliã relationẽ realẽ z sic in infinitum.

¶ Sexto arguitur ad idem si relatio distingueretur
a suo fundamento capiatur: ergo creatio z arguitur
sic illa terminatur ad substantiam: ergo est substãtia
Item deus sine tali accidente põt ꝓducere creaturã
per suam omnipotentiam.

¶ Septimo si relatio distingueretur a fundamento
capio ergo duas dissimilitudines inter sor. z plato-
nem iste due relationes sunt eiusdem speciei: ergo sunt
similes: ergo per eas vnus non est dissimilis alteri.
Itẽ quero in quo est subiectiue proportio dupla duo-
rum lapidum si in duobus lapidibus: ergo idem acci-
dens esset in duobus subiectis parisius z rome.
Forte dicis q vna pars est in vna parte: quia medie-
tas proportionis duple est in vno lapide z habet pro-
portionem subduplam ad totum. Contra proportio
dupla est totum homogeneum: ergo quelibet pars
eius est proportio dupla. Item tunc proportio du-
pla esset proportio subdupla: quia proportio dupla
duorum lapidum est subdupla ad proportionem duo-
rum lapidum sed contra iste proportiones sunt di-
uersarum specierum: ergo vna non dicitur de alia.
Item ponamus q deus creet sortem per vltimum
instans non esse tunc queritur in quo instãti erit illa
relatio non nunc: quia subiectum suum non est nec in
aliquo instante post hoc: quia quocunq dato illud
est mediatum huic et sic ante illud sortes iam fuit
creatus.

¶ Octauo secludatur relatio idẽtitatis specifice a
sor. vel ergo est eiusdem speciei cum platone vel non.
Forte negas casum. Contra quando adam fuit sol⁹
tunc non habuit idẽtitatem specificam. Item secun-
dum philosophum septimo metha. substantia prece-
dit accidens cognitione/diffinitione/z tempore pre-
cedere autem tempore dicitur quia nõ implicat sub-
stantiam esse sine accidente. Item sit albedo sor. dif-
formis z albedo platonis vniformis tunc quero vel
similitudo sor. ad platonem que in toto est eque intẽ-
sa z tunc sequitur q quelibet pars sor. est eque simi-
lis platoni sicut alia si non ergo idem accidens est
magis z minus intensum. Item fiat sortes magis
dissimilis platoni z minus dissimilis ciceroni tunc se-
quitur idem accidens scz eandem similitudinem in-
tendi z remitti vt si sor. sit albus vt quattuor z plato
incipiat perdere albedinem cicero vero fiat albus
vt quattuor. Item arguitur de approximatione si sit
vna relatio que sit in toto: ergo omnes partes agen-
tis sunt eque propinque passo. Si dicas q quelibet
pars habet suam approximationem sequitur q erũt
infinite relationes sicut sunt infinite partes.

¶ Ad primum dicendum negando minorem: quia
fluxus est in subiecto cũ realiter sit ipsa forma. Sed
contra generatio mensuratur instanti non autem for-
ma rei corruptibilis ymo supradictum est q mensura-
tur tempore. Item phũs hic. T. C. 5. dicit q albedo
non est motus: quia aliquit sequeretur q motus esset
terminus motus. Ad primum dicitur q non: sequit
quia idem esse hominis z anime z tamen esse anime
mensuratur euo esse autem hominis mensurat tem-
pore vt sic secundum San. Tho. in. 4. d. 17. q. 2. ar.
z q. 3. 3. Licet esse hominem sit in instanti. Ad aliud
dictum est supra. Deinde dicitur q esse non est ipsi⁹
forme tan q̃ quod est z ideo forma non variatur: sed
subiectum per formam. Si dicatur quando aliqua
sunt eadem essentialiter si vnum accipit esse per mo-
tum z alterum: si ergo mot⁹ z forma sint idem sequit q
motus accipit esse per motũ dicendũ q motus z for-
ma sunt idem materialiter.

¶ Ad secundum. Negatur sequela: quia licet subie-

ctum sit idem tamen aliter se habet. Ad aliud dicitur quod est dissimilitudo quia non subiecta dicunt duas negationes que non opponuntur sed subiectū sub vna dispositione habet oppositionem ad subiectum aliter dispositum.

Ad tertium dicitur quod quelibet generatio substātie fit in instanti alias essent motus. s t de po. q 3 artic. 9. ad 9. ⁊ articulo. 12. ⁊ q̄ nō an cor generet prius tempore ibidem. ar. 8. ad. .o. si dicas. 3 phisi. philosophus dicit generationem esse motum dico q̄ capit motum pro mutatione vsq; ad quintum phisicorum. Contra in principio huius dicit quod omnis motus est in tempore nec adhuc dixit motū dices quod postea satz declarat quomodo accipiat ad alia patet in corpore. Ad aliud dictum est supra. Sed contra si res generatur in instanti ergo illud quod generatur est quod est contra philosophum. Forte dicis id qđ generatur nō est. Contra hoc modo generatio est alteratio ergo est motus. Item si alteratio fit successiue ergo ⁊ ītroductio forme substantialis quia introductio forme substantialis sequitur sufficientem alteratione. Item per argumenta phi probaretur quod generatio non est mutatio quia quod generatur non est ergo non mutatur. Item quod mutatur est in loco ⁊ mouetur localiter. Forte dicis qđ non quia terra mutatur per alterationem ⁊ tamē nō mouetur localiter. Contra motus localis precedit omnes alios ergo secundum phm̄ hic quod alteratur mouetur localiter. Forte dicis q̄ philosophus per illud quod generatur intelligit materiam. Contra materia est et est in loco saltē per accidens ⁊ tamen philosophus dicit qđ illud quod generatur non est nec est in loco. Item primo phi dicitur quod materia est ingenerabilis sed dices qđ generatur subiectiue quia materia subiectum est generationis ergo est subiectum motus ergo mouetur probatur consequentia quia phūs. 3. phisi. dicit generationem esse motum ⁊ in post p̄dicamentis dicit q̄ motus sex sūt species. Item agens naturale prius agit in propinquum quam in distans ergo in corruptione est successio vt patet per experientiam quando domus comburitur vel ciuitas. Itē si forti successiue abscindentur digiti. Item cor vltimum moritur in homine vt dicit sanctus thomas. Item generatio non est creatio ergo est mutatio de subiecto in subiectum ergo est motus proprie dictus. Ad primum dicitur quod subiectum generationis est materia que est non ens vt supra est expositum. Quidam dicunt qđ in generatione est successio per accidens scilicet ratione alterationis tamen propter hoc non sequitur quod sit motus capiendo proprie motum. Aliter dicitur qđ omnis generatio fit in instanti si sit generatio entis p se subsistentis. Non inconuenit tamen quod vna generatio sequatur aliam ⁊ q̄ plures generationes sibinuicem succedant per instantia. Minimuz enim naturale generatur in instanti ⁊ ita est ibi successio per instantia ⁊ non per tempus continuum. Et per hoc patet ad alia ⁊ ex corpore articuli sed contra licet minimum naturale generetur in instanti tamen hoc est quia non potest esse per se secus autem est de aliis partibus aduenientibus ⁊ vnitas illi. Itē quādo producitur minim⁹ calor vl' agēs illum p̄ducit q̄ci to applicat vel per tēpus disponit aliud inducēdo.

Ad quartum dicitur quod multe relationes sunt rationis tantum ⁊ tales adueniunt sine mutatione subiecti. Secundo dicitur quod acquisitio relationis non est phisica mutatio vel dicitur vt supradictum est quod aliquis fit similis alteri qui tamen nichil acqrit quia prius fuit similis aliis ⁊ nunc per eandem similitudinem est similis isti. Simplicius super predicamenta dicit quod relatio nō est forma ad se sz ad alterum ⁊ ideo si mutari dicatur solum aliud quod aliter se habet ad se tunc non est mutatio in ad aliquid vel dicitur q̄ licet ī ad aliquid sit mutatio nō tamen est motus sicut etiam dictum est de substantis ambrosius dicit generationem esse mutationem ⁊ relationem vt vult scotus. Albertus probat ad relationem non esse per se motum qm̄ termini motus non sunt simul nec ponunt se mutuo secus autez est de oppositis relationibus.

Ad quintum dicit ockam q̄ nulla res extra animam est relatio ⁊ idem tenet aureolus. Alii dicunt quod relationes non sunt alique res. Sed Contra inquit S. T. de po. q. 7. ar. 9. hoc destruit vnitatem vniuersi que est in ordine partium ergo nō est in anima. Item vnio forme causata per agēs naturale nō est in anima. Item approximatio requisita est ad actionem non autem ens rationis. Item quia omnes conclusiones mathematice demonstrant relationes de substantiis quod appar et primo ex auctoritate phi. 13 metha. c. primo in fine. Boni autem maxime spēs ⁊ ordo ⁊ ꝯmensuratio⁊ determinatum que maxime ondūt mathe. scie quia illa ars est in proportione ⁊ mensuris aliquorum adinuicem. Item hoc patet per experientiā p cōclusiones mathe. in quib⁹ omnibus cōiter predicatū est aliqua passio relatiua sicut patet incipiendo a prima conclusione geometrie vbi ostēdit equalitas laterum de triangulo vl de linea recta hoc p̄dicatum posse esse basim vel latus trianguli equilateri ⁊ ita in omnibus aliis puta qđ triangul⁹ habet tres āgulos equales duob⁹ rectis passio demōstrata de tribus angulis trianguli ē ista equalitas duobus rectis ⁊ ita est in aliis. Scotus dicit quod aliqua relatio non distiguit realiter a substātia ⁊ aliq̄ distiguit. 1. p3 q2 aliq̄ relatio non p̄t separari a sbā ergo non differt q2 contradictio est vta ad ostendendum aliqua distingui ergo quādocunq; aliq̄ sunt distincta de vno potest dici esse ⁊ de alio non esse. Sed contra secunduz hoc pater in diuinis posset esse sine filio. Item secundum aristote. impossibile est celum esse sine motu ⁊ quantitate ⁊ totum sine partibus ⁊ tamen hec distinguuntur. Thomiste videntur diuersimode loqui de distinctione relationis sed sicut dictum est in logica communiter nunc tenetur quod in creaturis omnis relatio distiguitur a suo fundamento ⁊ a suo termino nec est processus in infinitum quia distinctio seipsa distinguitur a subiecto ⁊ seipsā refertur ad illud. Sed nonne sortes potest esse sine ista distinctione dicendum quod sic si ipse sit solus. Nec tamen requiritur alia distinctio vt sortes dicatur differre ab ipsa distinctione ⁊ de hoc videtur grego. in. e. di. 28. q. 2. a. ⁊ cap. e. in. 1. di. 30.

Ad sextum dictum ē supra. Nec sine tali creatione sortes esset creatura ⁊ ideo non potest fieri creatura sine creatione sicut nec materia sine formis.

Ad septimum tenendum est relationem proportionis distingui a substantia alias proportio inequalitatis maioris esset proportio inequalitatis minorum quod est impossibile quia tunc motus sequeretur

tur proportionem minoris in equalitatis ⁊ patet sequela quia substantia esset proportio dupla ⁊ subdupla. Item tunc relatio aduenire subiecto de nouo per mutationem subiecti ⁊ motum quia relatio similitudinis secundum istos aliquando est albedo vel calor que per motum acquiruntur dicendum ergo sicut in logica vbi prolixe tanguntur predicta argumenta.

AD secundum sic proceditur videtur quod non tantum ad tria predicamēta sit per se motus quia in actione ⁊ passione reperitur contrarietas ergo ⁊ motus. Item motus est predicamento passionis vt videtur dicere commentator: mouere enim est actio ergo moueri est passio ergo motus est in predicamento passionis. Sed contra est philosophus.

¶ Respondeo dicendum quod ipsius motus non est per se motus nec tanquam subiecti nec tanquam termini primum patet quia motus non est substantia secundum patet quia omnis motus est de vna specie in aliam si ergo vnus motus terminaretur ad alium sequeretur quod mobile moueretur motibus contrariis. Nam motus non est indifferenter ex quolibet termino ad quemlibet terminum sed ex contrario in contrarium igitur egrotatio est ad sanationem tanquam in per se terminū sed omne quod mouetur continue habet partem de termino ad quem igitur quandiu aliquis egrotat habet aliquem motum sanationis et per consequens simul mouetur motu egrotationis ⁊ motu sanationis patet consequentia quia successiua dicuntur esse quando aliqua pars illorum est ⁊ sic idem moueretur motibus contrariis. Item tunc vna generatio terminaretur ad aliam et sic procederetur in infinitum ⁊ sic non daretur prima generatio nec vltima. Item generatio non corrumpitur ergo non generatur antecedens probat philosophus quia esse generationis est suum fieri ergo si generatio corrumpitur oportet quod sit ⁊ fiat sed idem non potest simul fieri ⁊ corrumpi ergo generatio non corrumpitur. Item generatio non habet materiā ergo non generatur. Item si motus terminaretur ad motum cum non sint nisi tres species motus ergo species vnius motus acquiretur per speciem alterius motus ⁊ sic loci mutatio alterabitur. Ex his sequitur quod ad actionem ⁊ passionem non est per se motus quia actio ⁊ passio sunt idem subiecto cum motu. Si queratur. An ad predicamentum quando situs ⁊ habitus sit per se motus dicendum quod non de primo patet quia tempus est mensura motus quando autem iungitur tempori ergo ad ipsum non est motus sicut nec ad passionē quia passio ad motum pertinet. De situ patet quia maxime acquireretur per motum localem sed cōtra talis motus immediate terminatur ad vbi ergo nō terminatur immediate ad situm de habitu patet quia dicit relationem vide. s. t hic lec. 3.

¶ Conclusio responsiua tantū ad tria predicamenta est per se motus scilicet ad quantitatem qualitatem ⁊ vbi. Et si queratur an intensio qualitatis sit augmentatio dicendū quod non sed alteratio. Sed contra non est de cōtrario in contrariū dicendum quod qualitas remissa improprie contrariatur qualitati intense pro ꝯto cum qualitate remissa fiat qualitas opposita secundum esse remissum.

¶ Contra hec arguitur ⁊ primo quod ad vbi non sit per se motus quia ad relationem non est per se motus sed vbi est relatio. Forte dicis quod motus localis terminatur intrinsece ad vbi quod ē relatio ad locum. Contra relatio ⁊ locus nō faciunt vnū ēs per se. Item locus est extra mobile. Item motus primi celi est in predicamento vbi ⁊ tamen non terminatur ad locum nec etiam fit de contrario in contrarium ergo philosophus superius male dixit quod motus proprie fit de contradictorio vel contrario.

¶ Secundo motus immediate terminatur ad quietem ergo non immediate terminatur ad vbi. Item aliquid potest habere nouum vbi sicut superius phi. dicit de relatione sine motu locali vel mutatione subiecti vt patet de sorte modo genito ergo ad vbi non est per se motus. Item motus localis fit inter locum sursum ⁊ deorsū sed ista non contrariantur. Tū primo quia sursum ⁊ deorsum non maxime distant. s. cētrum terre quod est maxime deorsum ⁊ concauum celi quia plus distant oriens ⁊ occidens. Item contraria sunt forme actiue sed sursum ⁊ deorsum non sunt forme actiue nec vnū est corruptiuū alterius nec succedit alteri hec autē omnia conueniūt cōtrariis ergo in predicamento vbi non est contrarietas.

¶ Tertio arguitur quod ad qualitatem non est per se motus quia qualitas acquiritur in instanti vt patet de minimo naturali ipsius caloris si enim acquireretur successiue tunc vna pars posset esse sine alia. Item ad passionem non est per se motus quia passio est idem subiecto cum motu sed etiā qualitas est idē subiecto cum motu alterationis ergo ad qualitatem non est per se motus.

¶ Quarto arguitur quod ad quantitatem non est per se motus quia augmentatio proprie dicta sit per generationem partialem noue carnis sed omnis generatio substantialis fit in instanti. Item quātitas nō intēditur nec remittitur ergo ad quantitatem non est per se motus. Itē secundū. s. t. in essentia albedinis ⁊ aliorū accidentiū non sunt partes ergo essentia illorum non acquiritur successiue ⁊ per consequens non acquiritur per motum.

¶ Quinto in quantitate non est contrarietas ergo nec motus antecedens patet per ph. in predicamentis. Tum quia quantitates non sunt forme actiue. Item vel motus est inter quantitates eiusdē speciei vel non si primum. Contra inter illas non est contrarietas cum contraria specie differant. Nec secundum quia linea ⁊ superficies sunt simul. Item nulle quantitates maxime distant quia quacū que data potest dari minor vel saltem maior quia nō repugnat ignem in infinitum augeri quantum est ex parte sui.

¶ Sexto arguitur quod in generationibus procedatur in infinitum quia secundum aristotelem ab eterno fuerunt generationes ergo iste homo qui nūc est dependet ab infinitis causis per se tenet consequentia quia secūdū S. T. idem homo numero non potest ab alio generari. Item generatio sortis non semper est ergo corrumpitur aliquando contra philosophum similiter arguitur quod ad motum est per se motus quia omnis motus proprie dictus successiue acquiritur ergo oīs motus acquiritur per motum. Itē ī predicamēto situs vel positionis potest reperiri sursū ⁊ de

orsum ergo potest ibi esse motus. Item situs et ubi videntur dicere eandem relationem. scz locati ad locum ergo si ad ubi sit per se motus etiam ad situm. Forte dicis quod situs dicit relationem partium inter se. Contra partes totius non sunt in actu ergo inter eas non est relatio realis alias essent infinite proportiones in aliquo toto secūdū infinitas partes et per consequens infinite relationes.

¶ Ad primum dicitur qđ verū est quod ad relationez cuius esse consistit in indivisibili non est per se motus quō aūt ubi non est penitus īdivisibile dictū est tertio phisi. De motu celi dicitur qđ est de contrario in contrarium scđz q̃ fit ab oriēte in occidentez.

¶ Ad secundum negatur antecedens Ad aliud dicitur q̃ miraculose aliquis posset habere novum ubi sine motu et similiter novam qualitatem. Secundo dicitur quod in sorte genito est novum ubi et nova q̃litas et quantitas ideo concedo quod non ad quodlibet istorum est per se motus cum hoc tamen stat q̃ est per se motus ad ubi et qualitatem. Ad aliud dicitur qđ sursum et deorsū maxime distant non simpliciter sed in ordine ad gravia. t.c.23. vel secundum virtutē conservativam que alia est sursum et alia deorsum et scđm hoc est ibi contrarietas et actio et quodammodo successio. Quidā dicunt q̃ non oportet oīa ɔtraria esse activa quia albedo non est activa.

¶ Ad tertium dicitur in sexto phisi. dato tamen qđ alteratio et augmentatio fiant in instanti secūdūz aliquos adhuc ibi esset per se motus quia nō repugnat alterationem inquantum motus est q̃ sit continua. Sz cōtra eodē modo posset dici q̃ generatio ē per se motus quia non repugnat sibi inq̃tuz est mutatio q̃ sit continua. De passione dicitur q̃ magis convenit cum motu q̃ꝫ qualitas

¶ Ad quartum iam dictum est et satis patet ex predicamentis. secundo dicitur qđ ipsi q̃titati non conveniunt omnes proprietates contrariorum et ideo non est ibi proprie contrarietas. Sed pro q̃to tes naturalis non potest simul stare sub magna et parva q̃titate quidem dicunt q̃ quātitates contrarie non sunt eiusdem speciei ut corpus bipedale et corpus quadrupedale. Sed contra ē eadē q̃titas in numero in sor. sex pedum et octo pedū alias quando sor. augeretur perderet omnem q̃titatem precedentem potest tamen dici quod q̃titas magna et parva differunt in ratione mensure.

¶ Ad sextum dicitur q̃ in generationibus non proceditur in infinitū sic q̃ requirantur infinite generationes actu existentes ad generationem sortis.

Ad aliud negatur consequentia qꝛ accidentia non proprie corrumpuntur potest tamen dici q̃ desunt esse. Sed arguit S. T. opus. 32. dicit q̃ generatio est terminus alterationis phisi. unde. c. 2. Actio physica ad duo terminatur scz ad generationem et formā ergo gñatio acq̄rit p motū id ē habet in fine secūdi phi. Ad aliud dicitur quod motus non est aliud qđ acquiritur sed est illud quo subiectum acquirit formam. Nō est tamen inconveniens q̃ aliquis motus per accidens moveatur ut patet de sanatione que ē in sor. currente. Sed utrum motus localis per accidens moveatur localiter videtur q̃ non quia alteratio non alterat etiā per accñs. Item ɔcretū nō p̄dicatur de abstracto ergo cursus non currit ergo non movetur sorte currente potes negare consequentiā Ad aliud de situ dicitur q̃ differt ab ipso ubi. Quidam dicunt q̃ situs dicitur tripliciter. Primo pro ordinatione partium in toto et sic est differentia q̃titatis Secundo pro ordinatione partiū inter se et ad locum. Tertio pro ordinatione totius in loco et sic est idem quod ubi differens a positione realiter situs autem qui est positio consistit in adaptione partium et sic minima variatio variat situm et non ubi.

Sed contra ponamus ergo quod fiat minimus motus sic qđ sit alia positio et non aliud ubi tunc queritur ad quid terminatur intrinsece iste partius motus localis si ad aliud ubi q̃ ratio spēꝫ ipsius ubi consistit in indivisibili dicendum q̃ qñ ptes eque in dolio variant situm non oportet q̃ acquirat novū ubi burdanus et multi aliū assignant cām quare in predictis tribus predicamentis est per se mot⁹ quia. s. necesse est facto aliquo motu variare responsionem que fit p terminos de aliquo istorum triū predicamentorūz Sed contra facto motu variatur etiam responsio p terminos qui sunt de predicamento passionis et ad aliquid quia hoc dicitur de novo calefieri et magis vel minus distare.

¶ Ad argumentum capitale dicitur quod in actione et passione non est per se primo contrarietas sed ex consequenti. s. ratione qualitatis. Sed cōtra etiam in quantitate non est per se primo contrarietas sed per comparationem ad determinatas nās phisicas quod etiam aliter probatur quia sēper unū contrariorum est essentialiter perfectius alio sed linee sunt eiusdem speciei et similiter omnia corpora de genere quantitatis quia ut dictum est sor. in iuventute et senectute habet idem corpus nume. et cera rotunda. si fiat quadrata.

AD tertium sic proceditur videtur qđ distincta specie possunt cōtinuari. Capiendo unum lignum cuius una pars est alba et alia nigra tunc isti colores sunt continui probatur sic qꝛ colores non possunt esse cōtinui nisi quia sūt in quantitate continua et per accidens ut dicitur in predicamentis sed sic est hic igitur. Sed contra ē philosophus quia differentia specie non possunt facere unum ergo non continuantur.

¶ Respondeo dicendum quod hic philosophus declarat que sunt simul secundum locum continua et cōtigua. et consequenter se habentia. Simul secundum locum dicuntur quecunque sunt in uno loco primo. unde non sufficit quod sint in eodem loco communi quia tunc omnia que sunt in mundo essent simul. Nec oportet quod se penetrent sꝫ oportet quod sint i loco proprio ābob⁹ tāgere aūt s. dicuntur q̃rū ultima sūt simul ultima aūt corporum sunt superficies et ultima linearum sunt puncta que sunt simul cū uno puncto continuentis quando due linee se tāgunt nec ex hoc sequitur quod locatum sit maius loco.

Item consequenter se habent illa que sunt post primum positione vel specie sine medio eiusdem generis ut domus dicuntur consequenter se habere ad aliam domum quando nichil mediat vel saltem non mediat alia domus Ex quo patet q̃ ad ɔsiter se habere duo requiruntur. s. quod sit posterius secūdo q̃ ibi non sit medium eiusdē generis. Et si queraf q̃d est medium dicit phūs q̃ est illud in quod primo aptum natū est pervenire quod continue mutatur. Et sicuter albū et nigrum ponūt colores medij qꝛ ve

siendo de vno colore in alium transitur per istos.

¶ Et notandū ꝙ motus continu⁹ quo primo trāsitur medium ꝙ̄ vltimū ex duobus attenditur scꝫ tempore ⁊ spacio. vnde si mobile quiescat per aliquod paruū tempus non ē vnus mot⁹ sed dato quod spacium sit modicū discontinuatuꝫ adhuc motus ē vn⁹ vt paret in tactu cordarū cythare.

¶ Notandū preterea ꝙ continua sunt quorum vltima sunt vnū vnde dicitur continuū a simul tenendo ⁊ ideo fasciculus lignorum potest improprie dici cōtinuū. Contigua autem sunt oīa tangentia ⁊ omnia continua.

¶ Notandum preterea ꝙ continuitas primo ⁊ per se quantitati conuenit ⁊ ideo alia accidentia non sunt continua nisi per accidens. vnde dupliciter contingere pt̄ ꝙ aliqua non psūt ꝯtinuari primo quia nō habent vltima ⁊ ideo puncta non possūt continuari vnde inter vnū punctum ⁊ aliud semper cadit punctum medium. Secundo qꝛ illa vltima nō sūt vniuoca ⁊ ideo linea ⁊ ambulatio non possunt continuari ⁊ nota licet res non sunt vnū cōtinuitate nisi p ꝙ̄titatem tamen ex materia ⁊ forma substātiali fit per se vnū vt dicetur in secundo de anima.

¶ Conclusio responsiua specie differentia non possunt primo ⁊ per se cōtinuari quia vltima eorum nō sunt vnum simpliciter possunt tamen continuari p accidens vt patet per argumentum ante oppositum ⁊ S. T. 1.2 q.20.ar.6.

¶ Contra hec arguitur illa sunt continua que inuicem coherent sed virga cuius vna pars est viua alia mortua habent partes coherentes ⁊ continuas ⁊ tamen viuū ⁊ mortuū distinguuntur specie. Item arguitur de digito fortis mortuo vel de hominibus mōstruosis qui aliqñ continuāt in vna parte corporis licet sint due anime ⁊ vno mortuo alius superuiuit ergo mortuum ⁊ viuum continuantur.

¶ Secundo motus specie distincti possunt continuari igitur antecedens patet de motu ascensus et descensus dicitur enim communiter ꝙ mobile ꝓiectū sursum contra lapidem molarem per accidens non quiescit ergo motus ascensus continuantur cuꝫ motu descensus qꝛ finis vnius est principiū alterius Item signetur aliquod corpus pedale longum ⁊ piramidale cuius conus terminetur ad medium punctum deinde assigno vnam lineam in medietate illius pedalis que termineiur ad idem punctum ad qꝺ terminatur conus illius piramidis tunc illa linea potest continuari per illud punctum cum piramide a qua differt specie ergo distincta specie possunt continuari.

¶ Tertio homo est vnum totum continuum ⁊ tamē habet partes specie distinctas patet quia non est totum homogeneum ergo partes eius non sunt eiusdē rationis per diffinitionem etherogenei.

¶ Quarto motus terre ⁊ aque distinguuntur specie quia vnus motus simplex est tantū vnius corporis simplicis probo tamen qꝺ possunt continuari ponendo qꝺ aqua cadendo mutetur in terram tunc ibi est vnus motus continu⁹ quia nulla est ibi quies per tempus ergo illi motus continuant qꝛ vltima eorū sunt vnū ⁊ idem mutatū. Item S. T. dicit expresse 10 ethico. le.5. ⁊ de veri. q.8 ar.14. ad 12. quod motus ⁊ partes eius differunt specie ⁊ S. T. q. de virtuti cardia. ar.4. dicit qꝺ si accipiātur diuersa vltima que sunt sub vna serie motus tunc faciunt diuersas species motus. sed quando graue descendit tūc ibi sunt diuersa vltima ⁊ diuersa vbi.

¶ Quintus angulus rectus specie distinguitur ab aliis. scilicet ab acuto ⁊ tamen potest sibi continuari ymo est aliquando pars ei⁹. Item triangulus aliquando componitur ex āgulo recto ⁊ duobus aliis non rectis ergo angulus rectus potest facere vnuꝫ cum aliis. Antecedens patet in triangulo Item linea sex pedū differt specie a linea pedali ⁊ tamē cōtinuatur sibi in corpore septem pedū igitur. Maior ptꝫ qꝛ linea est genus continens sub se lineā pedaleꝫ ⁊ bipedalem ⁊c. Item bicubitum continetur sub linea ⁊ non tantum indiuiduum ergo est species linee ⁊ hoc ponit S. T. 1. par. q.7. ar.3 2. vbi dicit ꝙ bicubitū ⁊ tricubitū sūt diuerse spēs ꝙ̄titatis ꝗ linea bicubita differt specie a linea tricubitorum.

¶ Sexto qñ mot⁹ dr̄ esse continu⁹ vel hoc intelligitur per se vel per accidens. Non primum quia soli quantitati conuenit eē cōtinuū. Si secundū hoc nichil est qꝛ mot⁹ specie distincti hoc modo possunt cōtinuari. Item pono ꝙ aliquod graue descendat vsqꝫ ad centrum terre tūc ꝙ̄do veniret ad centrū propter impetum ascendet ergo ascens⁹ ⁊ descensus continuantur Item rarefiat vna pars corꝑis ⁊ altera condēsetur tunc iste medietates continuantur ergo et motus qui sunt ī eis. Forte negas antecedens quia inter istas duas medietates mediat linea vel punctum ꝫ hoc non tollit immediationem partium per idē arguitur contra dicētes ea que sunt eiusdē speciei continuari non aūt si sint substantie diuersarū specierū qꝛ si sint eiusdem speciei non cōtinuant̄ nisi p ꝙ̄titateꝫ sed etiam res diuersarū specierū continuant̄ p ꝙ̄titatem vt expresse ponit S. T. 3. parte. q.77. ad.2. de duob⁹ meralis imo ꝙ̄titas separata pt̄ cōtinuari in tertio ꝗ est in subiecto ibidem.

¶ Ad primum dicendum ꝙ argumenta solum probant distincta specie per accidens solum continuari Sed contra idem accidens non potest esse in duob⁹ subiectis speciei distinctis ergo non est possibile qꝺ vna quantitas sit in virga cuius vna pars est viua ⁊ altera est mortua. Item sequeretur quod distincta specie essent vnum simpliciter quia corpus dicitur vnum per vnam quantitatem dicendum si quis velit predictam ⁊ veram opinionem sustinere quod duo specie distincta dicuntur vnum per accidens per quantitatem sed per formam specificam quodlibet eorum est simpliciter vnum. Sed arguitur aliter probando quod ambulatio ⁊ linea continuant̄ quia vltimum linee aliquando est vltimum ambulationis vt quando in fine linee sor. quiescit sed dicendum quod vltimum linee non est vltimum motus intrinsece. Item arguunt ꝗdam sic ponendo quod nunc sit primū instās summi caloris ⁊ applicetur summo frigido tunc motus calefactionis qui terminat̄ ad hoc instans continuatur cū motu frigefactionis ꝗ nunc incipit quia istud instans est finis calefactionis vt suppono ⁊ est pincipium frigefactionis dicēdum quod terminus intrinsecus calefactionis non est idem cum termino intrinseco frigefactionis sec⁹ autem est de termino extrinseco quod est instans. Sed contra quero quis est terminus a quo intrinsecus istius frigefactionis. Et videtur ꝙ sit illa summa caliditas quia motus fit de contrario in contrariū ⁊ illa erat terminus intrisecus calefactiōis. Forte dicis qꝺ terminus a quo intrinsecus est priuatis

frigiditatis. Contra illa priuatio differt totaliter a frigefactione ergo nõ est terminus a quo negatur consequentia. Alij dicunt q̃d virga pro media parte arida continuatur alteri per materiã sed non per formam. Sed contra materia z forma per idez continuantur scilicet per quantitatem.

¶ Ad secũdũ dicit sanctus tho. 4. phi. le. 18. q̃d motus reflectionis non est continuus quia eodem puncto bis vtimur. s. vt principio z fine z ideo ille mot⁹ non est continuus sed intendit que est media.

Vel dicatur sicut ad primũ Ad aliud dicitur q̃ corpus piramidale non potest continuari linee. Licet linee vni⁹ corporis possint ꝯtinuari cũ lineis alteri⁹

¶ Ad tertiũ dicunt quidã q̃ alia est forma in partibus hominis z in toto homine. Et ideo partes differunt specie z sunt in actu nec continuantur vnde S. T. in quarto dicit partes etherogenei esse alterius speciei. d. 44. q. 1. ar. primo. q. 3. z p̃. par. que 11. ar. 2. 2. dicit quod p̃tes totius etherogenei carent forma totius sed materia nunquam est sine forma ergo in partibus hoĩs est alia forma. Et primo phi. lec. 8. dicit quod toto sunt alique partes actu vt caro z os. Alie sunt partes in potentia vt sunt partes continui videtur ergo quod caro z os non sunt partes continue sed dicendũ quod iste partes quantum ad suas qualitatiuas dispositiones non continuãtur z vt sic p̃nt dici differre specie tamen in vno cõposito est tantũ vna forma substantialis alias nõ esset p se vnũ scdm S. T. 1. p. q. 76. ar. 4. z 3.

¶ Ad quartum dicitur vno modo q̃ per accidens cõtinuantur. Ratione temporis continui. Ad aliũ dicitur q̃d aliquando diuersi motus ordinantur ad eundem terminũ z tñ specie differunt vt facere fundamentũ domus z erigere columpnam.

¶ Ad quintũ patet ex scdo phi. vel dicitur q̃d angulus rectus non est absolute alterius speciei ab acuto sed est medietas eius sed contra tunc angulus etiam contingẽtie esset eiusdẽ speciei cum angulo recto quia est pars eius. Forte dicis concedendo illatũ. Contra omnis pars vel est pars proportionabilis vel est pars eiusdem ꝙtitatis sed angulus contingentie nullam habet proportionem ad rectũ licet acutus habeat proportionem ad ip̃m quia aliquando est medietas ejus ergo habet proportionem subduplez.

¶ Ad aliud dicit sanctus thomas. 10. ethico. lec. 5. q̃ omnes linee inquantum huiusmodi sunt eiusdem speciei sed inquãtum sunt in certo situ vel loco differunt specie secundum diuersitatem locorum que est secundũ ordinem ad primum continens. Sed arguitur quod linee non distinguntur per situm quia in toto homogeneo diuersitas situs non auffert diuersitatem a partibus vt si medietas linee posterior ponatur ante adhuc est eadem linea numero vt dicit. S. T. in quarto di. 44. q. 1. arti. 1. q. 3. distingue de situ vt supradictum est.

¶ Ad sextum satis patet ex 3. z 4. phi.

D quartũ sic p̃ceditur q̃ ad vnitatẽ motus non requiratur vnitas mobilis vnitas termini ad quem z vnitas temporis quia si canis eius cadat deorsũ z cadendo moriatur in medio totus ille motus est vnus z continu⁹ z tamen mobile non est vnũ. Si dicatur quod canis non mouetur deorsum inquantum canis sed inquantum corpus vel aliud modo manet idem corpus graue z hoc sufficit ad vnitatem motus. Contra etiam corpus graue non manet idem numero quod p⁹us erat canis z nunc est corpus mortuum. Sed contra est philosophus.

¶ Respondeo dicendum ad cognoscendum vnitatem z diuersitatem motus secundum substantiã supponit quod motus tripliciter dicitur vnus. s. genere specie z numero. Nam vnitas motus vel sumit ab esse z sic est numeralis: vel a parte essẽtie z sic est vnitas gẽerica vel a tota eẽntia z sic ẽ vnitas specifica.

¶ Notandum preterea quod illi motus dicunt vn⁹ secundum genus q̃ sunt in vno predicamento z ideo motus localis z alteratio genere differunt quia modo motus distinguntur per terminos sed motus predicit habent terminos alterius generis: z ex eodem infertur q̃ illis motus sunt vnum specie qui sunt ad vnam formam specie. Et per idem medium specie z ideo dicit philosophus quod motus factus p̃ cordam non est eiusdem speciei cum motu facto per arcum licet sit ad eundem terminum sunt enim per rectum z circulare que specie differunt.

¶ Conclusio ad vnitatem numeralem motus que est vnitas simpliciter requiritur vnitas mobilis tẽporis z termini ad quem patet quia motus dicitur vnus non per idiuisibilitatem cum omnis motus sit diuisibilis ergo dicitur vnus continuitate sed ad cõtinuitatem motus illa tria requiruntur ergo z ad ei⁹ vnitatem. Minor patet quia continua sunt illa quorum vltima sunt vnum ergo si sit alius termin⁹ non erit idem vltimum ergo motus non erit continuus. ¶ Item omnis motus habet principium medium z finem in tempore ergo debet habere vnum tempus z quia omne accidens numeratur per subiectum ideo ad vnitatem motus requiritur vnitas mobilis simpliciter z per se secundum numerum. Et ideo licet sortes z plato sint idem mobile specie tamen motus eorum non est vnus numero nec dealbatio sortis z desigratio sortis licet sit idem subiectum quia est alius terminus. Ex hoc sequitur q̃ si sortes prius alteretur z postea cesset. Deinde iterum incipiat alterari nõ est eadem alteratio numero que prius quia impossibile est idem corruptum numero redire. Sed cõtra alteratio precedens fm substãtiam erat calor vt dictum est tertio phisi. z similiter alteratio sequens est ip̃e calor sed est idem calor numero vt suppono ergo ẽ idem mot⁹ numero. Dicendum q̃ motus accipitur dupliciter vt dicit cõmen. Primo ꝙtum ad suam substãtiam z secundũ se. Alio modo ꝙtum ad suũ fluxum z sic motus aliquid addit supra qualitatem z ab ea distinguitur nec reparatur.

¶ Querit P. an sit eadem sanitas in hoĩe de mane z de sero supposito quod non interueniat egritudo videtur q̃d non q̃r substãtia est in continuo fluxu z mutatione ergo non manet eadem sanitas potest dici sicut dicitur primo de gene. q̃ substantia anime remanet eadem semper secundum partes formales licet mutetur secundum partes materiales. Hec dubitatio habuit ortum ab heraclito qui dixit res esse in continuo fluxu vnde dicebat q̃ illud quod augetur in qualibet parte temporis augetur vt dicit Sanctus tho. in scdo di. 19. in expositione textus quia impossibile est q̃ duo motus contrarij sint continui ergo inter generationem z corruptionem cadit

tempus medium in quo res non mouetur motu generationis aut corruptionis ⁊ ita dicatur de calefactione ⁊ frigefactione ⁊ aliis alterationibus vide ibi expositionē eius quod dicitur sapiētie 5. continuo nati desinimus esse.

¶ Posset qri de motu irregulari an sit vn⁹. Et qdā distingunt inter motum vniformem ⁊ regularem dicentes quod motus vniformis attenditur ex parte mobilis quando. s. omnes partes eius eque velocitē mouentur ⁊ sic motus celi non esset vniformis quia partes eius que magis distant a centro velocius mouentur quia maius spacium describunt sed regularitas motus attenditur ex parte temporis quando scilicet idem mobile in equali parte temporis ceteris paribus pertransit equale spacium. Quidam inter ista nullam ponunt differentiam: sed vocant motum regularem vniformem ⁊ aliquando motus est irregularis quando est velocior in vna parte temporis quam in alia. Aliomodo quia fit super magnitudinem irregularem vt est magnitudo reflexa vel obliqua tunc dicitur quod est idem motus numero secundum substantiam qui est regularis vel irregularis ex parte temporis licet differat secundum accidens ⁊ ideo motus primi mobilis est maxime vn⁹ scilicet secundum substantiam ⁊ secundum accidens ex quo infertur quod est perfectissimus. Ex predictis īfert phūs duo primum q̄ velocitas ⁊ tarditas non sunt species aut differentie motus quia species ⁊ differentie non reperiuntur indifferenter in omnibus cōtentis sub genere sed velocitas ⁊ tarditas non soluz reperiuntur in vna specie motus sed in diuersis.

Secundum quod velocitas ⁊ tarditas non sūt grauitas ⁊ leuitas quia motus celi est velox ⁊ tamen ibi non est alterum istorum.

¶ Querit philosophus quot modis dicitur immobile dicendum quod tripliciter primo negatiue vt deus secundo pro eo quod tarde mouetur vel cum difficultate ⁊ sic claudus dicitur immobilis. tertio priuatiue pro quiescente ⁊ est quies carentia motus in eo quod natum est moueri.

¶ Contra hec arguitur tempus est extrinsecum motui ergo vnitas motus non requiret vnitatem temporis. Itē potest esse vnus motus cōtinuatus per primā horā ⁊ secūdā ⁊ tamen hora prima ⁊ secunda nō sūt idē tēpus ergo. Itē quiescēte celo adhuc motus cordis in homine est ⁊ continuus. Forte dicis q̄ nō quia motus cordis est ascensus ⁊ descensus que non continuantur. Contra cor hominis nunquam quiescit q̄diu animal viuit vt patet in pulsu. Item si q̄escit a quo postea mouetur.

¶ Secūdo ī alteratione est sēper ali⁹ ⁊ alius termin⁹ ⁊ tamen nō est alius mot⁹ igitur. Antecedēs pz quia alius gradus acquiritur per alterationem in prima medietate hore ⁊ alius ī secunda sicut illud quod mouetur est localiter continue in alio ⁊ alio vbi si cū per aliquod tempus esset in eodem vbi numero seq̄retur quod per aliquod tempus quiesceret.

¶ Ad octauum dicitur ꝙ illa mobilia simul peruenient ad finem. Nec sequitur quamlibet partem pertransijt prius d. ꝙ̃ c. igitur omnes in aliquo instanti prius pertransiuit d. ꝙ̃ c. vel dicitur aliter ꝙ non sequitur omnes prius pertransijt d. ꝙ̃ c. ergo d. prius fuit vel venit ad a. Alij non admittunt casum: alij putant totum argumentum esse annichillatum dicendo partes proportionabiles non esse in actu. Sed quicquid sit de hoc manifestum est ꝙ medietas fortis est in rerum natura alias nõ videretur nec tangeretur nec lederetur. Sic enim conuincuntur dicentes ignem non esse calidum per applicationem digiti: ergo si prima pars proportionabilis que est medietas fortis non sit realiter in rerum natura si verberetur nichil sentit ⁊ ita arguatur de alijs partibus proportionabilibus.

¶ Nonũ ⁊ decimũ satis soluuntur ex dictis.

¶ Ad vndecimum nego ꝙ aliquis homo sit propinquissimus. c. nec fortes in illo casu aliquam tangeret primo.

¶ Ad duodecimum patet per idem ⁊ potest poni similis casus scilicet ꝙ prima pars proportionabilis sit alba et alia nigra et sic alternatim in infinitũ procedendo versus a Tunc a nec tangit partem albam nec tangit nigram.

¶ Ad tertiumdecimum et alia dicetur primo celi ⁊ satis patz ex tertio phisi. Dubitãt em̃ plures ex quo sanct⁹ tho. concedit ꝙ vnũ infinitum est maius alio an sint plura pũcta ĩ celo ꝙ̃ in medietate lapidis ex ꝙ tot sunt in celo quot in toto lapide: et in toto lapide sunt plures ꝙ̃ in eius medietate.

AD secundum sic proceditur videtꝭ ꝙ mobile motus ⁊ tempus non condiuidantur similiter: quia velocior motus mobilis potest esse in eodem tempore super maiorem magnitudinem ꝙ̃ motus tardus ⁊ tunc patet ꝙ magnitudo quã ptransit mobile velox est maior ꝙ̃ magnitudo pertransit a ab alio ⁊ tamen non est maius tempus: ergo magnitudo ⁊ tempus non similiter diuidũtur. Sed contra est phũs.

¶ Respondeo dicendum secundum philosophuz ꝙ magnitudo ⁊ tempus mensurans motum quo pertransitur consimiliter se habent ad esse finitum ⁊ infinitum. Probatur: quia magnitudo infinita nõ potest pertransiri in tempore finito: sed in tempore infinito si posset pertransiri. Primum patet: quia pars illius magnitudinis finite pertransitur in finito tempore ⁊ cum in corpore finito solum sint finite partes equales vni certe date sequitur ꝙ in finitis partib⁹ temporis equalibus vni certe date tota magnitudo erit pertransita ⁊ eodez modo probatur secũda pars quia si in tempore finito pertranseatur magnitudo infinita tunc in vna parte temporis pertransibitur pars illius magnitudinis ⁊ cum illa pars habeat certam proportionem ad totum tempus finitum sequitur ꝙ magnitudo pertransita in illo tempore erit finita vt si in vna hora pertransitur vnum pedale et tunc in die habente 24. horas non pertransitur magnitudo infinita sed solum 24. peduz ex hĩs infertur ꝙ continuum non componitur ex indiuisibilibus quia alias indiuisibile esset diuisibile. Capiatur em̃ aliquod mobile se habens ad aliud secundum proportionem hemioliam id est sexquialteram id est cõtinens alterum ⁊ medietatem eius ⁊ pertranseat in hora magnitudinem quattuor punctorum: tunc queritur quantum pertransibit aliud in eodem tempore Si duo puncta: ergo se habet in proportione subdupla quod est contra casum si tantum vnuz: ergo se habet in proportione subquadrupla. Si vnum cuz medio: ergo punctuz est diuisibile.

¶ Conclusio motus condiuiditur mobili ⁊ tempori vnde motus dupliciter diuiditur vt dicit philosophus ⁊ Sanctus Thomas lec. 6. Vno modo ad diuisionem subiecti: quia vna pars habet vnam partem motus. Sicut vna pars habet partez albedinis Alio modo diuiditur ad diuisionem temporis quia vna pars motus est in vna parte temporis ⁊ alia est in alia primum patet: quia vna pars mobilis potest moueri sine alia: ergo alius est motus vnius partis ⁊ alterius ⁊ ita arguitur de motu totius nichil enim mouetur sine motu: sed aliquando manus mouetur siue toto: ergo aliquando est motus partis distinct⁹ a toto vnde motus est accidens extensum sicut albedo que est q̃ta ⁊ continua per accidens ⁊ moueri qꝛ dicit motum vt recipitur in passo.

¶ Conclusio secunda. Tempore ⁊ magnitudine finitis necesse est mobile esse finitum. Probatur quia cum mobile non trãsit subito magnitudinem: sed successiue sequitur ꝙ prima pars mobilis prius transit primam partem magnitudinis ꝙ̃ secunda: ⁊ secunda ꝙ̃ tertia ⁊ sic deinceps: ergo cum totum mobile tempore finito pertranseat primam partem magnitudinis sequitur ꝙ ipsius mobilis non possunt esse partes infinite et per consequẽs neqꝫ mobile potest esse infinitum. Si enim partes mobilis essent infinite non possent transire primam partem magnitudinis tempore finito: quia cum illam transeunt ab eadem transeuntur. Modo magnitudo infinita tempore finito transiri non potest Sic ergo tempore ⁊ magnitudine finitis necesse est mobile finitum esse. Et eodem modo probaretur sua conuersa scilicet ꝙ mobili existente finito necesse est magnitudinem ⁊ tempus esse finita. Nam hec est vna regula ꝙ si vna magnitudo infra aliã moueatur sic ꝙ alia quiescat eque cito se inuicem pertranseunt ille due magnitudines ita ꝙ si magnitudo mota pertranseat quiescentem in aliquo tempore in eodem tempore ab eadem pertrãsitur. Si ergo mobile sit finitum ⁊ magnitudo infinita ponatur ergo ipsum mobile quiescere ⁊ magnitudinem moueri infra ipsum tunc fieret argumentum sicut factum est nunc. Item cum mobile pertranseat aliquam magnitudinem prima pars mobilis prius attingit terminum magnitudinis ꝙ̃ secunda: ⁊ secunda ꝙ̃ tertia: ⁊ sic deinceps: ergo sequitur ꝙ prima pars mobilis prius pertingit ad eundem terminum

tempore finito ⁊ sic argueretur de secunda ⁊ tertia: ⁊ sic deinceps: ⁊ cum partes mobilis sint finite vt supponit conclusio que ponit mobile esse finitum sequitur etiam ꝙ partes temporis quibus omnes partes mobilis huiusmodi terminū attingūt erunt finite ⁊ per consequens tempus quo totum mobile pertingit ad terminum erit finitum. Sed si tempus est finitum necesse est magnitudinem esse finitam: si ergo mobile est finitum necesse est magnitudinem ⁊ tēpus esse finita.

¶ Conclusio tertia. Mobile siue finitum siue infinitum tempore infinito moueri non potest: patet satis de mobili finito in ratione immediate facta. Sed de infinito patet quia nunꝗ̄ compleret suum motum. Modo quod impossibile est factum esse impossibile est fieri ⁊ sic impossibile est mobile infinitū tempore infinito moueri.

¶ Conclusio quarta Tempore et mobili existentibus finitis necesse est motum finitum esse. Probatur quia magnitudo et motus consimiliter se habent ad finitum et infinitum: quia ꝗtum est spaciū pertransitum tantum oportet esse motum ideo dicit aristoteles ꝙ nichil differt motum aut magnitudinem infinitam facere. sed magnitudo ad esse finitum vel infinitum consimiliter se habeat ad tempus et mobile vt probatum est: ergo etiam motus consimiliter se habebit.

¶ Contra hec arguitur et primo ꝙ continuum componatur ex indiuisibilibus: quia continuum naturale componitur ex minimis naturalibus vt dictum est. 1. phi. sed minimum naturale nō est diuisibile igitur. Item minimuꝫ pondus quod sortes non potest portare siue pondus equalis resistentie cum actiuitate sortis excedit indiuisibiliter omne pondus quod sortes potest portare siue quod est minoris resistētie ꝗ̄ sortes sit actiuitatis ⁊ similiter totum indiuisibiliter est maius sua parte: ergo per aliquod indiuisibile antecedens patet: qꝛ non potest dari determinata pars diuisibilis per quam totum ꝗlibet partem excedat. Nec certa proportio. Non enim in proportione dupla excedit ꝗlibet partem: quia in illa proportione non excedit duas tertias. Forte dicis ꝙ etiam per nullum indiuisibile totum est maius sua parte: quia indiuisibile additum alteri non facit ipsum maius nec minus. Contra Si a linea auferatur punctum tunc ipsa non est finita ⁊ per consequens infinita: qꝛ per nichil finiuit et tamen per additionem puncti fit finita: ergo fit minor ꝗ̄ prius erat. Item in numeris vnitas indiuisibilis addita alio numero facit numerum maiorem.

¶ Secundo homo est continuum ⁊ tamen componitur ex indiuisibili: quia componitur ex anima sua que indiuisibilis est. Item in essentialiter ordinatis est dare primū simpliciter: sed totuꝫ ⁊ partes essentialiter ordinatur: quia totius ad partes est essentialis dependentia: ergo est dabilis prima pars simpliciter illa autem non potest diuidi.

¶ Tertio si quelibet pars continui esset diuisibilis in infinitas partes proportionabiles sequeretur ꝙ totum esset actu infinitum: quia due partes faciunt continuum alicuius ꝗtitatis ⁊ tres partes faciunt continuum maioris ꝗtitatis ⁊ sic in infinitum. Iteꝫ si puncta non sint linee sequitur ꝙ deus poterit corrumpere duo puncta contiguorum ⁊ tunc queritur vel illa adhuc sunt contigua vel non. Si secundum ergo distant ab inuicem sed contra illa non sunt mota: ergo non distant sicut neqꝫ prius Si primū: ergo habent vltima simul qđ est contra casum igiť ⁊c.

¶ Quarto arguitur ad idem puncta in linea sunt immediata: ergo possunt componere lineaꝫ antecedens patet quia quando linea diuiditur tunc diuisio cadit super punctum: ergo punctum diuiditur. Alias non in qualibet linea esset punctum extremū post diuisionem. Forte dicis ꝙ in diuisione generantur duo. Contra primum erat ibi in potentia: sed frustra est potentia que non potest reduci ad actum: ergo per diuisionem primum punctum manet ⁊ eodē modo arguitur de instantibus in tempore que ponūtur esse infinita in potentia querendo quomodo illa potentia reducitur ad actū cū quodlibet instans sit cōtinuatiuū: ergo nullū potest esse in actu.

¶ Quinto arguitur ꝙ tempus componitur ex indiuisibilibus: quia est formaliter ꝗtitas discreta: ergo vt sic partes eius non continuantur. Item in magnitudine datur primum punctum quod primo erit pertransitum ⁊ non in tempore: ergo in aliquo instāti ⁊ illud instans est immediatum huic instanti: ergo in tempore duo instātia sunt immediata. Item inter omnia instantia prime hore ⁊ omnia instantia secunde hore nichil mediat: ergo sunt immediata. Item hec propositio immediate post hoc erit vera scilicet aliquod istorum est: ergo aliqua singularis eius immediate post hoc erit vera ⁊ demonstro omnia instantia futura capio: ergo illam singulareꝫ que immediate post hoc erit vera ⁊ sequitur ꝙ instās per eā demōstratū immediate post hoc erit. igitur.

¶ Ad primum dictum est in principio phisico. Ad aliud negatur consequentia: quia aliud est excedere indiuisibiliter ⁊ aliud est excedere ꝑ indiuisibile.

¶ Ad secundum dicitur ꝙ nullum continuum componitur ex indiuisibilibus tanꝗ̄ ex partibꝰ integralibus. Ad aliud dicitur ꝙ partes continui non habent inter se ordinem essentialē. ⁊ ideo non oportet ꝙ detur prima simpliciter. Sed dices dabilis est prima pars proportionabilis: ergo dabilis est vltima que non est amplius diuisibilis: negatur consequentia propter eandem rationem nec etiam datur ꝓma proportionabilis simpliciter.

¶ Ad tertium negatur consequentia: quia partes facientes maius continuum non sunt eiusdem ꝗtitatis. Ad aliud patuit ꝓmo phi. Sed an pūctū faciat duas lineas contiguas distare dicitur ꝙ non.

¶ Ad quartū dicitur ꝙ in eadeꝫ linea recta nunꝗ̄ pūcta sunt immediata nec oportet omnem potentiam reduci ad actum completum.

¶ Ad quintum pꝫ .4. phi. ⁊ si queratur si tempus ꝑ formali esset ꝗtitas discreta quō diceretur esse quia successiua sunt per aliquid quod est continuatiuum eorum de hoc ar. quinto. Nec punctum pertransitur per se ⁊ ideo non habet ꝓpriam mensurā. Ad aliud negatur consequentia.

AD tertiuꝫ sic proceditur. Videtur ꝙ aliquid possit moueri in instanti siue in ipso nunc quia quando res mouetur continue tunc in medio instanti non est verum dicere ꝙ incipit moueri: ergo in illo instanti mouetur: quia da oppositum scꝫ ꝙ nō mouetur in illo instanti ⁊ immediate post hoc mouebitur: ergo in illo instanti incipit moueri qđ est contra casuꝫ in oppositū est phūs.

¶ Respondeo dicendum q in omni continuo necesse est esse aliquem terminum copulantem partes eius ad inuicem sic se habentem q extra ipsum nichil sit partis precedentis. Nec infra ipsum aliquid partis sequentis. Ex quo sequitur q necesse est huiusmodi terminum indiuisibilem esse. Ultra sequitur q necesse est ipsum esse vnum z eundem vtriusque partis. Cũ ergo tempus sit continuum cuius partes sunt preteritum z futurũ necesse est preteriti z futuri esse vnũ talem terminuz qui dicatur nunc z sic necesse est nũc esse indiuisibile z cũ est indiuisibile oportet q sit vnũ et idem preteriti z futuri z si est vnum z idem preteriti z futuri oportet q sit indiuisibile ita q hec duo ad inuicem se consequantur.

¶ Conclusio prima idem est nunc preteriti et futuri scz finis preteriti z initium futuri. Probatur:qr si sit alteruz z alterũ vel sunt immediata vel mediata. Non immediata:quia tunc continuũ componeretur ex indiuisibilib⁹. Nec mediata:quia vel inter ea mediaret nunc vel tẽpus non nunc:quia illa duo nunc non se haberent cõsequenter cũ inter ea esset mediũ eiusdem generis z tamen se deberent habere ɔñter sicut preteritũ z futuruz quorum sunt termini consequenter se habent. Nec mediat tẽpus:quia inter preteritum z futurum non intelligitur mediũ nisi ipsuz nũc. Si ergo mediaret tempus non esset aliud q̃ nunc z cum tempus sit diuisibile oporteret ipsum nunc esse diuisibile quod est impossibile:ergo non potest esse alterũ z alterũ nunc preteriti z futuri.

¶ Conclusio secunda. Nunc est indiuisibile. ptz qa si diuideretur nunc eius diuisio esset in preteritũ z futurum. Sed preteritum non amplius est z futurum nondũ est:ergo tale nunc non esset totũ simul existẽs quod est contra rationem ipsius nunc. Secundo si nunc esset diuisibile haberet partes adinuicẽ continuatas per aliquid. Uel ergo illud esset indiuisibile z habetur intentũ:quia non esset aliud q̃ nunc. Si esset diuisibile argueretur vt prius z sic esset processus in infinitum nisi primum continuans partes continui esset indiuisibile.

¶ Conclusio tertia impossibile est in nunc aliquid moueri. Probatur:qr in omni eo in quo contingit aliquid moueri contingit aliquid velocius z aliquid tardius moueri. Sit ergo ipsum nũc.i.in quo aliq̃d velocius motum transeat magnitudinem a.b.z dez aliquid tardius motũ sequitur q non transibit in illo nunc nisi partem illius magnitudinis per diffinitionem tardioris z sit illa pars a.g.tũc arguitur sic tardius motum transit a g.in nunc ergo velocius transit a.g.in minori mensura q̃ ipsum nunc per diffinitionem velocioris quare oportebit ipsum nunc esse diuisibile si in ipso fiat motus quod improbatum est igitur.zc.

¶ Quarta conclusio impossibile est in nunc aliquid quiescere. Probetur nam quies est priuatio motus sed motus non fit in instanti:ergo neqz aliquid quiescit in instanti. Secundo sic probatur:quia illud q̃escere dicimus quod secundum suas partes z secundum se similiter se habet nunc z prius. Sed in ipso nunc non est dare prius z posterius ergo impossibile est in nunc aliquid quiescere.

¶ Conclusio quinta necesse est omne mutatum quando mutatum est esse in termino ad quem. Pro probatione huius ɔclusionis supponit philosophus q mutari z distare siue deficere idem sunt subiecto z similiter mutatum esse z defecisse differunt tantum ratione:qr mutari dicitur per respectum ad terminum ad quez sed distare dicitur p respectũ ad terminũ a quo. Probatur ergo conclusio:qr sicut est in mutatione scdm cõtradictionẽ ita est in aliis mutationibus:sed in mutatione secũdum cõtradictionẽ:qr termini sunt immediati cũ sint contradictorii defecisse ab vno termino est esse in alio cum ergo mutatum esse sit idem q defecisse a termino a quo sequit̃ q mutatũ esse est esse in termino ad quẽ z p ɔsequẽs ita est in aliis mutationibus. Item cũ aliquid mutatũ est vel est in termino a quo vel in termino ad quem vel in aliquo intermedio non in termino a quo : quia mutatum esse est defecisse a termino a quo nec intermedio:qr in eo mutatur ad terminum ad quem. Sed impossibile est aliquid simul mutari z mutatum esse:ergo ipsum mutatum est in termino ad quez. Ex hac conclusione sequitur primo q omne factum est z q corruptum est non est:patet quia terminus ad quẽ factionis est esse z corruptionis est non esse. Sequitur scdo q mutatum esse presupponit mutari sicut terminus id cuius est terminus. Tertio sequitur q sicut in motu est duplex terminus ad quem scilicet vltimus simpliciter quo habito cessat motus z propinquus qui non est vltimus simpliciter sed solum respectu partis precedentis ita etiam est duplex mutatuz esse scz perfectũ z imperfectum:imperfectũ est in aliquo intermedio inter terminũ a quo primũ z terminũ ad quem simpliciter. Mutatũ esse perfectum est in termino ad quẽ simpliciter. Et sicut sunt infinite partes proportionabiles in motu ita etiã sunt infinita mutata esse.

¶ Conclusio sexta. Mutatum esse est indiuisibile temporis patet:quia si non sit ita detur tempus diuisibile in quo aliquid mutatum est z sic a.c.cuius vna pars sit a.b et alia b.c.aut ergo id quod mutatuz est in tempore a.c.mutatum est in qualibet parte eius: aut in neutra vel in vna mutatur z in alia mutatum est. Si primum sequitur q mutatum est prius in vna parte q̃ in toto:ergo totũ temp⁹ nõ erat in quo mutatum est. Nec tertium quia tunc non esset mutatum in toto tempore primo:sed ratione vnius partis. Si dicatur q in neutra sequitur q nec in toto z ita impossibile est illud in quo aliquid primo mutatum est esse tempus diuisibile z per consequens oportet q sit indiuisibile temporis quod non est tempus sed temporis terminus sicut mutatum esse non est motus: sed terminus eius. Ex hac conclusione sequit̃ q omne q factũ est vel corruptũ factũ est, vel corruptũ est in indiuisibili temporis.

¶ Conclusio septima in motu dabile est primũ mutatũ esse completũ. Probat̃ qr omnis motus est finitus ergo in omni motu dabilis est termin⁹ completus z vltimus simpliciter:sed talis termin⁹ est mutatũ esse completũ ergo.zc.

¶ Conclusio octaua diuidẽdo motũ in partes eiusdem q̃titatis in motu dabile est primũ mutatũ esse incompletũ patet qr primũ mutatũ esse incompletũ est terminus prime partis motus:sed hoc modo diuidendo motũ dabilis est prima pars mot⁹:ergo et primũ mutatum esse incompletũ.

¶ Conclusio nona diuidendo motũ in partes eiusdem proportionis non est in eo dabile primum mutatũ esse imperfectum. Probat phũs hanc conclusionem ex parte temporis sic quia detur primum mutatum esse z detur temp⁹ in quo est tale primum muta-

tum esse vel tale tempus est diuisibile vel indiuisibile non indiuisibile quia oportebit illud indiuisibile esse immediatum indiuisibili temporis in quo mobile incepit mutari in quo scȝ adhuc erat mobile in termino a quo ⁊ sic indiuisibilia erunt imediata in tp̄e quod reprobatū est. Si dicatur ꝙ sit diuisibile diuidatur in duas partes aut ergo in vtraqȝ mutatū est aut in neutra vel in alia mutat̄ ⁊ in alia mutatum est. Si in vtraqȝ sequitur ꝙ mutatum esse in toto supponit mutatum esse ī parte ergo nō erat datū primū mutatū esse. Si ī neutra sequitur ꝙ nec in toto mutatum est. Si in vna mutet̄ ⁊ in alia mutatum est sequitur ꝙ totū tempus illud non est primū in quo mutatū est quia solū mutatū est in corōne partis. Itē si in vna parte sit mutatū cū om̄e mutari sit diuisibile sicut est motus ⁊ cuiuslibet partis motus sit mutatum esse sequit̄ ꝙ illud mutatū esse non erat primū. ¶ Secūdo patet ex parte mobilis quia ex mobili non est dare primā partē que mutata sit .a. signū transiuit ergo nec prima pars motus añs patet quia si detur oppositū detur temp⁹ ī quo sit mutata vna pars ⁊ cum tale tempus non sit indiuisibile sequitur ꝙ in medio illi⁹ tēporis vna pars illius partis prius mutata ē ꝙ̄ tota pars sit mutata in toto tempore et cum illud tempus sit diuisibile in infinitum ⁊ similiter illa pars sequitur ꝙ ī mobili non sit dabilis pars que sit primo mutata.

¶ Cōclusio decima añ omne mutari est mutatum esse probatur nā om̄e mutari est diuisibile ergo ante omne mutari est mutatū esse scd̄m partē illi⁹ mutari ⁊ declaratur in litteria. Sit enim magnitudo k.l. super quam moueantur a. ⁊ b. eque velociter ⁊ simul incipiant moueri. sed a. quiescit ī medio illi⁹ magnitudinis b. vero moueatur vsqȝ ad finem ⁊ sit totum tempus in quo b. mutatur vsqȝ ad finē. d.c. qd̄ etiā diuidat̄ per mediū in .l. tunc arguitur quando a. venit ad mediū magnitudinis date actu mutatū est cū ibi quiescat. ergo cū b. simul incipiat moueri ⁊ eque velocit̄ moueatur quādo ibi venit etiā ibi mutatū est ⁊ cum postea moueatur adhuc sequitur ꝙ mutatū esse in illo puncto precessit mutari supra aliā medietatē illius magnitudinis ⁊ cū prima medietas iterum sit diuisibilis in infinitum sequit̄ ꝙ ante omne mutari erit dabile aliquod mutatum esse respectu partis precedētis ⁊ cum non possit dari aliqua pars magnitudinis quin detur alia prior ꝓpter diuisibilitatē eius ī infinitū sequit̄ ꝙ nō dabitur mutari quin añ ip̄m sit aliquod mutatū esse.

¶ Aduertendū est. Circa hanc cōclusionē ꝙ mutatum esse ante vltimum terminum motus non est in ipso motu nisi s̄m potentiam sicut nec sunt puncta intermedia actu in linea nisi sit actu diuisa et quia potentia non cognoscitur nisi per actum: ideo ī presenti ratione philosophus notificat mutatum esse quod non est nisi in potētia ī motu ꝑ aliud mutatū esse quod est actu terminus motus sicut si ostenderetur aliquod punctum secundum potētiam esse in aliqua parte linee diuidendo lineā actu in illud punctum. ¶ Secūdo probatur conclusio ex parte temporis quia quod mutatur primo ī aliquo toto tempore mutatur in qualibet parte illi⁹ temporis partes autē ī tempore diuiduntur ab inuicem per nūc ergo quod mutatur in aliqua parte temporis mutatum est in nūc terminante illam partem et distinguente eam ab alia parte ⁊ data qualibet parte tēporis ipsa est diuisibilis in infinitum ergo in qualibet parte temporis sunt īfinita nunc ⁊ per ꝯsequēs sunt infinita mutata esse in motu quare non potest dari primum mutatum esse.

¶ Conclusio vndecima. Ante om̄e mutatū esse est mutari patet: qꝛ om̄e mutari terminatur per mutatum esse cū motus et mutari idem sunt. Et si arguatur de generatiōe ⁊ corruptiōe q̄ nō mēsurant̄ tpe et sic non videtur ꝙ ante genitū esse sit generari dꝛ ꝙ generatio ⁊ corruptio si sumantur s̄m suas rationes mensurantur instāti temporis ⁊ ita generari et genitum esse simul sunt. Si tamen capiantur secundum esse quod habent in materia idest secundū alterationem sibi adiunctā sic tempore mensurantur ⁊ hoc mō ītelligit phūs cū dīt oē qd̄ genitū est pri⁹ generabatur ⁊ oē quod corrūpit̄ pri⁹ corrūpebat̄.

¶ Contra hec ar̄. p̄rio ꝙ motus fiat in instāti quia aīa rōnalis subito informat aliquā partē materie de nouo ⁊ subito est in aliquo toto in quo prius nō erat ergo mouetur in instanti. Añs pꝫ in augmētatione vel in generatione que fiunt in instanti. Nec potest dici ꝙ anima tūc moueatur per accidens: quia stat ꝙ totum compositum nō moueatur localiter quando anima de nouo informat vnam totaȝ partem materie quem prius nō informabat. Item veritas huius propositiōis motus est/ est in instanti ergo et ipse motus antecdēs patet: quia si nō sit in aliquo instanti ergo continue corrumpitur ⁊ suum contradictorium in quolibet instāti erit verū.

¶ Secundo ar̄. Motus sentitur in instanti ꝙ̄ est in instanti. Añs patet quia sensatio fit in instanti ⁊ tenet consequētia qꝛ sensus ī actu ⁊ sensibile in actu sunt simul. Itē sortes mouet̄ in aliquo toto tpe: ergo mouetur in quolibet instanti illius tēporis. Tenet cōsequētia ꝑ phm̄. t.c. xxxi. ⁊ T.C. xlvij. vbi dicit ꝙ si a. in toto q̄escit sequitur ꝙ quiescat ī quolibet quod est eius siue sit diuisibile siue indiuisibile. Item phūs primo phi. ⁊ viij. dicit. nō eīm si parsibile in infinitū est qd̄ alteratur propter hoc et alteratio. sed velox fit. sed velox s̄m expositionē ꝯmētatoris valet sicut subito hoc est in instāti ⁊ nō in tēpore ergo motus fit in instanti. Et quasi obijcit cōtra se qꝛ videt̄ repugnare illi quod dicitur in. vi. scȝ añ omne moueri est mutatū esse ⁊ ante oē mutatū esse est moueri, ⁊ respondet soluendo ꝙ illud intelligit̄ de motu inq̄ꝫtum ꝯtinu⁹ ⁊ diuisibilis est istud aūt intelligitur de motu q̄ꝫtum ad generationē ⁊ ꝓductionem ad actū. Item ad istā intētionem videtur phūs premisisse quoddam exemplum de guttis qd̄ nō est necesse si multe gutte aliquā partē amoueāt de lapide penetrando lapidē ꝙ etiā quelibet gutta aliquid amoueat sic ꝙ pars amoueatur ante partē sed aliq̄n totū simul amouetur quēadmodū multi trahunt nauē simul in eodē tempore. Nullus tamē per se posset in multo tēpore trahere eam ex quib⁹ videtur inuere ꝙ sicut tota pars lapidis simul amouetur ⁊ non pars post partem ita etiā aliq̄n fit in alteratiōe cōtingit eīm aliquid totum simul alterari ⁊ nō dimidiū prius. velut aquā simul totam coagulari ⁊ ex hoc videt̄ ꝙ motus localis fit in instāti: qꝛ post gu[illegible]s pars lapidis tota simul ⁊ subito secundū phi amouetur. Item ar̄. quia inter cōtradictoria non est medium igitur inter non esse forme īducende per motum et esse ipsius non est medium. Nō esse autem ipsius fuit in vltimo instanti forme precedentis igitur inter istud instans ⁊ illud quod mēsurat esse forme succedentis non est medium/ sed si nullum esset ibi subito productū seu in instanti esset medium ergo alteratio fit subito.

¶ Tercio arguitur sic secundum .f.t. in primo instanti ipsius substantie generatur noua quātitas ⁊ noua accidētia: ergo in illo instanti fit augmentatio ⁊ alteratio. ergo nunc est mutatum esse: ⁊ tamen nullus motus precessit ergo nō ante omne mutatū esse est moueri sed forte simul sunt. Item arguitur de generatione et illuminatione, delectatione ⁊ volitione que fiūt in instanti ⁊ in istis simul sunt fieri ⁊ factū eē. Nec est verum quod prius dictum est. s. qd nō contingit factum esse nō contingit facere quia totum motū celeriter contingit fieri secundum aristotelē tñ non cōtingit factū esse.

¶ Quarto arguitur secundum cōmentatorē nulla alteratio est motus cōtinuus sed solus motus localis ergo non mensuratur tempore sed instanti. Item si angelus quiesceret celo cessante tunc sua quies non esset in tēpore nec quies celi ergo esset in aliquo instanti.

¶ Quinto descēdat corpus planū super aquā planā donec eā tangat tunc aer qui erat in medio nō prius relinquit punctū mediū quam alia sed simul expellitur tia ꝙ punctū extremū quod semper fuit in medio nūc est in extremo sine successione alias ibi fuisset vacuum quia in medio tunc nichil fuisset ergo mouetur in instanti. Item cause motus sunt in instāti alias in quolibet instanti desineret esse tūc sic mobile est in instanti ergo aliquid est mobile in instāti: vel sic aliquid est ens naturale in instanti ergo tūc potest moueri. Item punctum mediū linee pertrāsitur subito ⁊ non successiue ergo motus fit subito.

¶ Sexto minimus calor vt dixi primo phisicorum fit in instanti et non successiue ⁊ similiter quelibet generatio ex quinto phisicorū ergo augmētatio q est per verā gñationē partialē fit in instāti. Itē mobile dū mouetur localiter est in loco equali sed non potest esse in loco equali nisi per instans quia si per tempus esset in eodem loco sequeretur quod quiesceret. vt puta si per horā in qua mouetur esset in a. loco equali ⁊ primuz patet quia semper locus est eqlis locato.

¶ Septimo agens naturale potest in instāti corrūpere formam ergo potest in instanti causare motū. Añs patet quia anima rationalis producitur in instanti ergo forma in instāti corrumpitur. Tenet cōsequentia qz nunquam in vna materia sunt due forme: sed in illo instāti in quo aīa rōnalis creatur tūc est in aliqua materia qz creādo infundit ergo tota forma que prius erat in illa materia in instāti corrūpitur. Itē aīa pōt transmutari ad tristiciā in instanti ergo pōt moueri in instāti. Añs pz de aīa dāpnati: quia in primo instanti in quo aīa est dāpnata habet tristiciā ⁊ per consequens nolitionē: qz tristicia est de his q nobis nolentibus accidūt. Et per hec argumenta probatur ꝙ agēs naturale possit agere in instanti quia alia res permanēs haberet vltimum instans sui esse scilicet gratia supposito ꝙ sortes incipiat peccare in hora futura mortaliter tunc eius gratia nunc est ⁊ post hoc non erit.

¶ Octauo beatus habet quicquid vult sed volitio qua beatus vult moueri potest esse in instāti: ergo et motus localis quem vult habere. Item beatus potest moueri extra celum ⁊ ibi nulla est resistentia: ergo poterit moueri in instanti.

¶ Nono arguitur ꝙ dabile sit primuz mutatū esse incompletum quia sicut se habet punctum ad lineā ita mutatum esse ad motuz: sed in linea finita est dare primum punctum ante quod nihil est ipsius linee: ergo in motu datur primū mutatū esse ante quod nullum est aliud nec aliquis motus. Item Omnis motus ē finitus ergo habet duo extrema que sunt duo mutata esse sicut linea terminatur duobus punctis ergo datur primum mutatū esse in motu. quia alias totus motus petri a parte ante esset interminatus ⁊ per cōns infinitus. Itē motus discretus āgeli aliquis cōponitur ex duobus mutatis tm̄ ergo datur ibi primū. Negatur añs. s. t. in primo dis. xvij. q. iiij. ar. ij.

¶ Decimo arguitur ꝙ non ante omnē motū sit mutatum vel mutari: quia ante totam primā medietatem motus nullus est alius forte dicis ꝙ primo scilicet medietas illius medietatis. Contra sequeretur ꝙ puer natus in primo mense anni esset natus ante totum annum patet sic quia est natus in primo sed primus mensis est ante annum eo modo quo medietas motus est ante motum ergo est natus ante annū. Item totus motus celi est eternus ergo ante ipm nullus fuit alius motus.

¶ Undecimo in alteratione datur primum mutari ⁊ mutatum esse ergo ⁊ in motu locali ⁊ ex hoc probaretur ꝙ non omne quod mouetur partim est in termino a quo ⁊ partim in termino ad quē quando. s. subito mutatur. Añs patet qz minimus calor naturalis in calefactione producitur in instāti. Si enim produceretur successiue sequeretur ꝙ daretur minus minimo qz prius esset sola medietas illius minimi caloris naturalis. Itē in tēpore datur primū instās sed illud instans aliquid mensurat scilicet mutatū esse ergo datur aliquod mutatū esse ante omnē motuz.

¶ Duodecimo aliquid mouetur quod prius nō mouebatur ergo non ante omnē motū est motus. Antecedens patet de cadauere genito in naui que mouetur tunc in primo instāti sui esse mouetur ad motū nauis, ⁊ tamen ante nō mouebatur quia nō erat. Similiter albedo subito producta in petro mouetur ad motum petri ⁊ tamen antea non erat. Similiter si aliquid ponatur in spera ignis tunc mouebitur circulariter cum ipso igne, ⁊ tamen ante nō mouebatur circulariter.

¶ Terciodecimo in quiete datur primū ergo et in motu. Añs patet: qz in primo instanti non esse motus tūc est quies: quia tūc mobile non mouetur. Forte dicis ꝙ non est aptum natum moueri tūc: ⁊ ideo nō est in eo quies. Contra semper alterum cōtradictoriorū est verum sed priuatiue opposita includūt cōtradictoria ergo semper alterum dicitur de subiecto. Item quando faba proicitur sursum contra lapidē molarē descendentē. Tunc videtur quiescere solū per instās vt patebit. viij. phi. ꝙ autez ibi sit quies patet qz inter motus cōtrarios semper est qes media. Itē quiescibile est in instāti ergo quies vel motus est in instanti tenet consequentia qz accidēs est in eodem instāti cum suo subiecto. Item quicquid est in istāti pñti sed motus est ergo ē in instāti pñti.

¶ Quartodecimo arguitur contra philosophum dicentem. T. C. xv. ꝙ omne quod mouetur contingit velocius ⁊ tardius moueri quia quod mouetur maxima velocitate non contingit velocius moueri quis sic maximo esset maius in eodem genere quod est impossibile sed aliquod mobile mouetur maxima velocitate scilicet primū mobile vt patet in quarto huius: et. viij. ergo. Item illud mobile quod nō contingit magis ⁊ minus esse dispositū ⁊ quod mouetur a motore transmutabili non contingit velocius ⁊ tardius moueri ꝙ enim aliquid velocius et tardius moueatur quam prius hoc non est nisi quia ipsum mobile magis est dispositum ad ipsum motum quam prius: vel quia mouens est fortificatum plus quam prius per aliquam transmutationem, sed aliquod

mobile est quod nunq̃ est magis dispositum ad motum q̃ prius scilicet celum ⁊ mouetur a motore intransmutabili nec per se nec per accidens: vt patet ex. viij. huius ergo. Item declaratum est ꝙ motus corporū naturaliū determinat⁹ est ī velocitate ⁊ tarditate ita ꝙ aliquis motus est ita velox ꝙ null⁹ potest esse eo velocior scilicet motus primi mobilis.

¶ Ad ista dicendū est ꝙ de natura alicuius rei possumus loqui dupliciter vel secūdū rationē communē vel secundū ꝙ ad propriā materiā applicatur: et nichil prohibet aliquid quod non impeditur ex ratione cōi rei impediri ex applicatione ad aliquā materiā determinatā sicut non impedit̄ ex ratione forme solis eē plures soles sed ex hoc ꝙ tota materia speciei sub vno sole continetur. Et similiter dicēdū est ꝙ ex cōmuni natura motus nō prohibetur quin qualibz velocitate data possit alia maior velocitas inueniri. Sed impeditur ex determinatis virtutibus mobilium aut mouentium. Modo aristoteles determinat s̄m cōmunē rationē motus nōdum applicando motum ad determinata mouētia ⁊ mobilia. Sed cōtra istam solutionem iterum arguitur.

¶ Quintodecimo. Omne quod est impossibile mobili vt mobile est repugnat ei hec videtur satis manifesta sed omī mobili vt mobile est impossibile est moueri motu velociori motu primo ergo omni mobili secundum ꝙ mobile repugnat moueri velociori motu p̄io. Minor ꝓbatur. Accipiatur aliquod mobile aut illi secūdū ꝙ est mobile possibile est moueri motu velociori q̃ sit motus primus aut nō est ei possibile s̄m ꝙ mobile. Si non est ei possibile s̄m ꝙ mobile ergo est ei impossibile scd̄m ꝙ mobile per regulā modaliū. Si est ei possibile ratione qua mobile. i. moueri motu velociori motu p̄io aut aliquādo mouebitur illo motu velociori aut non si nunq̃ ergo illa potentia ociosa erit per totū tempus eternum in tota natura mobilis vt mobile ē quod videtur absurdum. Si aliquādo mouebitur motu velociori q̃ sit motus primi mobilis hoc similit̄ est absurdum quia velocitas primi motus est perfectissima qua nūq̃ erit perfectior. Et preterea q̃s motor faciet illā velocitatē. Itē illud est impossibile quod nunq̃ est nec fuit nec erit sicut illud est necessarium quod semper fuit ⁊ est ⁊ erit vt habetur ex primo celi ⁊ mundi sed hoc nunq̃ fuit nec est nec erit ꝙ aliquod mobile moueatur motu velociori motu primi mobilis ergo. Secundo omne quod non repugnat mobili vt mobile est inest alicui mobili sicut omne quod nō repugnat animali vt aīal inest alicui aīali si ergo moueri veloci⁹ p̄io mobili nō repugnat mobili vt mobile est debet inesse alicui mobili hoc autē est f̄lm ergo. Itē si ꝓpositio aristotelis intelligeretur ad sensum datū sequeret̄ ꝙ aristoteles nō sufficienter demōstraret intentū vult eī̄ ibi ostēdere ꝙ tempus est diuisibile in infinitum sicut ⁊ magnitudo ita ꝙ quocunq̃ tempore dato ē dare aliquod tempus min⁹ ⁊ hoc sic in omī tēpore cōtingit aliqd moueri ⁊ omne quod mouetur cōtingit veloci⁹ moueri ergo in quocūq̃ tempore aliquid moueatur in illo contingit velocius moueri. Velocius autem in minori tempore pertrāsit equale spaciuz ergo quocunq̃ tempore dato est aliquod tempus minus. Diceret enim aduersarius sustinens aliquod temp⁹ indiuisibile ꝙ i tp̄e illo bene potest moueri aliqd sed non est possibile ꝙ aliquid moueatur velocius illo mobili quod mouetur in tēpore illo quia hoc repugnat mobili vt tale est licet nō repugnet ei vt mobile est nec potest poni aliquod mobile moueri velocius illo mobili sicut non repugnat homini vt animal est ꝙ sit hinnibilis: ⁊ tamen non debet poni in esse ꝙ homo sit hinnibilis secundum ꝙ est animal ⁊ sic videt̄ ꝙ demonstratio Aristotelis nō valeret.

¶ Ad primum negatur consequentia ⁊ magis patebit loquendo de angelis. Ad aliud dicunt multi ꝙ in instanti est motus tamen motus non est in istāti quia non mensuratur per instans: alij autem vtūtur opposito modo loquendi.

¶ Ad secundum dicunt quidam ꝙ motus est in instanti secūdū ꝙ diuiditur ad diuisionē subiecti non aūt secundū ꝙ diuiditur diuisiōe temporis. Ad aliud dicit San. Tho. hic lec. vij. ꝙ non sequitur si aliquid quiescit in toto tempore ꝙ quiescat in vltimo eius indiuisibili. Sed Aristoteles hoc cōcludit hic ex hoc quod ponitur ab aduersario. Alias viderentur contraria simul esse in eodem vt si petrus per totam horam preteritam sit albus ⁊ per totam horam futuram sit niger: tunc si predicta consequentia valeret in instanti medio simul esset albus ⁊ niger: et ideo bene dicit phūs. i. viij. phi. ꝙ si aliquid sit albū in toto tempore precise tunc in quolibet instāti erit albuz preter q̃ in vltimo. Ad aliud dicit. S. T. hic lec. v. ꝙ cōtingit simul alterari. ⁊. viij. phi. lec. v. videtur ꝙ motus augmentationis non sit continuus Nec diuiditur ad diuisionē temporis ⁊ ita videtur dicendum de alteratione Et si dicatur prius dictū est ꝙ motus et tempus similiter diuiduntur: dicit San. Th. ꝙ hoc intelligitur de motu in communi non applicando ad determinata mobilia. Sed contra tunc ad qualitatem non esset per se motus quia qualitas potest aquiri sine motu per solaz mutationem. Itē mobile dum mouetur partim est in termino a quo ⁊ partim est in termino ad quem s̄m phm̄ hic et ex diffinitiōe motus ergo qualitas non ꝓducitur īdiuisibiliter siue subito. Forte dicis ꝙ p̄im⁹ calor dicitur acquiri successiue propter dispositionem preuiam sed tunc queritur quid est illa dispositio preuia vel est qualitas prima vel secūda. Item si illa successiua dispositio preuia sufficeret ad hoc ꝙ ad qualitatē esset per se motus sequeretur ꝙ ad substantiā esset per se motus. Itē si vnus grad⁹ caloris potest acquiri subito ergo ⁊ omīs simul quod est contra experientiā et patet ꝯñ quia omēs sunt eiusdē ratiōis. Ad hec dicetur. viij. phi determinādo an solus motus localis sit continuus et quidā dicunt ꝙ cōmē. ī hac materia sibi ipsi cōtradicit vel ꝙ solus motus localis est continuus cōtinuitate ꝑpetuitatis. Alij aūt motus pn̄t esse cōtinui cōtinuitate parui tp̄is. Alij dicūt ꝙ aliqua alteratio. s. ad minimū naturale est in instāti residuū aūt in tp̄e ⁊ ꝑ hoc patet ad alia. Ad aliū de cōtradictorijs dicūt quidā ꝙ illa sunt contradictoria que sunt accepta pro eodē tēpore vt patet per diffinitionem cōtradictionis positā primo elen. ⁊ ideo non esse caloris vel precessit in vltimo in instanti mutationis ⁊ esse caloris susceptū in alia nō sunt cōtradictoria. Cōtra cōtrariū succedēs contrario est ei vere contrarium sed in contrarijs includitur cōtradictio. Item alique mutationes sunt inter cōtradictoria. Et manifestum est ꝙ illa non sunt simul ergo ad cōtradictionē sufficiunt diuersa instantia vel tempora. Dicendum ergo ꝙ si calor nūc nō sit ⁊ imediate post hoc erit tunc in nullo instanti primo erit sicut nullū est instans immediate post istud futurū. Sed cōtra vel illud quod est immediatū huic instāti est diuisibile

m. ij.

vel indiuisibile. Dicendū ꝙ huic instanti imediate succedit tempus nō autem instans. Sed contra tēpus nō est factū nisi p ipsum. Dicat sicut ī.iij.phi.

¶ Ad terciū patet ex dictis. sed dices si ab aliquo agente illuminatio potest fieri in instanti: ergo ab agente maioris virtutis potest fieri in breuiori mēsura ꝙ in instanti. Negatur cōsequentia. Sed bene in eodem instanti agens maioris virtutis poterit ꝓducere maius lumen. Et ita dicatur de visione q̄ fit in instanti. Ad aliud dicitur ꝙ in motu recto nō contingit fieri nisi id quod contingit factum esse.

¶ Ad quartum patet ex dictis. ¶ Et ad quintum dicetur secundo de anima. Ad aliud negatur consequentia. Sed bene sequitur. ꝙ tunc incipit motus. Nec punctum pertransitur per se.

¶ Ad sextū dicitur ꝙ aliquis calor fit subito. Sed hoc non est per motum proprie dictum. Sed cōtra sequeretur ꝙ agens naturale esset infinite virtutis quia producere aliquem calorē ī certo tempore est certe virtutis. Et producere in minori tempore est maioris virtutis ergo producere in instanti est infinite virtutis ꝛ eodē modo ar. ꝙ producere volitionem in instanti non obstante difficultate ꝛ contrarietate prouenientē ab appetitu sensitiuo sit infinite virtutis. Itē si calor subito produceretur ergo etiam motus localis in vacuo posset subito ꝛ in instanti produci. Negatur consequentia quia ista subita productio prouenit ex hoc ꝙ minor calor non potest per se stare. Quidā tamen propter hec dicūt intellectiones ꝛ visiones fieri in tempore quia ponatur ꝙ in hoc instanti producatur visio primo sequit ꝙ si visibile inciperet recedere a visu visio haberet vltimū instās sui esse. Forte dicis ꝙ nō q2 visibile adhuc sufficit causare aliquem visionē: licet magis remissam. Sed contra ergo visio precedens non fuit prīa q2 quādo visibile approximabatur: tūc quacunqꝫ specie data prius ꝓduxit aliquā magis remissam quia ꝓpter elōgationē erat minoris virtutis: ergo remissius imutabat sensum. Sed istō vid erur esse cōtra phm̄ vt dicetur scd̄o de aīa sꝫ an mutatio de cōtrario in cōtrarium sit in instanti vt detur ꝙ nō q2 inter cōtraria mediata est motus ergo mutatio de vno in aliud est per motum sed contra de minima albedo intensiue semp fit in instanti. Itē inter cōtraria est mediū queritur ergo de illo medio an est mediatū vel imediatū si primū cū non ꝓceditur infinitū sequitur ꝙ ē deuenire ad imediatū ꝛ tunc queritur an mutatio ab illo in aliud sit in instanti si sic sequitur ꝙ aliqua alteratio est in instāti qđ cōcedo sed dubiū est an oportet semp transire mediū colorē ad transitūdū ad albedinē videtur ꝙ sic ex diffinitione medij.v.phi. Medium est qđ mutans primo attingit. Contra prodigus fit auarus absqꝫ hoc ꝙ sit liberalis.sanc.tho.de veri.q.

¶ Ad septimū cōcedo agens naturale posse corrūpere ꝛ agere in instanti. Sed contra actiones anīe mensurantur tempore per accidens vt dicit. S.T. in.4.propter corpus quod tēpori subijcit ergo omnes actiones rerum corruptibilium mēsurantur tē pore. Negatur consequentia quia in aliquib9 actionibus anime est successio que tempore mensuratur. Holcot ꝛ Monach9 nituntur soluere argumenta probātia agens naturale posse agere in instanti.

¶ Ad octauū dicitur ꝙ beatus habet illud quod vult ꝑ tēpore pro quo vult. Ad aliud patuit quarto phi. Et si queratur an motus angeli extra celuꝫ debeat9 dici motus localis cum nullomodo sit in loco. Quidam dicūt ꝙ sic, sed non esset motus vniuocus cum alijs quidam querunt an motus lapidis a deo extra celum esset in tēpore nostro dicitur ꝙ iste questiones non sunt phisice sed preter naturam.

¶ Ad nonū dicūt quidā ꝙ datur terminus ꝛ inciū sed illud licet sit indiuisibile: tamen non vocat mutatum esse: sed cōtra ex hoc ꝙ sortes imediate post hoc mouebitur nichil reale nūc causatur ī ipo. Itē phi. dicit hic ꝙ datur primum ī quo mobile mutatum est et illud est indiuisibile. Dicendum ꝙ datur primum eo modo quo declaratum est in conclusiōe Deinde dicitur ꝙ motus terminatur extrincese a parte ante. Sed arguitur datur prima quies ergo et primū mutatū. Añs patet q2 in quiete nō sūt partes ꝛ in prīo instanti in quo res est in loco naturali in illo quiescit suo loco naturali dicendū ꝙ hoc est falsum. Sed dices augeatur motus continue tunc queritur an gradus motus vt octo sit per instans an per tempus si primum ergo etiā quies potest eē per instans si sm̄ contra per nullum tempus est sub illo gradu dicēdū sm̄ aliquos ꝙ grad9 motus localis difformis est ipsum mutatum quod est in instanti. Alij negant omnes gradus. Sed queritur si motus petri in ista hora augeatur vsqꝫ ad octo quando erit iste gradus vt octo vel in instanti terminatiuo et hoc non quia tunc non mouebitur. Nec ante quia iste motus nō terminabitur ante hoc istās. Potest dici ꝙ iste motus terminatur extrīsece ad gradum vt octo. Nec oportet omnem motum habere terminum intrinsecum vt patet de alteratione qñdo ex aere fit ignis quia fit resolutio vsqꝫ ad nudam materiam: ꝛ ideo precedens alteratio non terminatur intrinsece quia subiectum in fine nō est et sic non omne mobile in termino motus quiescit.

¶ Ad decimum dicitur ꝙ ante omnem motum est motus ad istū sensum ꝙ in quolibet motu sunt plures partes quarum vna est ante aliam vl dicitur ꝙ medietas hore dicitur eē ante totam horam terminatiue idest terminatur anteqꝫ tota hora terminet.

¶ Ad vndecimum satis patet ex dictis vnde dico ꝙ nunqꝫ motus secundum se totum continuus habet primum mutatum quia mutatum vocatur terminus alicuius motus Sed queritur an generatio habet primum mutatum. Videtur ꝙ sic: quia generatio non est motus proprie dictus: vnde simul aliquid generatur ꝛ genitum est. Sed contra mutatū eē dicitur terminus motus. Et forma que generatur est diuisibilis ergo generatio non fit in instanti sed successiue. Negatur consequentia quia generatio non est diuisibilis diuisibilitate temporis: sed subiecti. Ad aliud dicitur vt supra.

¶ Ad duodecimuꝫ potest dici ꝙ aliquid mouetur per accidens quod prius non mouebatur quia pri9 non erat. Alij dicunt ꝙ ista in principio non mouētur, sed incipiunt moueri.

¶ Ad terciūdecimū negatur añs de sde d2 ꝙ priuatiue opposita aliquid addūt sup cōtradictoria. Et ideo nō opꝫ alterū eoꝝ in eē. Ad aliud d2 ꝙ ibi nō est quies proprie dicta vel vnū instans suppletiuē duorū. Ad aliud negatur ꝯña. Quidā dicit ꝙ motus est in instāti per accidens scilicet rōne subiecti sed per se est in tpe Ad aliud dicit negādo maiorē.

¶ Ad quattuordecimū dicit. S.T. hic lec.aij. Eo mō vt dictū est in argumēto vnde sicut dicimus ꝙ nō impedit ex rōne forme solis esse plures soles sed ex hoc ꝙ tota materia speciei sub vno sole cōtinet ita est de cōmuni natura mot9 ex qua non ꝓhibetur

quin motus possit esse in infinitū velocior. Et tunc.

¶ Ad decimūquītū negatur q̄ repugnet ei ex cōmuni rōne motus: q2 maior velocitas nō h3 oppositionē ad cōmunē rōnē motus. Et si dicat̄ hoc nō sufficit ad intētionē phī q2 aduersari⁹ dicet q̄ nō est dabilis velocior ꝓpter deffectū potētie de hoc alias.

To quartū sic ꝓcedit̄ Videtur q̄ motus non sit quia partes eius non sunt: ḡ motus non est patet ꝯsequētia: q2 effectus non potest esse sine causa sua q̄tū ad eē sed motus depēder a suis partib⁹ tanq̄ a suis causis quo ad esse ergo si partes non sint nec motus erit antecedens patet: quia non sunt cause quo ad fieri quia nō efficiūt. Sed contra est phūs.

¶ Respondeo dicendū q̄ phūs postq̄ ostendit de diuisione motus ⁊ ordine partium eius consequenter agit de statu ⁊ quiete ꝓ quo sit prima cōclusio.

¶ Omne qḋ stat mouetur patet. q2 stare dicit tēdētiā ad quietē sed impossibile est q̄ aliquid simul descat ⁊ tēdat ad quietem ergo quod stat mouet̄. Ex hac conclusione sequitur q̄ omne quod stat: stat in tempore: patet. quia quod stat mouetur sed oē mobile mouetur in tempore ergo vlterius sequitur q̄ in statu non est dare primum. quia status non est in idiuisibili temporis sicut neq̄ motus sed omē tempus est diuisibile in infinitū ⁊ in infinito non est dare primum ergo in statu non est dare primum.

¶ Secūda cōclusio. In quiete nō est dare primum patet q2 oīs quies est in tempore ergo. ⁊c. añs p3. sicut ꝓbatū est de motu: q2 motus et quies opponuntur: sed eadē est mēsura cōtrarioꝝ ergo. Ex hijs p3 differentia inter motū ⁊ quietē q2 illḋ dr̄ quiescere qḋ ſm se totū ⁊ suas partes sīlr̄ se h3 nūc sicut pri⁹/ s3 ipossibile q̄ illḋ qḋ mouet̄ similr̄ se habeat ḡ. ⁊c.

¶ Cōclusio tertia. Motus est patet: q2 iudiciū sumendū est a bene dispositis. Sed bene dispositi in sensibus iudicant motū esse ergo motus est. Aduertendū tamen q̄ ista conclusio ſcḋm philosophū non indiget probatiōe sed presupponit̄ in philosophia naturali vnde idem dicit q̄ licet aliqui hoc negauerint verbo non tamen mente.

¶ Contra hanc cōclusionē ar̄. sex ratiōibus zenonis recitatis a phō quarum prima est talis. Si aliquid posset moueri de loco ad locum prius pertingeret ad mediū spacij q̄3 ad terminū ⁊ adhuc prius ad mediū medij q̄3 ad mediū ⁊ cū spaciū sit diuisibile in infinitum oporteret mobile infinitas partes pertransire sed hoc est impossibile ergo.

¶ Secūda ratio q̄ in textu dr̄ achiles. Si possibile esset aliquid moueri de loco ad lotū seq̄retur q̄ velocissime motū nunq̄ attingeret tardissime motum ꝯñs est falsum ⁊ patet ꝯña / q2 ponatur velocissime motū in principio alicuius spacij ⁊ tardissime motū in medio ⁊ simul incipiāt moueri. Cum ergo velocissime motū non perueniat ad illḋ mediū nisi in tempore vel ergo cū illuc perueniet adhuc ibi erit tardissime motum vel in aliquo puncto anteriori si sit adhuc ibi cū adhuc prius esset seq̄tur q̄ quieuit: ⁊ tamen ponebatur ipsa simul incepisse motum ergo. Si sit in aliquo puncto anteriori cum velocissime motum a medio ad illum punctum nō veniet nisi in tempore argueretur vt prius ⁊ sic velocissime motum nunq̄ poterit cōiungi cū tardissime moto.

¶ Tercia ratio nichil mouetur dum est in aliquo loco sibi equali s3 sagitta que maxime apparet moueri in quolibet nunc temporis est in loco sibi equali ergo non mouetur.

¶ Quarta ratio. Si possibile esset aliquid moueri sequeretur q̄ tempus duplum esset equale dimidio ⁊ ecōtra cōsequēs est falsum ergo patet ꝯña sumendo tres magnitudines equales vnam quiescentem que sit a. a. a. ⁊ duas contra se motas equali velocitate ⁊ simul incipiāt moueri quarum vna sit b. b. b. et alia sit. c. c. c. ⁊ ponatur principium magnitudis b. supra principiū magnitudinis a. ⁊ principiū magnitudis c. supra pricipiū magnitudis b. tūc arguitur. Cū principiū magnitudis b. perueniet ad mediū magnitudis a transibit totā magnitudinē c. ⁊ non transibit nisi mediū magnitudis a. sed magnitudo c. est dupla medio magnitudis a ⁊ crescēte magnitudine crescit tp̄s supposita equali velocitate ergo tēpus in quo b. transit magnitudinē c. est duplū ad tp̄s in quo trāsit mediū magnitudinis a ⁊ tñ ī eodē tp̄e hec duo transeunt ergo duplū est eq̄le dimidio.

¶ Quinta ratio. Si esset possibile aliquid moueri ad aliquam formam puta de non albo ad album cū id quod mouetur cum mouetur sit in neutro terminorum sequeretur q̄ inter album ⁊ non album daretur medium ⁊ sic erit dare medium inter contradictoria quod est impossibile.

¶ Sexta ratio illud non mouetur localiter quod semper est in eodem loco sed corpus circulare puta celum semper est in eodem loco ergo non mouetur.

quiescit. Aristoteles autem. Si verba eius diligenter considerentur nunq̄ vtitur quiete partis nisi p locutionem habentē vim cōditionalis ꝓpositionis Nō eni dicit ꝙ q̄escat b c. sed necesse est b c. quiescentem quiescere et a b et ita ī alijs. Sed dicit Auerrois ꝙ ista demonstratio non est propter quid sed quia Contra quod. S. T. lec. j. T. C. ij. dicit ꝙ solutio Auerrois est bona in hoc quod dicit de conditionali. Sed tamē male dicit ꝙ non est demōstratio ꝓpt quid continet eñ causā quare īpossibile est aliquod mobile mouere p seipsū. ¶ Ad cuius euidētiā. Sciendū est ꝙ aliquid mouere seipsum nichil aliud est q̄z esse sibi cā mot⁹. Nō aūt ē sibi cā alicui⁹ oportet ꝙ primo ei ꝯueniat qꝛ quod est primū in quolibz genere est cā eorum que sunt post vnde ignis q̄ sibi et alijs est causa caloris est primum calidum. Ostendit aūt aristoteles in. vj. lec. vij. ꝙ in motu non inuenitur primū neq̄z ex parte tēporis neq̄z ex parte magnitudinis neq̄z etiam ex parte mobilis, propter horum diuisibilitatem. Nō ei ḡo potest inueniri primū cuius motus nō dependeat ab aliquo priori. Mot⁹ eñ totius dependet a motibus partium. Et diuiditur in eos vt in sexto probatū est. Sic ergo ostendit aristoteles cām quare nullū mobile mouet seipsum quia non potest esse primū mobile cuius motus nō depēdeat a partib⁹. Sicut si ostenderē ꝙ nullū diuisibile pōt eē ꝑmū ens qꝛ cuiuslibz diuisibil' totū dependet a partibus. Et sic hec conditionalis est vera si pars non mouetur totum non mouet' sicut hec conditionalis est vera si pars nō ē totū non est. Unde et platonici qui posuerunt aliqua mouere seipsa dixerunt ꝙ nullum corporum aut diuisibile mouet seipsum. Sed mouere seipsum est tantummodo substantie spiritualis que intelligit seipsā et amat vniuersaliter omnes operationes appellando mot⁹ qꝛ et huiusmodi operationes scilicet sentire et intelligere etiam aristoteles in tertio de anima nominat motus scd̄m ꝙ motus est act⁹ pfecti. Sz hic loquimur de motu scd̄m ꝙ est act⁹ ipfecti id est existētis in potētia scd̄m quē motū indiuisibile nō mouet' vt in sexto ꝓbatū ē. Et sic patz ꝙ aristoteles ponēs oē ꝙ mouetur ab alio moueri a platone qui posuit aliquid mouere seipsū nō dissētit ī sētētia sz solū in verbis.

¶ Cōtra hec arguit'. Intelligētia vt dictū ē in fine vj. mouet' ꝛ nō ab alio. Probat' qꝛ āgel⁹ mouet' a se ipso. Forte dicis ꝙ āgel⁹ nō mouet' motu phisico. Contra ex hoc sequitur ꝙ non omne quod mouetur absolute ab alio mouetur. Et sic ex hac propositione non demōstraret' deū esse vel āgelū moueri a deo qꝛ ꝓbatio phi ꝓcedit p diuisionē mobilis. Sz āgel⁹ nō est diuisibilis igit' hec ꝓbatio est inefficax.

¶ Secūdo arguitur ad idem quia aliqua sunt mobilia que non possunt diuidi nec aliqua pars eorum potest quiescere vt patet de celo Et tamen philosophus hic supponit ꝙ cuiuslibet mobilis altera pars possit quiescere quia dicit ꝙ vniuersaliter ad quietem partis sequitur quies totius. Forte dicis ꝙ aristoteles loquitur conditionaliter dicendo ꝙ descente parte totum non mouet se per se primo. Contra conditionalis nichil ponit ergo ex hac conditionali nichil sequitur.

¶ Tertio aliquid habet naturam sed natura ē principium motus ergo aliqua mouent se. Forte dicis ꝙ ad naturam sufficit ꝙ sit principium passiuū motus. Contra sequeretur ꝙ artificialia haberent naturam quia possunt passiue moueri ergo habent p̄ncipium passiuum motus.

¶ Quarto aliquid mouetur per se primo Et tamē omne quod mouetur quiescit quiescente parte ergo licet aliquid quiescat quiescente parte non sequitur quin moueat se per se primo Maior patet quia esse mobile siue moueri est vniuersale posterioristicum ergo conuenit alicui per se primo. Item quādo aliquid est tale per ꝑticipationem oportet ꝙ reducat' in aliud tale per essentiam et per se primo ergo aliquid mouetur per se primo. Item homo p se primo est risibilis et tamen non conueniret sibi nisi conueniret animali ergo licet moueri non conueniret toti nisi conueniret parti non sequitur quin eorum per se primo moueatur a seipso.

¶ Quinto arguitur contra resolutionem. S. T. dicentis predictam demonstrationem esse propter q̄d ex hoc ꝙ pars motus est causa totius mot⁹ et ꝙ motus dependet a suis partibus. Contra in successiuis stat partem esse preteritam et tamen motum esse vt supradictum est. Item motus habet infinitas partes ergo aliquid dependeret ab īfinitis causis. Forte dicis ꝙ ille cause non sunt essentialiter subordinate. Contra ex hoc habetur ꝙ illud quod mouetur nullo motu mouetur per se primo. Forte dicis ꝙ ille partes non sunt in actu. Et ideo ab illis partib⁹ motus non dependet sed hoc consequens est expresse contra. S. T.

¶ Sexto ista demonstratio philosophi scilicet. parte quiescente totum quiescit ergo totum non mouetur per se primo. Non est demōstratio ꝓcedens a cā et hec est demonstratio phi ergo demonstratio phi non est a causa. Item totum mouetur per se et non pars ergo prius est totum moueri q̄z partem. ergo motus totius non dependet ex motu partium antecedēs pz qꝛ pars nō p se subsistit ergo nō p se mouet'

¶ Septimo quando lapis proijcitur sursum moto proijciente non videtur ꝙ talis lapis moueatur ab alio igitur mouetur a se. Item quando aqua reducit seipsam ad frigiditatē tunc mouetur a se ipsa p se. Forte dicis ꝙ lz moueat' a se tñ non mouet' a se pmo. Cōtra mouetur secundum quodlibet sui a seipsa ergo mouetur per se primo.

¶ Octauo. Si totus motus dependeret ex suis partibus cū in suis partib⁹ ꝓcedatur in īfinitum sequitur ꝯtra articulū sequērē ꝙ est ꝓcessus ī īfinitū ī causis. Item sequitur ꝙ non posset probari primum mouens vniuersale scilicet deum esse. quia dicetur ꝙ celum mouetur et hoc ab alio scilicet a sua parte et illa pars iterum mouetur ab alia et sic in infinitū ergo nunq̄z erit deuenire ad primū mouens.

¶ Ad primum dicit quidam ꝙ nichil mouere se primo potest dupliciter accipi vno modo vt est idez ꝙ secundum se totum et opponitur ei ꝙ est secundum partem. Et sic dictum est in sexto ꝙ quicquid mouetur in aliquo tempore primo mouetur in quolibet illius temporis. Alio modo ly primo dicit causalitatē percisam et sic accipitur in primo posterio. in diffinitione vniuersalis. Tunc dicit ꝙ precedens ratio philosophi bene probat ꝙ nullum corpus mouetur a se ipso hac duplici primitate quia. Si mouetur a se ipso id est secundum se totum capiendo totum categorematice igitur motus inest cuilibet parti et⁹ consequentia tenet per hoc ꝙ totum inq̄ztuz mouēs est homogeneum et moueri est passio homogenea q̄ non inest toti nisi insit cuilibet parti eius. Sequit' ergo ꝙ si totuz mouetur primo hoc modo ꝙ si pars quiescit totum quiescit. Accipiendo autem aliam primitatem causalitatis precise non oportet si totū

mouet a se primo q si remoueatur ab aliquo quod non est ipsum propter hoc remoueri ab ipso. Sed quicquid sit de corporibus loquendo de angelo qui non habet partes quidam dicunt secundum philosophum ipsum non moueri per se immo etiam secundum san. th. vt supra allegatum est. Sed hoc est verum loquendo de motu qui corporalibus conuenit. Sic enim mouetur per accidens ad motũ corporis assumpti loquendo tamen de intelligentia secundũ q per se est in loco operando sic ipsa mouetur per se secundum locum vt dicit S. T. in. j. d. xxxvij. q. iij. ar. j. ad. iiij. Et sic supra dictum est q angelus mouetur ab a. in b. motu discreto et est ille motus successiuus licet non sit continuus. Et si queratur an moueatur quando est in a. vel quando est in b. de hoc dictum est in. vj. dico tamen q angelus non mouetur a seipso per se primo quia nichil secundum idem est simul in actu et in potẽtia et de hoc dicet. viij. phi.

¶ Ad secundum dicit sanctus thomas libro primo contra gentiles ca. xiij. q aliqua ɔditionalis est vera cuius antecedens est impossibile. Et ideo hec est vera si pars celi quiesceret celum quiesceret. Et idẽ habetur ca. xxij. Sed contra sic etiam ista est vera. Si petrus non esset risibilis homo nõ esset risibilis ergo homo non est primo per se risibilis. Si negas consequentiam ergo etiam non sequitur quiescente parte celi totum celum quiescit ergo totum celũ nõ per se primo mouetur. dicendum q hec consequentia philosophi non solum tenet ex hac conditionali que nichil ponit sed ista conditionalis dat intelligere q motus totius dependet ex motu partium.

¶ Ad tertium dicitur q aliquid mouet se sed non p se primo. Ad aliud dictum est secundo phi.

¶ Ad quartum dicitur q licet aliquid moueatur p se primo non tamen a seipso vel dicitur q loquendo de subsistentibus aliquid per se primo mouetur non autem absolute. Ad aliud iam dictum est.

¶ Ad quintum dicitur q in successiuis totum dependet a suis partibus per se loquendo de partibus sumptis penes diuisionem subiecti necest in conuenniens aliquid depẽdere ab infinitis inequalibus et inpotentia. Nec sic procedere in mouentibus faciẽtibus vnũ est impossibile sed necessariũ. Quõ autem hiis non obstantibus deuenitur ad primum ipsum satis patet quia oportet q res per se primo moueatur ab aliquo et non mouetur per se primo a se vel a parte sua ɔstitutiua ergo mouet a motore separato qui ẽ deus. ¶ Ad sextũ patet ex supradictis et ad aliud dicit in sexto phi. totũ n. mouet ratione partium in genere cause materialis. ¶ Ad septimũ dicet in octauo phi. Quidã tamẽ putauerũt q i cõtinuo est deuenire ad vnã partem q non posset ãplius diuidi quia i quolibet genere datur primũ sed pars ẽ causa materialis totius ergo datur prima simpliciter. Item illud quod mensuratur per replicationem indiuisibilium componitur ex indiuisibilibus sed cõtinuum est huiusmodi: patet quia indiuisibile vt pũctum potest transire continuum. Forte dicis q tantum mouet per accidẽs sed hoc nichil facit quis p pedem mensuro spacium ipsum replicando tamen pes meus mouetur per accidens quia est pars alterius sed hoc est contra aristo. in sexto. phisi.

Ad secundum sic proceditur videtur q in mouentibus et motis sit processus in infinitum quia omne mouens phisicũ mouetur quia mouentia non mota non sunt amplius phisice consideratiõis. Sed omne quod mouetur ab alio mouetur vt supra ostensum ẽ ergo in mouentibus &c. Sed contra est philosophus.

¶ Respondeo dicendum q postq philosophus ostẽdit q omne quod mouetur ab alio mouetur hic accedit ad principale propositum ostendendum scilicet q sit primus motus et primus motor pro quo sit prima conclusio. In mouentibus et motis non est processus in infinitum patet quia sit a quod mouetur secundum locum et moueat ab ipso b. b. vero a c. c. vero a d. et sic in infinitum ascendendo. Manifestum est autẽ q cum aliqd mouet ex eo quod mouetur simul mouet mouens et ipsum mobile. Sicut si manus suo motu moueat baculum simul mouetur manus et baculus. Sic ergo simul mouet b. quando mouetur a. et eadẽ ratione quando mouetur b. simul mouetur c. et sic de aliis. Sic ergo in eodem tempore est motus ipsius a. et omniũ aliorum. Et poterit seorsum accipi motus vniuscuiusq horũ infinitorum. Et q quis vnũquodq horum mobilium moueatur ab vno quoq mouentiũ non ita q vnum ab omnibus sed singula a singulis nichilominus tamen licet sint infinita mouentia et mobilia quodlibet tamẽ est finitum et motus eius vnus et finitus ergo erunt in tempore finito vt probatum est in sexto. Sit ergo illud tempus in quo mouet h. et tunc arguitur sic cum motus ipsius a. sit in tempore finito sequit q in illo tempore finito est infinitus motus illorũ mobiliũ quod est impossibile. Sed quia hec deductio q videt cõcludere q motus infinitus sit in tempore finito non videtur esse efficax sed videt concludere pcise q in tẽpore finito erunt infiniti motus infinitorũ mobiliũ quod non videt inconueniens ideo aristo. efficatiã huius rationis ostẽdit dicens q cum omne mouens sit simul cũ moto illa possũt ad inuicẽ ɔtinuari et cũ ponant infinita q ex ipsis fiet magnitudo infinita et ex motibus eorũ fiet vnus motus infinitus et cõtinuus q erit in tpe finito et qr hoc ẽ impossibile sequit q impossibile ẽ esse infinita mouẽtia et mobilia essẽtialiter subordinata. Sz cõtra istõ obiicit qr phus videt psuppo nere q si essẽt i finita mouẽtia et mobilia possẽt ad inuicẽ cõtinuari cũ tñ spe differãt ad inuicẽ et pñs cõtinuari nõ pñt qm vnũ alteri eẽt cõtiguũ dicẽdũ est q aliomõ accipit cõtigẽs et ipossibile cũ demonstrat aliqd de gñe et cũ demõstrat aliqd de spe qr cũ agit de spe opz accipere vt ipossibile eẽ illõ cui repugnat vel gen vel differẽtia spei. Ex qb rõ spei ɔstituit. Cũ vero agit de gñe accipit vt cõtigẽs oẽ illud cui nõ repugnat rõ generis lz ei repugnet i sua specie sicut si loqremur de aiali possẽ accipere vt cõtingẽs q dẽ aial esset alatũ. Sed si descenderẽ ad cõsiderationẽ hois impossibile esset hoc aial esse alatũ modo aristoteles hic loquit de motibus et mouẽtibus in cõmuni nondũ applicãdo ad determinata mobilia in quibus esse continuum vel contiguũ secundum rationem se habet indifferenter.

¶ Contra hec ar. qr in aliqbus mouẽtibus procedit in infinitũ. Scdm aristotelẽ em infinite fuerũt generatiões. Nec põt dari primus pater. ex hoc arguitur contra philo. v. phi. dicentẽ si non est aliquis generatio prior neq posterior ca. j. trac. j. Item in operationibus intellectus pceditur in infinitũ qr sortes intelligit et iterũ põt itelligere se intelligere. Et sic in infinitũ pcedẽdo reflectẽdo se supra suuz actũ. Item quando lapis proiicitur infra aquam. tunc videtur ibi fieri pcessus in infinitũ in circulationibus igit.

¶ Secũdo ar. cõtra modũ pbãdi ipsius phi qr supponit ois mobilia posse cõtinuari hoc aũt est ipossi

bile quia multa specie differunt que non possunt cō(n)tinuari ex sexto phisi. Item multa sūt mobilia que sunt contraria ut album et nigrum ergo non possut continuari.

¶ Tertio. Si celum et elementa continuarentur ut illud totum continuum moueretur motu recto vel motu circulari. Forte dices ꝙ antecedens est impossibile et ad impossibile sequitur quodlibet. Et ideo si ita fieret celum moueretur et non moueretur. Contra tunc destruitur ratio philosophi quia eodē modo dicetur ꝙ casus suus non est admittendus sꝫ ipso posito sequuntur contradictoria. Et ideo cas⁹ ille impossibilis nichil probat efficaciter nec de facto sicut nec per aliud antecedens impossibile aliqd propter de facto ita esse.

¶ Quarto arguitur contra solutionem quia dictū est ꝙ omnia mobilia et mouentia secundum ꝙ sunt continua et corporalia possunt continuari non autē secundum proprias naturas. Contra possibili posito in esse nullum sequitur inconueniēs. Si ergo primum est possibile ponatur in esse. Item scrīs Tho. articulo precedente dixit post auicennam ꝙ ad hoc ꝙ propositio simpliciter sit impossibilis sufficit ꝙ predicatum repugnet subiecto ratione differentie specifice licet non ratione generis. Et ideo ista est impossibilis homo est irrationalis ergo et ista celū et elementa continuantur. Item frustra est potētia que nunqꝫ reducitur ad actum. Sed nunqꝫ omnia mobilia sunt continua ergo falsum est ꝙ possunt esse continua considerando ea inqꝫtum sunt corpora. Hic queritur an argumenta Aristo. aliquando procedant ex falso et impossibili et videtur ꝙ sic ex quarto phisi. vbi probat ꝙ tempus non est mot⁹ eo quia si essent plures celi essent plures motus tamē esset vnum tempus. Contra falsū nihil probat. Itē accidens multiplicatur per subiectum ergo si essent plures celi saltem primi negatiue essent plura tempora contra phi.

¶ Quinto dato ꝙ infinita mobilia vniantur simul non sequitur ꝙ motus infinitus fiat in tempore finito. Tum quia in quolibet continuo sunt īfinite partes mobiles vnite. Tum quia corpus album licet esset infinitum tamen posset habere albedinem finitā ergo et motum finitum intensiue infinitum autē extensiue videtur posse esse in tempore finito.

¶ Ad primum dicitur ꝙ in mouentibus et motis simul actu existentibus non proceditur in infinitum vel dicitur ꝙ non essentialiter subordinantur secūdum actum sed secundum potentiam successionis. Et si dicatur omne mouens phi. mouetur et non a se ergo ab alio dicendum ꝙ ille alius est deus qui non mouetur. Nec est phisice considerationis nisi in ratione mouentis acceptus. Et per hoc pꝫ ad aliud.

¶ Ad secundum dicitur forte ꝙ illi contra quos arguit philosophus non ponerent distinctionem specificam inter res. Et ideo apud eos predicta continuatio non esset impossibilis. Vel dicitur ꝙ possibile capitur pro nō repugnare. Et sic dico ꝙ hec est vera possibile est idest non repugnat corruptibile et incorruptibile continuari inqꝫtū sunt corpora nec vt specie differunt vel contrariantur.

¶ Et per hoc patet ad tertium et forte illud auicē de impossibili. S. T. tantum recitatiue dixerat. Deinde dicitur ꝙ aristoteles arguit ex vno impossibili inferendo magis impossibile et causa illius magis impossibilis est processus in infinitum in mobilibus et non predicta continuatio.

¶ Ad quartum dicitur ꝙ possibile idest non repugnare vt sic non ponitur in esse.

¶ Ad quintum patebit primo de celo.

Ad tertium sic proceditur videtur ꝙ nō omne mouens simul sit cum eo quod mouetur quia celum mouet hec inferiora et tamen non est simul cū ipsis ergo. Itē arguit albertus color mouet visum. Similiter cum quis debet percuti licet nondum percutiatur tamen timet. Timor autem est passio igit̄ anteqꝫ mouens sit cum moto mobile mouetur. Sed contra est philosophus.

¶ Respondeo dicendum ꝙ duplex est mouens scilꝫ et methaphoricum vt est finis aliud proprie dictū quod est principium vnde motus. Et illud ē duplex scilicet remotum et aliud proximum et de isto intelligitur questio. Preterea notandū ꝙ tres sunt species motus proprie dicti scilicet ad quantitatē ad qualitatem et ad vbi. Ad qualitatem scilicet de tertia specie qualitatis solū q͂a qualitates de tertia specie sunt vere cōtrarie per se intensibiles et remissibiles et extrinsecus subiecto aduenientes subiecto manente eodem in substantialibus in aliis vero non ergo ad ipsas est et non ad alias.

¶ Notandum preterea ꝙ omnis motus localis aut est a principio intrinseco ita ꝙ illud quod mouetur a seipso mouetur licet non primo aut a principio extrinseco et hoc q͂ttuor modis. nā illoꝝ aliquis dicit̄ pulsio alius tractio. ali⁹ vectio ⁊ vertigo. Et omnes alii motus locales ad istos reducuntur. Pulsio est motus a mouente quo tamen vtitur mouēs a seipso ad aliud. Vel sic pulsio est motus violētus quo violentatum a violentāte recedit. Et diuiditur per impulsionem et expulsionem impulsio est quando mouens et quod mouetur non deficit. Sed semper est cum eo simul. Expulsio est quando mouens deficit et quod mouetur ita ꝙ ipsum non semper concomitatur vsqꝫ ad finem motus. Tractio vero diffinitur opposito. Nam pulsio ⁊ tractio sic differunt quia ī pulsione mouens se habet ad mobile vt terminus a quo est motus eius in tractione vero se habet vt terminus ad quem. Et ideo illud trahere dicit̄ ꝙ mouet alterum ad seipsum. Mouere autem aliquid secundum locum ad seipsum tripliciter contingit. vno modo sicut finis mouet vnde et trahere dicitur secundum illḋ poete trahit quēqꝫ sua voluptas ⁊ hoc modo pōt dici ꝙ loc⁹ trahit id qḋ naturalr̄ mouet̄ ad ipm̄. Alio mō pōt dici aliq̄d trahere q̄z mouet id ad seipm̄ alterādo aliqualr̄ ex qua alteratiōe ꝯtigit ꝙ alteratū moueat̄ sm̄ locū. Et hoc mō magnes dicitur attrahere ferrū sicut ei generās mouet grauia ⁊ leuia inqꝫtū dat eis formā per q̄ꝫ mouet̄ ad locū ita et magnes dat aliq̄ꝫ qualitatē ferro p quā moueatur ad ipsū. Et ꝙ hoc sit verū pꝫ ex trib⁹. Primo q̄z magnes nō trahit ferrū ex quacūqꝫ distātia. sꝫ ex propinquo. Si aūt ferrū moueret̄ ad magnetem solum sicut ad finē sicut graue ad suū locū ex qualibet distātia tēderet ad ipsū. Secundo q̄z si magnes alliis perfrigatur ferrū attrahere nō potest quasi alliis vi alteratiuam ipsius īpedientibus. Aut etiā in cōtrariuꝫ alterātib⁹. Tertio quia ad hoc ꝙ magnes attrahat ferrū oportet pri⁹ ferrum liniri cum magnete. Maxime si magnes sit paruus quasi a magnete aliq̄ꝫ virtutem ferrū accipiat vt ad eū moueat̄. Sic igit̄ magnes attrahit ferrū nō solū sicut finis sꝫ etiam sicut mouēs ⁊ alterans. Tertio mō dr̄ aliq̄d attrahere q̄z mouet ad seipsū motu locali tantū et sic diffinit̄ hic

tractio ꝙ est motus quo trahens ad seipsum vel ad
alterum velociter mouet ⁊ nō separatur ab eo quod
trahit. Et dicitur ad seipsum vel ad alterū quia mo
uens volūtarium potest vti altero vt seipso vnde po
test ab alio pellere sicut a seipso ⁊ ad aliud trahere
sicut ad seipsum. Sed hoc in motu naturali non con
tingit. Deinde dicitur velociter quia contingit
quandoqꝫ ꝙ id quod trahitur etiam per se mouetur
illuc quo trahitur. Sed a trahente velociori motu
compellitur moueri sed quia trahens mouet suo mo
tu oportet ꝙ motus trahentis sit velocior ꝙ̄ mot⁹
naturalis eius quod trahitur. Sunt aut quidā mo-
tus in quibus non ita manifeste saluatur ratio tra
ctionis. Et ideo consequenter philosophus ostēdit
omnes alios motus ad istos reduci q̄tum ad hoc
ꝙ sunt ad seipsum vel ad alterum. Motus em̄ reci-
piunt speciē a terminis sicut patet in inspiratione.
Inspiratio enim est atractio aeris. Expiratio vero
est aeris expulsio. Et similiter sputio ē expulsio spu
ti et similiter dicendum est de oibus alijs motibus
per quoscūqꝫ aliqua corpora extra mittunt̄ vel infra
recipiuntur quia emissio reducitur ad pulsionē rece
ptio autem ad tractionem. Et similiter spathesia et
cercisis est attractio ⁊ est idem spatesis ꝙ percutio
per ensem que fit pellendo. Cercis vero est instrumē
tum quo vtunt̄ textores quod latine dicit̄ radi⁹ vñ
alia littera habet radiatio horū enim duorū ⁊ quo
rumcūqꝫ motuū emissiuorum et receptiuorū. Aliud
est congregatio quod pertinet ad attractionē quia
congregans mouet aliquid ad alterum aliud est dis
gregatio q̄ pertinet ad pulsionem quia pulsio ē mo-
tus alicuius ab aliquo. Et sic patet ꝙ omnis mot⁹
localis est aggregatio vel disgregatio. Et per ꝯñs
ꝙ omnis motus localis est pulsio vel tractio. Verti
go et vectio similiter ad istos reducunt̄. Nam ver-
tigo componitur expulsu et tractatu ⁊ vectio simili
ter est motus quo aliquid in se quiescēs mouet̄ ad
motum alterius. Modo omne quod vehit trahen-
do vehit vel pellendo.

¶ Conclusio responsiua. Omne mouens proximū
et immediatū simul est cū eo quod mouetur. Pro-
bat̄ inductiue. Primo in motu locali qꝛ oīs talis
vel est a principio intrinseco vel a principio extrin-
seco. Si primum sic manifestum ꝙ mouens simul ē
cum moto. Si secundū hoc est dupliciter qꝛ vel est
impulsio. Sic manifestum est per diffinitionē ꝙ mo
uens simul ē cū moto. Vel ē expulsio et tūc licet mo
uens primū non simul sit cum eo quod moue t̄ tamē
mouens proximū scilicet virtus ipius mouētis sem
per est cum eo qđ expellitur. Et ita in alijs motibus
localibus. Secūdo patet de alteratione inductiue.
Et ratione sic oīs alteratio est similis alterationi q̄
fit secundum sensum. Sed in alteratione q̄ est secun
dum sensum alterās ⁊ alteratum sunt simul ergo et
in alijs idē pꝫ de augmentatione ⁊ diminutione qꝛ
quod auget̄ simul est cū augmentante qꝛ augmenta
tio est quedā appositio per appositione alicuius q̄ꝫ-
ri aliquid augetur. Modo quod alteri apponitur
oportet ꝙ sit cum apponente et per oppositum dicē
dum est de diminutione.

¶ Notandū preterea quia dictum est ꝙ omne alte
rans simul est cum alterato ideo phūs ostendit ꝙ al
teratio solum est ad tertiam speciē qualitatis vnde
hic supponendū est ꝙ qualitatis quattuor sunt spe
cies vt patuit in logica. S. T. le. v. pbat ꝙ ad secū-
dam speciem qualitatis non sit semp alteratio quia
naturalis potentia inest per generatiationē ⁊ ab in

stanti natiuitatis ergo nō per alterationē. Itē qua
litates secunde speciei nō contrariantur. Secundo
dicitur ꝙ ad quartam speciē qualitatis non est per
se motus. Ridiculū enim est dicere aliquid alterari
quando figurat̄. Et ratio est quia motus alteratio
nis non per se et immediate terminat̄ ad figurā sed
ad alias qualitates. Aliquādo vero figura sequitur
formam substantialem ergo non inest semper per al-
terationem. Item figura nō predicatur de substan
tia non enim dicimus ꝙ es sit figura ergo ad figu-
ram non est alteratio. Sed queritur an ad primam
speciē qualitatis sit alteratio quia tales habit⁹ sūt
ad aliquid in quo non est per se motus. Unde sani-
tas vt dicit. S. T. hic lec. v. est cōmensuratio debi-
te qualitatu. Hec aūt cōmensuratio nō est quid ab
solutu quoniam cōmensuratio humorū que in hoie
est sanitas in leone requirente calorem maiorē non
est sanitas vnde sanitas dicit aliquā qualitatem p̄-
ter qualitates p̄mas. S. T. de ver. q. xxvij. ar. j. iiij.
sed an sanitas et egritudo sint contraria immedia-
ta dixi i logica nūc videt̄ ꝙ nō ex. S. T. xij. q. xviij.
ar. viij. j. qꝛ egritudo nō dicit totā ablationem sani
tatis nec tamē contraria sunt simul sed queritur an
sicut diuerse sunt egritudines specie saltem in ho-
minibus quia sanitas hominis ⁊ equi differunt spe
cie. san. tho. Tertio dicitur ꝙ ad virtutes morales
non est per se motus alterationis quia omnis virt⁹
est perfectio quedam quia virtus est dispositio per
fecti ad optimū idest ad finem rei qui est operatio
rei. Sed illud quod perficitur non alteratur igitur
virtutes tamen sequuntur alterationem que est in
parte sensitiua quia virtus moralis est circa delecta
tionem et tristiciam. Sed delectatio et tristicia nō
est sine motu facto in parte sensitiua vnde in tristi-
cia cor cōstringitur et in delectatiōe dilatatur. Ex
predictis etiā patet ꝙ ad habitus intellectuales nō
est alteratio. Probatur tamen aliter qꝛ anima quie
scendo fit prudens vnde ebrij nō possunt vti sciētis
propter pertubationē cerebri ergo scientia non ac-
quiritur per motū. Et propter hoc etiā pueri nō sūt
capaces scientie quia calidum in eis facit continue
humidū habūdās. Puer etiā de facili insequtur pas
siōes. Et iō dicit augu. inuēr⁹ est venenū ꝟtutis ⁊c.

¶ Contra hoc arguitur. Et primo per argumētum
sancti thome lectio quarta. probādo ꝙ mouens nō
sit simul cū eo qđ mouet̄ qꝛ q̄dā piscis qui vocatur
stupo stupesacit manū piscatoris ⁊ nō rethe interpo-
situm ergo mouēs nō ē simul cū eo ꝙ mouetur. For
te dicis ꝙ simul est cū eo ꝙ mouet̄ ꝟm suā virtutē.
Tunc querit̄ q̄ est ista virtus que causatur. tethe ei
non est susceptiuū stuporis. Itē in fascinationibus
vnus homo per suā imaginationē causat malā dis-
positionē i alio. Et dr̄ ꝙ vetule vrētes maleficio a-
gūt in corpus alteri⁹ licet nō sint simul cum eo igit̄

¶ Secūdo homo generat hominē ⁊ tamen non ē si-
mul cum eo immo aliquādo hō generans ē mortu⁹
quādo alt⁹ generetur. Forte dicis ꝙ virtus genera
tis adhuc manet. Cōtra aduenīēte noua forma ois
precedentia accidentis corrūpūtur ergo quando in
semine introducit̄ forma embrionis virtus p̄cedēs
desinit esse. Item illud qđ non est nichil efficiat sed
homo mortuus non est ergo nunq̄ꝫ est respectu ho-
minis geniti ergo p̄ virtutem remanentem in semi-
ne non debet dici ꝙ homo generans sit causa geniti
Item mixtum generatur ex elementis sed elementa
nō sūt simul cū illo mixto ꝙ mouēs nō ē simul cū mo
to. Maior pꝫ qꝛ i eadē materia nō sūt sil̄ plures forme.

¶ Tertio arguitur secundum galienum caput est principium motus animalis: et tamen non oportet ꝙ simul sit cum motu animalis. Probatur ex commen. qui dicit se vidisse arietē ambulare multotiēs huc et illuc abscisso capite. Forte dicis ꝙ principiū mouens ipsius animalis est cor. Et hoc arguitur eodem modo: quia galienꝰ dicit ꝙ extracto corde ab animali adhuc animal potest moueri per duos passus. Item illud non est principium motus animalis quo quiescente animal mouetur sed ita potest esse de corde vt patet per predictam experientiam.

¶ Quarto relatio potest causari in quacūqȝ distātia ergo et alteratio. Añs patet qꝛ in quacūqȝ distātia generetur filius. Tunc in eo qui est pater acquiritur paternitas. Et si alius moriatur illa paternitas corrumpitur per desitionem termini qui tamē non est simul secundum locum cum patre.

¶ Quinto pono ꝙ medietas alicuius passi iam habeat summum calorem et applicetur igni / tunc ille ignis non aget in illam medietatem propinquā cū sit similis agenti et tamen aget in secūdam medietatem producendo in ea caliditatem donec erit sibi similis. Item corpus luminosum potest agere ī remotum nichil agendo in propinquum igitur. Antecedens patet dupliciter primo. Si vne parua candela iam produxerit lumen in prima medietate aeris et aduenit maior tunc illa nullum lumen producet in prima medietate aeris quia duo accidentia solo numero differentia non possunt esse in eodem secūdum thomistas. Et tamen producit lumen in secūda medietate. Item augeatur corpus luminosum non intēsiue sed extensiue tunc dicunt perspectiui ꝙ plus de lumine producet in partibus remotis nō autem in puncto propinquo: quia per casum non augetur intensiue ergo tunc agit in remotum non agendo in propinquum.

¶ Sexto aliquando mouens nō est in loco ergo nō est simul cum moto. Antecedens patet qꝛ i corporalia non sunt in loco ergo intelligentia mouens celū non est in loco illa autem sunt simul que sunt in eodē loco. Item in expulsione mouens non est simul cum moto vnde. S. T. dicit ꝙ licet in principio mouens et motum sunt simul non tamen semper et continue.

¶ Septimo. Magnes mouet ferrum et tamen non est simul cum ferro forte dicis ꝙ virtus magnetis est cum ferro et illa mouet ferrum. Contra eadem virtus non mouet ad suus oppositos / sed si ferrum sit sursum descendit ad magnetem et si sit deorsum ascēdit ergo hoc non est a virtute que sit in ferro. Tenet cōsequentia quia idem in quātum idē semꝑ natum est facere idem. Item quero a quo causatur illa virtus si a magnete ergo magnes est simul cuȝ ea. Forte dicis ꝙ virtus causata in aere proximo est simul cum magnete et illa virtus causat aliaȝ vsqȝ ad ferrum in quo recipitur. Contra sequeretur ꝙ inter media inter ferrum et magnetem deberēt moueri ad magnetem quia recipiunt virtutem quam recipit ferrum. Item corrumpatur magnes tunc queritur ad quem locum mouebitur ferrum per virtutem quā recepit. Forte dicis ꝙ ad nullum locum determinate. Contra omnis virtus naturalis est determinata ad vnū et per hoc differt a volūtario ergo mouebitur ad locum determinatum.

¶ Octauo remouēs prohibens est causa motus lapidis deorsum et tamen non est simul cum eo. Item in secundo de anima dicitur ꝙ corpora dura nō pñt se tangere ergo non sunt simul et tamen vnum mouet aliud cadendo super ipsum. Et primum adhuc probatur per experientiam / quia nullus scit et corpora dura ita bene cōiungere in aqua quin aliquid humiditatis reperiatur inter duos lapides postqȝ extrahuntur ab actu. Item penetratio dimēsionum est impossibilis sed mouēs et mobile sunt duo corpora dimensionata ergo non possunt esse simul. Item non oportet ꝙ domus actu sit cum domificatore domificante ergo non oportet ꝙ motum simul sit cum mouente.

¶ Nono planete qui sunt supra solem agunt in ista inferiora et tamē non sunt simul cum eis. Forte dicis qd̄ ꝓducūt ī medio quedā ꝟtutē vsqȝ ad nos.

¶ Cōtra planete agūt per lumen sed planeta superior nō potest ꝓducere lumē in toto medio qꝛ aliquādo sol mediat iter nos et planetā superiorē scȝ saturnum a quo sol nullum lumen recipit sed econuerso. Item existens in tenebris videt lumen et tamen illud lumen nō est simul cum oculo suo. Forte dicis ꝙ species luminis deueniunt vsqȝ ad oculum. Contra species lucis est lumen: sed existens in vno angulo aliquando non habet lumen licet videat alium habentem lumen igitur.

¶ Decimo arguitur ꝯtra diuisionē motus qꝛ q̄ mouetur ad motū nauis nō videtur moueri motu pulsionis aut vertiginis. etc. Itē mare mouetur a luna et non aliquo istoꝝ modoꝝ. Forte dicis ꝙ mouet motu tractus. Contra mouēs et motū sunt simul sed luna non est simul cum mari. Nec videtur ꝙ aliqd̄ causet in medio a quo mare moueatur fluendo et refluēdo qm̄ mare mediterraneū nō habet fluxum et refluxum et tamen idem causatur in aere vt videtur q̄ est supra mare mediterraneum et mare occeanum.

¶ Undecimo arguit ꝙ ad primā speciē qualitatis est per se motus qꝛ ad calorē est per se motus et tamē est i prima specie qualitatis. Itē sanatio est motus ad sanitatē vt patet ex quinto phi. Sed sanitas est de prīa specie qualitatis. Forte dicis ꝙ sanitas est ad aliquid. Cōtra sanitas nō est relatiuū nisi forte ꝺm dici sed hoc nō īpedit quin ad eā sit ꝑ se motꝰ: qꝛ oē accidēs videt esse relatiuū ꝺm dici propter habitudinē quā habet ad substantiam. Itē augmētatio est per se motus et tñ terminus eius īportat relationē est enim augmētationis terminus magnū paruū vero est terminus diminutionis. Iteȝ ad vbi est per se motus licet sit ad aliquid ꝺm dici. Item queritur quare potius ea que sunt ī prima specie qualitatis sunt relatiua q̄ȝ ea que sunt in tertia.

¶ Duodecimo oē quod fit in aliquo de nouo fit in eo per motū vel transmutationē. Sed sic est de sciētia igitur. Forte dicis ꝙ per scientiam subiectū perficitur. Contra sic etiam aqua perficitur per frigiditatem Et tamen frigiditas acquiritur per motum Item intellectus mutatur de errore ad scientiam. Capiātur iste vt dicunt precise quid absolutū ergo mouetur de contrario in contrariū: ergo est ibi ꝑ se motus et alteratio. Forte cōcedis cōtra indiuisibile nō mouetur. Itē actus ītellectus pōt fieri successiue immo discursus nō potest fieri in instāti. S. T. de veritate. iiij. ij. ar. viij. ꝑmū. vide. q. xxvj. ar. iij. ad xij. si queratur an in actibus contrarijs transeundo de vno in aliud oporteat transire per mediū patet ꝙ non vt quādo ꝓdigus sit auarus. Forte dicis ꝙ potest moueri per accidens. Contra qd̄ mouetur ꝑ accidens opȝ ꝙ sit q̄ȝtū ꝑ ccessis excepta aīa sȝ nō sic ē de indiuisibili. Itē lȝ cōcedat ꝙ indiuisibile mouet per accidens localiter nunq̄ȝ tamen ꝯceditur ꝙ moueatur per accidens motu alterationis.

¶ Tertiodecimo secundum phim. ij. ethicorum virtus generatur ex actionibus frequenter iteratis, ergo virtus acquiritur per generatione et per consequens per motum. Nec valet dicere ꝙ virtus sit ad aliquid quia nullum absolutum est ad aliquid sed omne quod est in predicamento qualitatis est absolutum. Item per secundam regulam ante predicamentale nihil potest (vt hic dicit. S. T. lec. v.) esse in diuersis predicamentis. Item sanitas est in tertia specie ergo ad eam est motus. Antecedens patet quia est qualitas sensibilis. Nam egritudo sentitur ab infirmo et a medico per pulsum. Forte dicis ꝙ egritudo est de tertia specie cum nihil aliud sit quam ipse qualitates prime. Ex hoc sequitur ꝙ ad eam est per se motus quod est contra phm hic. Item qualitates prime non sunt ad aliquid. Forte dicis ꝙ sanitas est qualitas distincta a qualitatibus primis. Contra remoto omni accidente ponendo solum qualitates primas debite proportionatas, animal est sanum ergo sanitas nihil dicit preter primas qualitates. Item tunc daretur medium inter sanum et egrum quia pono ꝙ sanitas continue remittatur vsque ad primum instans non esse. Tunc in illo instanti illud animal non est sanum vt patet. Nec egrum quod probatur quia egritudo non fit nisi in tempore ergo in illo instanti non est egritudo. Antecedens patet quia egritudo sequitur qualitates primas que successiue fiunt et corrumpuntur.

¶ Quartodecimo aliquis potest fieri magis virtuosus ergo esse virtutis non consistit in indiuisibili ergo suscipit magis et minus ergo ad eam potest esse per se motus. Forte dicis sicut dicit commentator ꝙ omnis perfectio est indiuisibilis et simplex sed nihil simplex et indiuisibile est alteratio vel motus ergo secundum virtutem non est alteratio. Et per consequens nec secundum maliciam. Contra hoc arguit. S. T. lec. vi. quamuis enim perfectio aliqua sit simplex et indiuisibilis recedere tamen a perfectione non est simplex et indiuisibile. Et ideo dat aliam rationem. S. T. quare ad virtutem vel scientiam non est per se motus quia scilicet subiectum per ista perficitur. Contra grauia per se mouentur ad sua loca naturalia licet ab eis perficiantur animalia etiam parua augentur ad quantitatem per quam perficiuntur. Item per vicium anima non perficitur ergo acquisitio eius erit motus. Forte dicis ꝙ scientia est nobis innata et ideo non generatur in nobis vt dicit philosophus hic T. C. xx. Contra hoc est platonizare et non est verum secundum peripatheticos secundum quos intelligere est quoddam pati vt dicitur in tertio de anima ergo intelligere est alterari.

¶ Quintodecimo aliqua est transmutatio ad intellectionem vel visionem et illis non est terminus alterius transmutationis ergo ad ista est per se mutatio. Antecedens patet quia non semper aliquid calefit quando videt vel intelligit. Similiter potest argui de sono ad quem est per se motus cum sit de tertia specie qualitatis licet non per se terminet motum.

¶ Sextodecimo ad ea que sunt in parte sensitiua anime est alteratio sed temperantia et fortitudo virtutes sunt in parte sensitiua anime igitur maior patet ex S. T. lec. vi. quia ad passiones est alteratio. sed in parte sensitiua anime scilicet in concupiscibili et irascibili sunt passiones scilicet delectatio et timor igitur quidam dicunt ꝙ in istis non est motus phisicus et sic euadunt omnia argumenta sed mirum esset hoc phi. non dixisse si hec solutio sufficeret. Item queritur causa quare cum irasci sit proprie pati ex. S. T. xij. quare non est proprie motus cum ponatur in diffinitione passionis. q. xxij. quidam dicit ad virtutem non esse motum quia sunt in indiuisibili contra vicium contingit multis modis et vnus est virtuosior alio. Item virtus et vicium non sunt contraria immediata ergo inter ea est motus antecedens patet quia tunc viciosus in instanti et valde cito fieret virtuosus quia per se non fit successiue aut per motum virtuosus.

¶ Decimoseptimo arguitur ꝙ ad quartam speciem qualitatis est per se motus quia figura in aliquo acquiritur de nouo quia cera rotunda potest fieri quadrata ergo ibi est mutatio et non nisi alteratio igitur. Item ad qualitates sensibiles est alteratio: sed figura est huiusmodi igitur. Item ratio quare ad figuram non est per se motus est quia non predicantur de subiecto sed eodem modo probaretur ꝙ ad tertiam speciem qualitatis non est per se motus quia albedo non predicatur in recto de suo subiecto. Forte dicis ꝙ dicitur de subiecto in concreto. Contra sic etiam est de figura. Item ad albedinem est per se motus et tamen albedo non est per se terminus motus quod sic probatur quia albedo est qualitas secunda ergo acquiritur per alteratione factam in qualitatibus primis propter hoc enim vocatur qualitas secunda ergo dato ꝙ figura non sit per se terminus motus non sequitur quin ad figuram sit per se motus.

¶ Decimooctauo arguitur ꝙ ad secundam speciem qualitatis est per se motus quia rarum et densum sunt de secunda specie et ista acquiruntur per motum rarefactionis et condensationis. Forte dicis ꝙ raritas sequitur motum calefactionis et ideo non per se terminat motum. Contra in celo est raritas et tamen ibi non est calefactio. Item commenta. dicit ꝙ ad duriciam et molliciem est per se alteratio. Item rarefactio est motus qui per se terminatur ad qualitatem et non nisi ad raritatem igitur. Maior patet quia per rarefactionem res aliter se habet quam prius.

¶ Ad primum dicitur ꝙ rethe alteratur alia alteratione quam stupore cuius non est capax. Ad aliud putant quidam vetulas semper vti incantationibus vel arte demonum. Sed basilicus etiam inficit in corporali distantia. Dicendum ergo ꝙ in talibus etiam alteratur medium. Sed de hoc in de celo. Si enim agant per demones tunc demon simul est cum eo quod mouetur de hiis. S. T. 1. parte. q. 117. ar. 3. 2. S. T. de ma. q. 16. ar. 9. 13.

¶ Ad secundum dicitur ꝙ virtus que est in semine patris est simul cum genito de hoc. S. T. 1. parte. q. cxviij. ar. 1. ad. iij. Quidam dicunt ꝙ homo mortuus cuius virtus manet in semine non efficit hominem genitum quia non est tamen est causa efficiens eius Sed de hiis in secundo. Ad aliud negatur maior quia tunc aliquid generaretur ex non ente. Item mixtum est perfectius elementis ergo non est ab eis effectiue.

¶ Ad tertium in quo galienus et commen. sibi contradicit dicitur ꝙ siue principium sit caput siue cor istis depositis remanet virtus a qua fit motio. Et de hoc in secundo de anima.

¶ Ad quartum negatur consequentia vide in quinto phisicorum.

¶ Ad quintum dicitur ꝙ hic loquimur de alterante totali. Et tunc dico ꝙ nihil agit in remotum nisi agat vel egerit in propinquum vel aliquid sibi simile egerit.

¶ Ad sextum dicitur ꝙ angelus est in loco per operationem. Et ad aliud dicitur ꝙ mouens secundum suam virtutem semper est cum moto non autem secundum se.

¶ Ad septimum dicitur ꝙ ferrum per se mouetur ad magnetem. Accidit autem sibi vt sic ꝙ hoc sit sursum

vel deorsum. Et si annichiletur magnes tunc nõ mas net virtus in ferro q̃ non est vniuoce in medijs.

¶ Ad octauum dicitur q non est causa propinqua. Ad aliud dicetur ibidem. Et ad aliud dicitur q due dimensiones sunt simul id est inter eas nichil med. at. S. T. lec. ij.

¶ Ad nonum dicitur q omnia illa causant aliqua accidentia in medio que forte non sunt nobis nota. videas san. tho. de veri. q. v. ar. ix. ad. xvij. de celo τ magnete τ ar. xv. Et ita dicatur ad decimum de luna. Et magis patebit in metha.

¶ Ad vndecimum dicitur q non fm eãdem ratione idem est in duabus speciebus. Et ad aliud dicitur q scientia τ virtus magis intrinsece important relationem q̃ alia accidentia. Et de hys satis dictum est. v. phisi. qz aliquomodo disputatio videtur esse ad nomen. Quidam dicunt q accidentia intellectus τ voluntatis non acquiruntur continue. Et ideo nõ acquiruntur per motum. Deinde dicitur q perfectio prospria non acquiritur per alteratione. Secus autẽ est de communi. Ex hys facile est soluere reliqua argumenta. Nota tamen q intensio virtutis reducitur ad alterationem. S. T. de virtu. ar. xi. ad. xi. Sed an sicut anima dicitur pati per accidens ita dicatur senti re per accidens dico q non san. tho. de veri. q. xxvi. ar. ii. vij.

Ad quartum sic proceditur. Videt q ois motus omni motui sit comparabilis in velocitate τ tarditate quia omnis mot⁹ est in tempore. Sed in quolibet tempore cõtingit aliquid velocius τ tardius moueri ista dicuntur per comparationem ergo. Sed cõtra est philosophus.

¶ Respondeo dicendum q duplex est comparatio q̃dam est proprie dicta alia improprie dicta. Ad comparationem proprie dictam tria requiruntur. Primum vniuocatio forme in qua est cõparatio. Secundum vnitas primi τ per se susceptiui. Tertiũ vnitas ipsius forme fm speciem specialissimam defectu prime conditionis vinum vox τ stylus non comparãtur in acutie quia in ipsis acutum nõ est eiusdẽ rationis et tamen vltima corda cithare τ penultima comparantur in acutie quia acuties in ipsis est eiusdẽ rationis defectu scde conditionis vox τ aqua i magnitudine non cõparantur quia licet magnitudo i ipsa sit vniuoca tamen non est vnũ primũ susceptiuũ q susceptiuũ magnitudinis in aqua est substãtia ei⁹ q̃ est subã ei⁹ i voce ꝓo son⁹ ẽ susceptiuũ defectu vero tertie ꝯditionis equ⁹ τ canis i colore nõ cõparant q̃uis color sit eiusdẽ rationis in ipsis licet etiã sit vnitas primi τ ꝑ se susceptiui quod est superficies tamẽ cõparantur in albedine τ hoc ideo qz albedo est vna vnitate specifica indiuisibilis i alias species color ꝓo nõ est vna forma nisi vnitate generica.

¶ Auertendũ preterea q vniuocatio aliter accipitur in phisica τ i logica. τ ratio est quia vniuoca dicuntur quorum nomẽ est cõmune τ ratio seu diffinitio est eadẽ modo sic est q logic⁹ τ phisic⁹ diuersimode diffiniunt. Nã logicus cõsiderat intẽtiones cõmunes τ secundũ eas diffinit vnde ad hoc q aliqua secundũ ipsum sint vniuoca sufficit ꝯuenientia forme abstracte τ absolute cõsiderate. phisicus ꝓo cõsiderat cõcrete τ determinate τ ideo diffinit per motũ τ materiã sensibilẽ quã ꝓpter ad vniuocatione forme fm phisicũ requiritur q illa forma sit vna secundum esse naturale quod habet in materia.

¶ Cõclusio prima non omnis motus omni motui est comparabilis patet qz quidã sunt motus genere differentes vt alteratio τ loci mutatio. Itẽ velocitas non secudum eandem rationem conuenit alterationi τ mutationi secundum locum quia mutationi fm locũ cõuenit fm renouationem situs. In alteratiõe ꝓo fm intẽtionẽ τ remissionẽ forme igr.

¶ Cõclusio scda nõ ois motus localis oi motui locali est comparabilis patet quia aliqui motus locales sunt specie differẽtes vt patet de motu circulari τ recto. Et p idẽ pbat q non omnis alteratio omni alterationi est comparabilis idẽ de generatione et corruptione. secundo probatur eadem conclusio sic nam si omnis motus localis esset alteri comparabilis sequeretur q magnitudo recta eẽt equalis magnitudini circulari qđ est falsum. ergo. τc. Nec valet si dicatur q ratio bene ꝓbat q in equalitate non possunt comparari sed in maius τ in minus nõ vbi contingit dare maius τ minus ibi contingit dare equale. probatur quia velocius est quod i equali tempore maius spacium pertrãsit τ in minori equale. Si ergo mot⁹ circularis sit velocior motu recto vt puta motus qui fit supra circulum sit velocior illo qui fit supra lineã rectam ergo pars circuli erit equalis magnitudini recte que est linea quod patz quia mobile in aliquo tempore pertransit magnitudinem rectam ergo mobile velocius motum in parte temporis partem circuli pertransit τ quia velocius motum in equali tempore maius spacium pertransit τ in minori equale sequitur q illa pars circuli quam pertransit in minori tempore est equalis magnitudini recte pertransite.

¶ Contra hec arguitur primo probando q aliqua specie distincta possunt adinuicem comparari quia ternarius τ binarius distinguuntur specie τ tamen comparãtur. Dicimus enim q ternarius est maior binario vel q se habet ad ipsum in ꝓportione sexquialtera vt patet ex arithmetica. Item albedo et superficies specie distinguuntur τ tamen ista aliquando sunt equalia probatur quia dicitur in predicamẽtis q q̃ta fuerit superficies tantum album fore dices ergo albedo τ superficies sunt equalia.

¶ Secundo arguitur ad idem quia motus rectus sursum τ motus rectus deorsum specie distinguunt et tamen possunt ad inuicem comparari: lapis eñ velocius descendit q̃ ascendat. Item omnes motus conueniunt in diffinitione motus ergo possunt comparari adinuicem.

¶ Tercio arguitur q motus rectus sit comparabilis motui circulari quia philosophus dicit q motus celi est velocissim⁹ τ prior omnibus alijs vt patebit in. viij. phisi. ergo motus celi circularis est cõparabilis alijs. Item caliditas potest comparari frigiditati. Dicimus enim aliquaz caliditatem esse magis intensam vel maioris actiuitatis q̃ sit ipsa frigiditas.

¶ Quarto arguitur ad idem linea recta τ circularis sunt eiusdem speciei ergo τ motus. Antecedẽs patet quia eadem linea numero que prius erat circularis postea fit recta τ tamen non mutat speciem ergo linea recta τ circularis sunt eiusdem speciei. Item linea recta τ circularis possunt continuari. ergo sunt eiusdem speciei. Antecedens patet: quia linea aliqua constat ex recta τ circulari. Quidam dicitur lineã rectã corrumpi quãdo cera q̃drata fit rotũda sed contra tunc non maneret idem corpus:

quia aliā haberet quantitātē nec maneret eadē albedo q: superficies recta desineret esse in qua tā est albedo. Forte dicis lineas esse eiusdē speciei non tā motus hoc est contra phi. hic qdam dicunt ꝙ rectū τ curuum pro denominato sunt eiusdē speciei sed nō formaliter q: important figuram sed contra phis. loquit̄ de magnitudinibus super quas est mot⁹. vnde linea secundum cum est genus ad rectam τ curuam. Itē in sexto motus τ magnitudo equaliter diuidūtur ergo se motu differunt specie τc.

¶ Quinto arguit̄ ad idem q: omnis quātitas vnius linee est equalis vel inequalis alteri q: hoc est ꝓpriū quantitatis ergo linea recta τ circularis possunt comparari. Et hoc etiā probat̄ aliter q: Arcus est longior corda: sed circulus se habet vt arcus dyameter autē q̄ est linea recta se habet vt corda igit̄. Item geometre ostendunt ꝙ est dabile quadratum equale circulo τ tā quadratum specie differt a circulo.

¶ Sexto angulus rectus est maior angulo contingētie τ tā non est eiusdem speciei cū eo. Item licet hec non sit propria leo est fortissimus lincum: tā ista est ꝓpria cum sit vera leo est fortior lince.

¶ Septimo aer τ aqua specie differunt τ tā possunt cōparari patet q: elementum aeris est decuplum ad elementum aque fm philosophū in secundo de generatione. Item ibidem dicitur ꝙ ex vno pusillo aque fiunt dece pugilli aeris. Et dicit̄ ꝙ humiditas aeris est maior q̄ humiditas aque.

¶ Octauo arguit̄ ꝙ aliqua sunt cōparabilia q̄ nō habent idē subiectum q: linea vel quātitas equi potest cōparari cū quantitate hōis τ tā susceptiuū non est eiusdē speciei. Item dictū est ꝙ in genere non fit cōparatio: sed contra stat ꝙ vnū albū sit magis coloratum q̄ aliud q: habet colorē magis intensum. Item motus solis est velocior q̄ motus testudinis tā tantū in genere cōueniunt albedo etiā est tanta quāta est superficies per phi. tā non conueniunt in specie.

¶ Nono substantia est magis ens q̄ accidēs τ relatio est minimū ens hic est cōparatio τ terra est grauior q: aqua τ tamen eius grauitas nō est eiusdē speciei. Item in sacra scriptura sepe fiunt cōparationes ad res alterius speciei vt cū petra dicit̄ xp̄s licet petra τ xp̄s non conueniant in aliquo vniuoco.

¶ Decimo res eiusdē speciei non magis conueniunt ꝙ res eiusdē generis ergo non sunt magis cōparabiles añs patet q: vnitas speciei non est realis sed conceptus eius est tā vnus apud intellectū τ ita est de cōceptu generis q: nisi esset vnus non predicaretur in q̄d de multis. Itē cessante opatione itellectus nulla est species sed res eiusdem speciei non conueniūt realiter nisi per operationē intellectus que non pertinet ad considerationē phisici ergo fm phisicum non magis debet esse ꝯparatio in specie q̄ in genere. Itē theologi dicunt ꝙ ydolatria est grauior superbia et infidelitate vel econuerso. Et tā ista non conueniunt nisi in genere. Forte cōcedis ꝙ in hijs q̄ sunt eiusdē generis potest esse comparatio. Contra doctores dicunt ꝙ peccatū cōmissionis nō potest esse equale peccato omissionis ceteris paribus q: nō sunt eiusdē speciei: τ ita quidā dicūt de peccato ex malicia τ de peccato ex ignorātia sed quicq̄d sit de hoc. S. T. xij. q. lxxij. ar. v. ad. i. videt̄ dicere ꝙ aliq̄ venialia τ mortalia sunt eiusdē speciei licet nō possunt equari τ ar. vi. dicit ꝙ peccatum cōmissionis τ omissionis non differunt specie.

¶ Ad primū dī ꝙ hic nō loquit̄ de quantitate discreta τ ad aliud dī ꝙ albedo est equalis per accidens.

Tertio habitus augetur ī primo instāti in quo ē actus ergo non augetur continue in tēpore antecedens. pbatur qm̄ in primo instanti in quo actus est actus aptus est causare aliquē gradū habit⁹ ⁊ subiectū est aptū recipere ⁊ habitui nō repugnat pduci in instāti q̄d patet qm̄ quando fie trāsmutatio de habitu opposito in oppositū cum non sit dare vltimū instans ei⁹ qui corrūpitur est dare primū instās esse eius qui generaꝛ ⁊ in illo instāti producīꝛ aliqs gradus habitus in subiecto. ¶ Itē tunc non est aliqua dispositio cōtrarie habitui in subiecto. cū habitus sit in eo ergo in instāti in quo primo est actus elicitus ab habitu causatur aliquis nou⁹ grad⁹ habitus et per consequens tunc habitus augetur. Deinde probatur ꝯña qm̄ si augereꝛ in tēpore continuo sequereꝛ ꝙ esset in infinitū perfect⁹. Probatur hec consequentia quoniam in tempore illo acquirerētur infinite partes non se includentes quarum quelibet secundum se esset melior et maior q̄ pars acquisita in primo instanti in quo est actus et per consequens in fine temporis totalis habitus haberet infinitas partes equales illi prime acquisite in instanti primo et sic foret infinitus intensiue. Qd̄ autem quelibet pars esset melior probatur quia si non tunc detur aliqua que sit minus bona vel eque ⁊ si datur aliqua eque bona tunc pars eius erit minus bona q̄ illa acquisita in instanti et si sic sequitur ꝙ non expediret continuare actum bonum immo expediret non continuare actum per tempus illud in quo acquiritur pars minus bona ⁊ elicere nouum actum vnum vel plures successiue eque perfectiores illi per quem acquisita ē prima pars qm̄ per quēlibet aliū acqrereꝛ gradus eque vel magis perfectus ei qui acquitus ē per primū actū et sic perfectior habitus haberetur per duos act⁹ elicitos infra tēpus illud q̄ sit habitus in fine temporis in quo continue acquisita est pars illa minor data.

¶ Quarto arguitur ad idē q᷑ secundum hāc opinionem sequitur ꝙ dabilis est habitus infinit⁹ vel lumen infinitū vel calor īfinit⁹ quia ponatur ꝙ ignis continue agat per totam horam tunc in quolibet instanti sm̄ aduersariū est nouus calor pductus ergo in fine sunt ibi infiniti calores. Forte dicis ꝙ non sunt equales. ſꝫ calor posterius pductus est semper minor. Contra ex hoc habetur intentū q᷑ inter primū instans ⁊ postremū sunt infinita instātia ⁊ ī quolibet plus fuit productū q̄ in vltimo. Itē augeat fortes cōtinue suū actū meritoriū ⁊ in instanti terminatiuo istius tēporis sit mortu⁹ tūc vel fortes habebit gradū meriti duplū ad gradū quē habebit in medio istius tēporis vel non si primū. Contra si fortes vixisset in termino huius tēporis tūc habuisset gradū dupliū ergo nūc non habet si secūdū cōtra fortes vniformiter meretur p istam horam ergo meritū totius hore est duplū ad meritū medietatis. Itē si minus meretur in secunda medietate q̄ in prima vel hoc est diuisibiliter vel indiuisibiliter. si primuꝫ Contra si viueret in instanti terminatiuo nichil diuisibile acquireret denouo.

¶ Quinto arguitur auctoritate. S. T. viij. phi. lecti. v. vbi dicit ꝙ nō est possibile continue aliqd augeri vel minui et similiter dicendum est de qualibet alteratione. idem etiam sentit cōmētator alias si iuuenis cōtinue augeretur efficeretur gigas in triginta annis. Item oīs mutatio que est inter contradictoria fit in instanti quia ibi non est dare medium ſꝫ extrema calefactionis sunt contradictoria vel si sint contraria forte sunt contraria immediata. Unde calidum fit ex frigido nō aūt p se sed fit ex non calido vt p᷑ .j. phisico. quod tamen natum est esse calidum. Item qn̄ ex albo fit nigrū tunc nigredo secundum s. t. et phm̄ habet primum instans sui esse ergo fit in instanti et non per motum continuum. Ad idē ē. s. t. in .j. d. viij. q. iij. ad. iij. vide quod. xj. ar. iiij.

¶ Sexto arg. cōtra perpetuitatē motus circularis q᷑ vel erit perpetu⁹ de facto vel nō. Si primū hoc ē cōtra theologos qui hoc improbāt quia mot⁹ celorū est ppter aliquē finē vel ergo aliqn̄ pertinget ad illū et sic habito fine cessabit motus vel non ⁊ sic fieret frustra. Item motus celi est ad iplēdū numeruꝫ electorū vel ad productionē rerū sed anime rōnales non possunt in infinitū multiplicari ergo mot⁹ celi aliqn̄ cessabit. Sed cōtra in dāpnatis semp erit successio cogitationū ſꝫ talis successio mēsuraꝛ tp̄e nostro sicut actus aīe nostre propter corp⁹ vnitū. Sed mensuratū non potest esse sine mēsura q᷑ referꝛ ad rp̄m relatione reali. Itē si sol quiesceret ppetuo post iudiciū super vnā partē terre tunc illa cōbureretur vel esset itēperata. Item si sol et luna starent aliqn̄ hoc maxime esset in eodem loco in quo sūt creati ſꝫ hoc nō videtur quia non possunt redire ad illum situm infra spacium .xxxvj. milliū annorū. Itē motus est perfectior qete. Sed celū nō erit minus pfectum q̄ modo sit ergo nō quiescet. Et hoc probat phūs q᷑ suus motor nō fatigatur vel quia finis eius ē mouere celū forte dicis ꝙ hoc ē falsum sed finis est speculatio veritatis que est beatitudo eius.

¶ Ad primū dicendū ꝙ hec materia in sancto. t. videtur esse probleumatica. Unde multi tenuerunt solum motum localem esse cōtinuum quia in alijs formis datur minimum naturale ⁊ illud semper fit in instanti. Et hoc expresse dicit. s. t. de lumine q̄d causatur post motum. Nec est verum ꝙ quilibet actus augeat habitum vt patet de actu remisso secunduꝫ. s. t. Et cum queritur quare calefactiuum per aliquod paruum tempus non calefacit dicitur ꝙ per raritatem disponit. Oppositū tamē opinio q̄tum ad alterationē et augmentationem probaꝛ ex sancto tho. expresse quo. ix. ar. ix. Et in scd̄o sē. d. v. q. ij. ar. j. imo tertia parte. q. xxxiij. ar. j. dicit ꝙ augmentatio semper est successiua ergo nulla fit in instanti sed mēsuraꝛ tp̄e cōtinuo q᷑ termini augmētationis distāt. Itē si alteratio non esset cōtinuo ergo non fit ī tēpore sed in instanti ⁊ sic non erit nisi vna vera species motus scilicet motus localis. Forte dicis ꝙ licet alteratio non sit continua tamen est successiua ita ꝙ vna alteratio fit post aliam. Sed hoc nichil ē quia quero de illa vna alteratiōe vel illa fit in tempore vel in instanti. Si secundum habetur intentuꝫ vnde phūs. vj. phi. probat omnē motū esse in tempore. Nec valet dicere ꝙ illud quod calefit non continue calefit sed in vna parte temporis disponitur ex hoc ꝙ rarefit. Nec continue rarefit. Sed primo mouetur localiter: et in fine rarefit. Contra ponatur aqua in vase ferreo tunc illa potest calefieri. et tamē non rarefit quia alias oporter vas illud frangi vt aqua occuparet maiorem locum. Item ad sensum patet ꝙ pecunia calefacta non est magis rara fiat enim circulus in quo ponatur scutum. ante calefactionem tunc patet ad sensum ꝙ post calefactionem non occupat plus q̄ circulum. Item terra quando calefit non indiget dispositione que fiat per raritatem. Item quando lapis quiescit a motu suo locali tunc pōt alterari ergo motus localis non

est dispositio puia. Queritur ergo quare ignis nõ cõtinue per aliquod tẽpus calefacit aquã vel quod agens facit quare nõ ita bñ agit ĩ vno tpe sicut ĩ alio. Sed hic querit de gñatiõe an sit cõtinua. S. t. dicit ꝙ generatio ⁊ corruptio substãtialis fiũt in istãti vide tertia parte. q. lxxv. ar. vij. dicit ꝙ mutatio instantanea fit tripliciter vno mõ qr forma nõ recipit magis ⁊ minus. Et ppter hoc sanitas successiue acquirit. Scdo ex parte subiecti ⁊ sic aqua successiue calefit. Tertio ex parte agẽtis qd ẽ infinite ꝟtutis. Et sic deus põt transmutare vnã rem in aliã in instanti vel successiue sicut sibi placet. Si enim generatio fieret ɔtinue sequeretur ꝙ materia ĩ vna forma posset esse diuisa in quãlibet partẽ quia forma vnius speciei prius ĩtroduceret semper in vna parte materie ꝙ̃ in alia. Sed quando in diuersis materijs sunt diuerse forme specie tunc ille non sunt absolute vnum. Si ergo ĩ qualibet parte materie introduceretur forma successiue et continue tunc quelibet pars esset ab alia diuisa immo generatio etiam videretur esse motus proprie dictus quia esset mutatio cõtinua ve dicit Sanctus Thomas de poten. q. iij. ar. ix. ad. ix. Sed nonne vna generatio potest succedere alteri de hoc dictum est supra. Dicunt enim medici ꝙ in animali prius generatur cor ꝙ̃ alie partes loquendo forte de prioritate temporis et candela successiue cõburitur sed de qualitatibus difficile videtur qui in approximatione candele continue producatur nouũ lumen forte dicis ꝙ licet cãdela sit magis propinqua huic aeri qui continuatur aeri prius illuminato tamen non illuminat ipsum quia est dabile minimum lumẽ intensiue et extensiue. Sed hoc verũ est quando qualitas est per se masto tamen casu lumen illius aeris continuaretur alteri. Item si a principio candela fuisset posita ita propinque tũc causasset in illa parte aeris lumen ergo ee modo. Probatur anecedens quia licet detur minimum lumen intensiue tamen ꝑ approximationem candele lumen productũ de nouo in ista parte aeris non esset minus intensiue ꝙ̃ lumen prius productum in extremitate aeris illuminati ergo propter hoc nõ impeditur quin cãdela approximata continue extendat suũ lumen circa partem versus quẽ mouetur. Sz dices gradus ꝑ quos intenditur forma sunt indiuisibiles ⁊ in certo numero vnde quidã dicũt ꝙ calor non potest habere nisi octo vel decez gradus naturaliter ⁊ vnus gradus distat ab alio. Et ideo nõ peruenit ab vno ad aliũ pce continuum si oportet ꝙ mobile per aliquod tẽpus quiescat sub vno gradu anteꝙ̃ veniat ad aliũ. Sed contra sic etiã in intensione motus localis sunt gradus et tamen motus localis est continuus. Et similiter eius ĩtẽsio q̃n graue naturaliter descendit. Et si dicatur. Cõmẽtator contra alfarabiuz sepe dicit ꝙ solus motus localis est proprie continuus. Hic quidam dicũt dando auctoritatẽ ꝑ auctoritate qr in tertio phisic. dicit ex diffinitione motus apparet continuatio motus. Alij dicunt ꝙ sibiipsi contradicit vel dicendum ꝙ in alijs motibus non est continuitas perpetuitatis vnde non semper augetur qr calor naturalis debilitatur vel deficit nutrimentũ. Tamen aliqua augmentatio est per tempus continuum et alteratio aliqua in instanti vt patet de minimo naturali et per hoc differt alteratio a motu locali qui solus necessario est continuus. Sed querit de actibus et habitibus An actus voluntatis possit per aliquod tempus continue intendi. Videtur ꝙ sic quia alias destruetur libertas arbitrij. Si scilicet daretur aliquod tempus in quo homo non posset suum actũ intendere. Sed de habitu dicit ꝙ non intenditur per actũ quẽlibet vt dicit sanc. tho. xij. Unde remissus actus non auget habitũ. Nec disponit ad augmẽtũ habitus sed magis ad diminutionem ipsius. q. lij. ar. iij. sed contra. q. cxiiij. ar. vij. ad tertiũ ⁊ ad. viij. ad tertiũ dicit ꝙ homo quolibet actu meretur augmẽtũ grẽ. Et hoc videtur intelligi dispositiue ergo quilibet actus disponit ad augmentũ habitus Alias eliciẽs actũ remissũ non plus premiaret nec esset magis gratus deo ꝙ̃ si nihil elicuisset. Et hoc quidã cõcedũt ex. s. t. ĩ. s. d. j. ar. iij. ad. iij. Sed contra si caritas fortis esset minor suo actu tunc mereret augmentũ grẽ ergo ⁊ mõ minimus actus ex magna gratia elicitus est magis meritorius ꝙ̃ magnus actus elicitus ex parua gratia sm. s. t. in tertio. Sed dicẽdum ꝙ loquẽdo de habitibus acquisitis non quilibet actus auget habitum et hoc concedit Grego. ĩ primo. Si dicatur ergo sepe eliciens actus eiusdem intensiõis cum suo habitu in fine. xxx. annorũ non erit magis habilis ad bene agendum ꝙ̃ prius. Forte tenẽs hãc positionem concederet. Si dicatur ex quo actus voluntatis potest continue intendi ergo et habitus quod si concedas intendatur ergo vsꝙ̃ ad finem hore exclusiue habitus iustitie sic ꝙ in fine hore petrus habeat actum contrarium actui iustitie vel ergo habitus iustitie erit minor ꝙ̃ fuisset si nõ habuisset actũ contrarium vel non si primũ sit ergo minor per vnũ gradum. Contra petrus prius acquisiuit continue totum istum habitum et q̃libet partem illius gradus. Item tota virtus corrumpitur subito per vnũ actum viciosum ergo tota subito generatur antecedens patet quia si per aliquod tempus actus viciosus staret simul cum virtute ergo et per tempus infinitum posset stare cum eo absꝙ̃ hoc ꝙ corrumperet eam quod est falsum et pz consequentia quia que se compatiuntur aliquando semper compatiuntur se mutuo. Si quis velit respondere ad argumenta supra facta. Ad tria prima patet quid sit dicendũ ⁊ ad quartũ diceretur ꝙ intentio nõ fit ꝑ additionẽ qualitatis ad qualitatẽ vel ꝙ illa pducta cõmunicãt. Et ad quintũ diceret ꝙ regulariter ꝑ totã vitã nichil cõtinue augetur ⁊ ad illud de iuuene dz ꝙ eodem modo probaretur ꝙ locusta in. xxx. ãnis nõ posset ꝑ motum continuum transire precise vnam lanceam quia in qualibet parte temporis pertransiret determinatam partem. Ad aliud patet ex quinto phisi.

¶ Ad sextũ creditur ꝙ motus celi circularis aliquãdo cessabit. Et petrus de aliaco dicit ꝙ in fine seculi hoc aliquibus reuelabitur. S. T. de po. q. v. ar. vi. dicit ꝙ ab hoie sciri nõ põt q̃n cessabit sicut nec numerus electorũ. Quidã dicunt ꝙ tot saluabuntur precise quot ãgeli ceciderũt. Sed cõtra quilibz homo habet malũ angelũ ⁊ nulli hoĩes habent eũdẽ ergo plures sunt demones ꝙ̃ homines precise saluandi. Nec rationes theologorum sunt demonstratiue qr aristote. negaret aliquos esse sic electos. Sz de hoc S. T. vbi supra ar. v. Si queratur. An motus celi cessabit in tempore vel in instanti et naturaliter videtur ꝙ cessabit per voluntatem angeli et terminabitur in instanti. Nec celum per illam quietem priuabitur sua perfectione essentiali motus etiã in corporalibus non dicit perfectionẽ sed indigentiam vt dicit. s. t. ibidem ad. xix. et. xx. Actiones vero possunt esse sine mensura quam nunc habent sicut pannus sine vlna. Nec sol comburet partem terre super quam semper stabit quia cessante motu celi nul-

la est al ... ratio nec ratio philosophi aliqd valet qa motu... non cessat propter fatigationem mouen... propter voluntatem. Si dicatur ex quo celũ est capax ipsius motus perpetui quare angelus non mouebit si voluerit nec constat nobis de sua voluntate hoc determinare pertinet ad theologos.

AD secundũ sic procedit videt q̄ non solus deus sit immobilis ꝛ immutabilis qꝛ deus intelligit et vult. Sed intelligere ẽ act⁹ intellect⁹ ꝛ mot⁹ eiusdẽ ßm platonẽ ergo de⁹ ẽ mobilis. Sed cõtra est phũs.

¶ Respondeo dicendũ ßm. s. t. lec. xij. q̄ primus motor est penitus imobilis. Et hoc quidã probant qꝛ alias posset quandoqꝫ esse ꝛ quãdoqꝫ non esse. Et ꝑ cõsequẽs generaretur ꝛ corrũperet. Sed ßm. s. t. hec vltima cõsequẽtis nõ valet qꝛ pũctũ ꝛ alia accidentia pñt qñqꝫ esse ꝛ quãdoqꝫ nõ esse et tñ nõ ꝓprie generãtur qꝛ omne qđ mouetur quocũqꝫ motu ẽ partibile vt pꝫ ex. vj. phi. Arguit ergo aliter qꝛ si primus motor moueret oporteret q̄ moueret a se ßm q̄ animata dicunt mouere se. Et ꝑ consequẽs oporteret q̄ divideret in partẽ per se mouentẽ ꝛ in partẽ per se motã illa aũt pars per se mouẽs esset prior eo hoc aũt implicat qꝛ nichil põt esse prius primo motore. Forte dicis q̄ prim⁹ motor non mouet ꝑ se sed per accidẽs. Cõtra illud qđ mouet ꝑ accidens quãdoqꝫ qescit ꝛ qñqꝫ mouet. Prim⁹ aũt motor sẽp se hꝫ eodẽ mõ. Forte dicis q̄ hoc est petere principiũ. Dicẽdũ q̄ non qꝛ prim⁹ motor nõ est pars celi vt postea dicet. Et iõ non mouet ad motũ celi item mouens qđ mouet per accidẽs non mouet motu sempiterno Sed ßm phm̃ deus mouet motu sempiterno vñ ßm cũ necesse est esse vnũ motũ continuũ ꝛ perpetuũ ergo primus motor est perpetuus ꝛ est tm̃ vnus qꝛ ex eius vnitate melius saluat vnitas ꝛ cõtinuitas motus. Ex hijs pꝫ q̄ inter entia q̄dã sunt q̄ semꝑ mouẽtur. Alia vero nunq̃. Alia vero quãdoqꝫ mouentur ꝛ qñqꝫ quiescũt. Sed nũc videndũ est de alijs intelligentijs an ipse sint imutabiles. Et de hijs dictũ ẽ supra maxime de motu locali ßm veritatẽ. Sed ßm phm̃ videt q̄ nulli angeli moueant per se sed angelus mouẽs celũ semꝑ manet in eodẽ loco ipse autẽ ponit precise tot angelos quot sunt celi. Et notandũ ßm. s. t. j. parte. q. lxxix. ar. x. q̄ in libris de arabico trãslatis substantie separate quas nos angelos dicimus intelligentie vocãtur forte propter hoc q̄ huiusmodi substantie semper actu intelligunt.

¶ Preterea. Sciendum est q̄ loquẽdo de motu generationis angeli non possunt proprie generari nec corrumpi sed possũt creari vel annichilari per potẽtiam extrinsecam scilicet a deo et moueri de vna volitione in aliam. Tamen ßm. s. t. Luicũqꝫ fini vltimato adherẽt illi imobiliter adherent sicut nos immobiliter adheremus primus principijs et propť hoc non possunt moueri de bono in malu ßm. S. T. j. parte. q. lxiiij. ar. ij. Ex hijs patet cũ eodẽ. j. par. q. ix. ar. ij. q̄ omnis creatura est mutabilis. Sed an ßm phm̃ angeli possunt a deo annichilari sicut sũt ab eo creati dubium est.

¶ Contra hec arguitur primo ostendendo q̄ possibile sit q̄ aliqđ mouens quod mouetur per accidẽs mouetur ꝑpetuo quia orbes iferiores planetaꝝ mouẽtur ꝑ accidens ad motũ primi celi ꝛ tñ semꝑ mouent. Jtẽ celũ primũ semꝑ mouet ꝛ tñ nõ mouet ꝑ se qđ pꝫ quia mouet ab alio ergo non mouetur a se.

¶ Secundo deus potest moueri localiter ergo est mobilis antecedens patet quia si destruat istum locum et producat alium tunc deus est in aliquo loco in quo prius non erat ergo est motus localiter. Jtẽ dicit philo. q̄ deus et studiosus possunt praua agere ergo deus potest peccare et ꝑ ꝯñs mutari.

¶ Tertio secundum theologos in diuinis ponitur generatio sed generatio est species mutationis igitur. Jtem deus est homo secundum eosdem ergo est mobilis quia descendit de celis.

¶ Quarto deus potest incipere esse patet qꝛ xp̃s incepit esse et xp̃s ẽ de⁹ igitur maior patet quia quod non semper fuit aliquando incepit esse sed non semper fuit verum dicere xp̃s est igitur xp̃s aliquando incepit esse minor patet quia ante incarnationẽ hec erat falsa hoc est xp̃s ergo est ista xp̃s est hoc quia ibi est conuersio simplex.

¶ Quinto quod potest esse deus ꝛ nunc non est de⁹ potest incipere esse deus sed annichilans mundum nunc non est deus et potest esse deus ergo potest incipere esse deus. Ponatur ergo in esse et sequitur q̄ aliquid incipit esse deus. Jtem deus incipit esse ĩ hoc instanti ergo incipit esse antecedens patet quia deus nunc est in hoc instanti presenti et pri⁹ nõ erat in hoc instanti presenti igitur. Jtem deus est ĩ instãti sue eternitatis et non fuit ante instans sue eternitatis ergo incepit esse in instãti sue eternitatis ergo aliquando incepit esse iste consequentie videntur tenere per exponentes propositiones de incipit.

¶ Sexto ex hoc concludimus voluntatẽ petri mutari vel intellectũ quia nunc aliquid vult vel scit qđ prius non voluit nec sciuit sed deus nunc vult manũ meam esse clausam supposito q̄ sit clausa et prius non voluit quia prius non fuit clausa. Nec prius sciuit eam esse clausam quia falsum non scitur. Forte dicis q̄ omnia sunt deo presentia. Et ideo in conspectu suo semper manus est clausa. Sed contra sequeretur q̄ in conspectu suo simul esset clausa ꝛ aperta.

¶ Jtem tunc mũdus fuisset ab eterno quia ab eterno coexistebat eternitati dei. Semper enim essentia hominis fuit in predicamẽto. Et hõ fuit magis ens ab eterno q̃ chimera ergo ab eterno fuit deo ꝑsens.

¶ Septimo deus discurrit ergo mouetur. Antecedens patet quia cognoscit primo se deinde alia per suam essentiam. Jtem illud mouetur saltem per accidens quod est in aliquo quod mouetur. Sed de⁹ est in celo quod mouetur ergo mouetur saltem per accidens maior patet quia angelus dicitur moueri per accidens qꝛ est in corpore quod mouetur. Jtem non est transitus de contradictorio in contradictorium sine mutatione vt patet. v. phisi. Sed deus ante incarnationem non fuit homo et nunc est homo. Et aliquando non creauit mundum et postea creauit. Forte dicis q̄ ibi fuit mutatio non in deo sed in mundo creato. Contra secundum san. tho. creatio non est mutatio. Jtem quod nunc agit et non prius aliter se habet ergo.

¶ Octauo arguit. Adam quia secundũ theologos in primis motibus peccatum veniale fit mortale ꝑ continuationem absqꝫ alia mutatione et tunc illud quod prius imputabat ad penam temporalem postea ipse imputat ad penam eternam ergo ibi est successio et mutatio et non nisi in deo igitur. Jtem philosophus in principio. viij. dicit q̄ si deus de nouo faceret mundum tunc mutaretur ab aliquo. Sed secũdum philosophum deus nunc creat animam quam prius non creauit ergo ab aliquo mouetur. Jtem quicquid potest fortes illud potest deus sed fortes potest currere et moueri ergo deus potest currere ꝛ

moueri. Tenet consequentia in darii.

¶ Nono. Motis nobis mouetur omnia que in nobis sunt sed deus est in nobis ergo mouet quando nos mouemur. Item voluntas dei potest aliter se habere quam prius quia quando operatur aliter se habet quam prius ergo mouetur vel mutatur. Item aliqua relatio potest esse in deo de nouo vz relatio creatoris. Forte dicis quod illa est tantum relatio rationis. Contra deus realiter est creator et etiam cessante operatione itellectus Item celum habet relationem realem ad ista corruptibilia ergo et deus agentis enim ad passum est relatio realis. Forte dicis quod deus non est eiusdem ordinis cum creaturis. Contra generabile etiam et corruptile non sunt eiusdem generis phisici. Item vel illa inter que debet esse relatio realis debet esse eiusdem ordinis secundum suas substantias absolute vel vt sunt relatiua. Non primum quia substantia fortis que est pater non videtur habere ordinem ad platonem qui est filius Si secundum tunc non videtur inconueniens quod deus inquantum agens sit eiusdem ordinis cum passo inquantum patiens.

¶ Decimo arguitur quod nunquam agens sine sui mutatione potest producere nouum effectum. Ex hoc enim quod agens dat esse productum passum recipit esse et non econuerso igitur in agente oportet naturaliter precedere aliquam habitudinem nouam ad productum et non econuerso igitur et mutationem. Item quod deus nunc creet mundum et non prius hoc est quia voluntas eius determinatur ad nunc producendum. Sed quod de nouo determinatur videtur mutari. Item idem manens idem semper natum est facere idem. Sed deus non facit idem ergo non manet idem. Si dicas quod deus voluntarie agit et ideo potest agere quando vult. Contra quod agens voluntarium nunc agit et non prius hoc est quia expectat tempus oportunum quod non potest esse in deo.

¶ Undecimo arguitur quod intelligentie secundum phi. non sunt a deo effectiue et quod non possunt a deo annichilari quia quod est impossibile in se nulli potentie possibile est. Alioqui impossibile fieret possibile sed si substantie abstracte non sunt possibiles non esse in se sunt impossibiles non esse i se equipolent enim non possibile non et impossibile non ergo substantie abstracte per nullam potentiam erunt possibiles non esse et per consequens annichilari non poterunt quod repugnat fidei et veritati Et confirmatur quia commentator expresse dicit .i. celi et in commento .xxxiiii. quod concessum est ab omnibus quod per se non est omne impossibile in se esse impossibile si extrinsecum comparet. Preterea ad contentum sub aliquo clauditur secundum se et absolute sub aliqua differentiarum diuidentium illud sub quo continetur sicut homo continetur sub rationali et omnis species animalis sub rationali vel irrationali. Sed auicenna dicit .i. metha. quod ens diuiditur per necesse esse et possibile. Constat autem quod intelligentia non continetur sub necessario quia auicenna ponit tantum vnum necessarium ergo continetur sub possibili ergo angeli possunt esse et non esse ergo sunt corruptibiles per potentiam intrinsecam. Cuius oppositum dicit. S. T. et phi. immo angeli sunt quedam necessaria absolute et similiter celum. Ex hoc arguitur sic quod est necessarium absolute non potest non esse sed angelus est necessarium absolute ergo non potest non esse ergo non potest annichilari. Item necessarium absolute non dependet ex alio sed secundum phi. angelus est ens necessarium absolute ergo non est a deo.

¶ Duodecimo non dependet a deo quod triangulus habeat tres angulos etc. quia hoc est necessarium absolute ergo nec angelum esse secundum phi. quia est eque necessarium antecedens patet quia velit nolit hoc est verum. Item quod est necessarium absolute non corrumpitur per extrinsecum et alio circunscripto ... se habet vnde subsistat ergo angelus non dependet a deo.

¶ Tertiodecimo implicat contradictionem perpetuum non esse sed secundum veritatem angeli sunt perpetui ergo deus non potest eos annichilare. Item ad beatitudinem requiritur securitas sed angeli beati sunt securi de sua beatitudine ergo implicat quod annichiletur sicut multi dicunt quod deus potentia absoluta non potest non dare beatitudinem illi qui mortuus est in gratia quia per gratiam homo est formaliter acceptus deo ad vitam eternam.

¶ Quartodecimo vel secundum philo. intelligentie sunt libere vel non si primum ergo possunt cessare a motu celi quod hic reputat impossibile. Item cuicumque adherent immobiliter adhererent Forte dicis quod verum est post electionem non ante Contra volo quod post electionem cesset ab actu voluntatis tunc postea incipiat velle de nouo tunc quero an potest velle oppositum eius quod prius voluit vel non si secundum quero que res eum nunc impedit quia de actu precedenti nichil remansit in voluntate vt suppono. Item omnes intelligentie aliquando meruerunt modo autem alique sunt damnate ergo non immobiliter adherent maior patet quia in primo instanti non peccauerunt tunc autem quilibet tenetur ad deum conuerti. Forte dicis quod secundum aristotelem intelligentie non sunt libere libertate contradictionis vnde non possunt male agere sicut homo non potest non velle beatitudinem et graue naturaliter descendit. Contra intelligentia non est sua regula sed deus ergo potest deficere forte negas consequentiam quia intellectus non est principia demonstrationis prima tamen circa ea non potest errare. Sed contra bonum quodlibet est obiectum voluntatis ergo potest in bonum apparens tantum et sic peccare forte dicis sicut capo. quod intelligentia circa creaturas non potest deficere nec errare. Contra demon potest hominem occidere.

¶ Quintodecimo arguitur adhuc quod itelligentie non sunt secundum philosophum a deo producte effectiue quia nullum genitum est eternum sed intelligentie sunt eterne secundum eum. Item secundum ari. primo phisi. ex nichilo nichil fit. Sed intelligentie non possunt fieri ex aliquo ergo non sunt producte a deo. Minor patet eum non habeant materiam. Forte dicis quod maior est vera de hijs que fiunt per motum angeli autem non fiunt a deo per motum. Contra causa efficiens vel actiua secundum philosophum est principium motus et principium transmutandi ergo si deus non producat angelos per transmutationem sequitur quod non producit eos actiue.

¶ Sextodecimo vel secundum philosophum intelligentia est ens necessarium absolute vel non. Si primum. Contra solus deus est independens ergo ipse solus est ens necessarium absolute. Tenet consequentia quia omne quod dependet ab alio non est necessarium sed possibile quia potest intelligi sub esse et non esse. Et per consequens esse accidit sibi sicut porphirius dicit quod nigredo accidit coruo. Quod autem intelligentia secundum philosophum possit intelligi sub non esse probatur quia omne quod producitur prius habet non esse quam esse. Item necessarium absolute ex se ipso determinatur ad esse. Sed nulla intelligentia ex se ipsa determinatur ad esse. Sed habet esse ab alio scilicet a deo ergo intelligentia secundum philosophum non est necessarium absolute. Forte concedis

Con[illegible]equeretur secundum philosophum ꝙ mo[illegible] posset cessare quia si intelligentia mouens celum non est necessaria absolute sed est de numero possibilium ponatur ergo in esse ꝙ non sit et tūc habetur intentum.

¶ Ad primum dicendum secundum san. tho. i. viii. lec. xiii. Moueri secundum accidēs potest attribui alicui dupliciter scilicet secundum seipsum vel secū dum alterum motoribus igitur orbium planetarū attribui potest moueri per accidens. idest ratione alterius. Sed moueri per accidens secundum se ipsum solum reperitur in corruptibilibus ⁊ sic anima animalium mouetur per accidens sed dubium ē an in istis motis per accidens sit motus subiectiue videtur ꝙ non saltem in angelo mouente sed an angelus est in toto celo si sic ergo non mouetur per accidens vt dicit Sanctus Thomas in secundo distin. viii. ar. iiii. septimū dr ꝙ hoc ē verū de pͥmo motore.

¶ Ad secundum negatur antecedens. Sed ad motū requirit ꝙ sic mobile sit limitatum ꝙ non habeat ex sua natura ꝙ sit in quolibet loco supposita loci existentia. Ad philosophum dicendum ꝙ loquit secundum sententiam poetarum. Ponentium deos bellare vel loquitur sub conditione scilicet si vellet Stoici tamen crediderunt deū posse mutari nostris orationibus quod omnino falsum est licet dicatur aliquando mutare sententiam idest ordinem causarum secundarum vt dicit Sanctus Tho. i. parte. q. xix. ar. vii. ad. ii. Et. q. xxiii. ar. v. Si dicatur Mot⁹ dicit perfectionē ex quo ꝗes dicit imperfectionem ergo pōt deo cōuenire. Itē sciētia dei dependet ex aliquo futuro ergo potest mutari quia omne depēdēs causatur. Ans pꝫ qꝛ scire antixpm fore vel peccaturum dependet ex hac propositione antixps peccabit dicendum ꝙ motus dicit imperfectionem vt patet ex sua diffinitione. Et ad aliud patet. ii. phi.

¶ Ad tertiū dr ꝙ illa generatio non ē mutatio. Si queraꝶ quis est termin⁹ a quo vel ē esse vel non esse Dicendū ꝙ nullū habet vt dicit. s. t. i. i. d. v. q. iii. Et d. iiii. q. i. ar. i. ad primum. Ad aliud dicitur ꝙ deus potest moueri per communicationem ydiomatuꝫ. i. inꝗtum homo non inꝗtum deus.

¶ Ad quartum non sequitur hec non semper fuit vera christus est ergo christus aliquando incepit. Unde sophiste dicunt ꝙ christus fuit ab eterno sed non fuit ab eterno christus.

¶ Ad quintum negatur consequentia. Et de hoc satis patet in summulis.

¶ Ad sextū dicit. s. t. i. parte. q. xix. ꝙ aliud est mutare volūtatem et velle rerū mutationē ad hoc ergo ꝙ volūtas mutetur oportet ꝙ icipiat velle illud quod pri⁹ nō voluit pro illo tēpore modo illud quod de⁹ vult pro vno tpe ab eterno voluit pro eodem tempore sicut medicus sine mutatiōe sue volūtatis vult infirmū capere cibū in tali hora ⁊ nō in alia vnde sine mutatione post ea dabit eā et nō modo. Alii negant istā cōsequentiā quicquid de⁹ vult prius voluit sed fortem currere deus vult ergo fortem currere prius voluit. Sed est fallacia figure dictiōis. Et per hoc patet differentia inter voluntatē nostrā et voluntatem dei. de illa autem presentialitate dictū est supra

¶ Ad septimū negatur nec hoc sufficit ad discursū vt dicit. s. t. i. parte. q. xiiii. ar. septimo ad secundum vel dicitur ꝙ deus non cognoscit effectū per causaꝫ sed in causa. Ad aliud negant sophiste illam maiorē qꝛ dicūt ꝙ absqꝫ mutatione de⁹ se solo posset conseruare lumen quod nunc est in aere et tamen prius non se solo cōseruabat. Itē det fortes platoni equū suum in fine anni tunc in fine anni iste equus est platonis et prius non erat nec tn̄ est ibi mutatio tunc. Sed forte dicis ꝙ est ibi lapsus temporis sed hoc nichil facit quia dato ꝙ celum quiesceret idem posset contingere. Sed aliter dico ꝙ creatio est mutatio improprie dicta vide. s. t. de po. q. iii. ar. ii.

¶ Ad octauum patet per idem et in vltimo est fallacia figure dictionis.

¶ Ad nonū maior nō est semꝑ vera vt pꝫ de centro spere mote. Itē angelus supremi celi non moueꝶ ad motum celi nec anima mouetur ad motuꝫ vni⁹ partis tantū sm. S. T. in i. d. xxxvii. q. iiii. ar. ꝫ. ad ꝗrtū de relationibus satis supra dictum est et ibidem dicit ꝙ deus non mouetur per accidens quia non est diffinitiue in loco sicut angelus.

¶ Ad decimum negatur ꝙ prius sit mutatio in agēte ꝗ̃ in passo vnde si nunc crearetur sol tunc in eodē instanti producit lumen nec tamen sol mutaꝶ licet habeat nouum effectum. Deinde dicitur ꝙ bene est aliquis respectus rationis in agente prius ꝗ̃ res sit ꝑducta. Si ꝗratur an quando petrus aliter se hꝫ deus velit aliter ipsum se habere dicēdum ꝙ sic si ly aliter determinet obiectū. Ad alia dictū est supra.

¶ Ad vndecimū magna est altercatio de opinione phil. gregorius ⁊ aureolus tenent secundum philoso. ista eterna non esse a deo producta qa alias possent non esse quia potentia passiua est potentia contradictionis vt patet in secundo phisi. sed secunduꝫ aristo. non potest poni in esse ꝙ intelligentie non sint Item secundum auicennam et Sanctus Thomas omnis creatura prius natura est non ens ita ꝙ creatura ex se habet non esse si ergo angeli sunt creature sequitur ꝙ ex se habent non esse et per consequēs nō sunt ex se incorruptibiles quod tamen est falsum quia secundum Sanctum Thomam sunt immutabiles secundum esse. Alii oppinantur oppositā partem. Qꝫ enim aliquod eternum possit habere esse a deo effectiue. probatum est in principio. viii. motus enim est eternus ⁊ lumē solis secūdū philosophorū. Et tamen ista sunt ab efficiente ergo etiam intelligentie secundum ari. sunt necessarie tamen possunt esse ab alio effectiue. Deus deus enim est causa finalis earum ergo et efficiens quia finis est gratia cuius aliquid fit. Item si ignis fuisset ab eterno secundum platonicos splendor ignis fuisset ab eterno ergo deus potuit esse ab eterno secundum aristoteleꝫ producere intelligentiam et ita dicit auicen. Item philosophus dicit supra contra empedoclem ꝙ licet aliqua sint necessaria nichilominus habent causam. Ad idem adducuntur diuerse auctoritates et phi. et commen. Et tunc ad argumenta dicenduꝫ ꝙ aliquid dicitur ipossibile tripliciter. Primo ex defectu potentie Secundo propter impedimentum. Tertio quia contradictionem implicat. Necessariū absolute dicitur dupliciter. Primo quia est necessarium per per illud quod est in essentia sua et hoc modo intelligentia est quoddam necessarium absolute quia in se non habet vnde possit corrumpi sicut nec celum quod non est susceptiuum Sanctus Thomas libro secundo contra gen. capi. iii.

¶ Secundo dicitur necessariū logice ex terminis et sic hominem esse animal est necessariū. Tūc dico ꝙ angelum non esse est impossibile in se capiendo impossibile secundum naturam rei vel causas proximas Non autē scđo mō. Et si ꝗraꝶ an sequaꝶ deus potest angelum corrumpere ergo āgelus est corruptibilis

dicendum q non quia corruptibile dicitur aliquid per respectum ad causas proximas que sunt materia vel alteratio Sanctus Thomas prima parte.q.lxxv.vi.ad secundum. Si queratur ex quo intelligentia est in se indefectibilis quare indiget q a deo cōseruetur dicendum quia aliunde habet vnde deficere possit. Et sciendum q multi theologi moderni non volunt concedere angelum esse necessarium absolute quia potest non esse scilicet a deo et Sanctus Thomas de veri.q.xxiii.arti.i.ad secundum dicit q nulla creatura est necessaria secundum se considerata. Sed phisicus loquendo de necessitate rerum non respicit ad hanc causam. Sicut nec medicus iudicando de infirmo. Et ideo phisicus dicit intelligentiam esse ens necessarium absolute. Et per hoc patet ad argumenta. Potest enim angelus nō esse per potentiam extrinsecam tantum.

¶ Ad decimumsecundum dicetur postea.

¶ Ad decimumtertium dicitur q perpetuum potest non esse in sensu diuiso et ita dicatur de aliis. Si dicatur. ponatur ista in esse perpetuuz potest nō esse. Dicendum q sic ponitur hoc non est.

¶ Ad decimumquartum. potest dici secundum philosophum q angeli sunt liberi libertate complacentie necessitate tamen immutabilitatis volunt mouere celum sicut volūt esse beati. De illo tamen.s.q cuicunq adherent immobiliter adherent. Forte diceret q etiam post electionem possunt nolle illud qd prius voluerunt quia nunc potest nolle esse i isto loco vel diem preteritam non esse quam tamen prius voluit esse vnde verum est q fini immobiliter adheret nec ex hoc sequitur quin postq habuerūt actuz malum possint habere actum bonum quia aliquid inherendo eidem fini potest habere actum malum vt qui furatur ad dandum elemosinam propter deum. Sed contra probatur q non immobiliter adherent fini huic quia intellectus suus non apprehendit immobiliter hunc finem probatur quia si errando primo iudicet aliquid esse finem vltimum postea potest sibi ostendi ab alio angelo q ille finis non est finis vltimus. Sed hoc forte negabit vide.s.t.i.parte.q.lxiiii.arti.ii.quia istud tangit materiam obstinationis demonū de q doctores diuersimode loquūt

¶ Ad decimumquintum dicit Sanctus Thomas de po.q.i.ar.i.ad.xv.q illa diffinitio intelligitur de potentia actiua presupponente materiam.

¶ Ad decimumsextum. supra dictum est. Sed queritur an intelligentia sit de numero possibilium sm philo. dicendum si possibile capiatur in tota sua cōmunitate tunc manifestum est q sic. sed capiat possibile p contingēti specialiter. Tunc videt sm phi. q non sit possibilis. Tamen auicēna dicit oppositū ex hoc q quelibet creatura habet in se possibilitatē ad esse z non esse. Aliter tamen dicit cōmen. Et hoc tenet Sanctus Thomas de po.q.v.arti.iii. vnde ille sole res in sua natura habent possibilitatē ad nō esse in quibus est materia subiecta contrarietati. Et tunc diceretur q illud quod producitur. dicit habere non esse. Non q ex se habeat non esse: sed qz non haberet in se esse nisi agens extrinsecum cōcurreret. Si dicatur ex hoc sequitur q intelligentia contingenter sit sm philo. quia est a deo effectiue et prius habet non esse q esse quia fit ex nichilo ergo pōt esse z nō esse. ergo z cōtigēs z possibile isto modo qz oē producibile est possibile produci ergo est possibile. Patet ex predictis quid sit dicendum. Videtur enī aliquibus q hic sit disputatio ad nomen.

Ad tertiū sic proceditur videtur aliquas res habeat vltimū istās sui esse [...]bile minimū naturale ex pmo phi. Pono ergo q nūc per aliqd agēs icipiat cōdēsari tūc illud minimū nūc est z imediate post hoc non erit qz alias daret minus minimo qz immediate post hoc p condensationē erit minus q modo sit. Et eni suppositū est q nunc sit minimum naturale secūdū extensionē. Itē suppono gratiam concurrere effectiue ad actū meritoriū z q sortes q nunc ex gratia diligit deum imediate post hoc peccet omittendo currere quod scientia dictat tunc datur vltimum instans gratie et per consequens dilectionis. Sed contra est philosophus.

¶ Respondeo dicendum sm phm.T.C.lxviii.z.s.t.lec.xvii. istius octaui q res in aliquo instāti incipit z in aliquo instanti desinit. Oportet aūt assignare aliud instans in quo res generatur z aliud in quo corrumpitur vt quando ex aere fit aqua et quando aqua corrumpitur. Sed tunc querit quādo ex aere fit aqua. An tunc sit aer vel aqua et dicendū q istās trāsmutationis attribuendū est posteriori passioni ita q quādo ex albo fit nigrum tunc per aliquod totum tempus res est sub albedine in instanti terminatiuo est sub forma opposita. Ex quo infertur q forma precedens desinit esse per primum instans non esse. Sequens autem incipit esse per primum instans esse vt quando aer generatur ex aqua tunc per aliquod tempus est aqua Et per aliud tempus est aer Et in instanti medio illorum duorum temporuz nō est aqua sed aer. Si eni adhuc esset aqua cū ex aqua non fit aer nisi per transmutationem sequitur q instans datum non erit vltimus terminus transmutationis aque cuius oppositū supponitur. Pro quo notandum est sicut ponitur in summulis q quedam res sunt successiue. Alie vero permanentes. Successiue sunt quarum partes non manent simul z loquor de partibus non communicantibus et de partibus sumptis secundum prius et posterius ipsius temporis vt motus et tempus. Alie sunt res permanentes vt homo lapis. Quidam distingunt res successiuas Quedam enim sunt successiue secundum fieri. Et sic domus diceretur res successiua quia non fit in instāti secundum qlibet partem alia est successiua secundum fieri et esse vt motus Preterea. Supponendū est q tales incipiunt per primum instans esse si sint res permanentes quod est dabile est vnum instans in quo illa res est et ante quod imediate non fuit. Res autem successiue incipiunt per vltimū instans non esse idest in quo non sunt sed imediate post erūt Naturaliter autem omnis res si desinat esse desinit esse per primum instans non esse ita q nulla res habet vltimum instans sui esse. Sed loquendo de potentia diuina.

¶ Conclusio prima. Cuiuslibet forme et generaliter cuiuslibet rei causare possibile ē deo esse vltimū instans in quo illa fit. Et post quod nichil eius sit. Probatur quia nulla contradictio implicatur ex eo q vna res affirmatur esse in vno instanti et negatur aliquid eius esse in tempore sequente illud instans sicut clarum est. Nec etiam sequuntur ex hoc aliqua contradictoria sicut potest patere respōdēdo ad rationes quibus oppositum quis vellet probare declaratur etiam hoc quia nō apparet q hoc magis implicet vel necessario inferat contradictoria qtum est ex se q q aliqua vna res sit in aliquo instāti et non fuerit in tempore aliquo precedente. Sed

istud sec[..]num nequaq̃ implicat vel infert contra [..] cum sit etiam naturaliter possibile.

¶ Secũda cõclusio possibile p̃ diuinã potẽtiã aliquã rẽ esse p̃ vnicũ istãs sic q̃ nihil ei⁹ fuerit añ illud instãs nec aliq̃d erit po⁹ p̃bat̃ sicut p̃cedẽs q2 sez nõ implicant̃ cõtradictoria i eo q̃ aliq̃d affirmat̃ eẽ ⁊ negatur fuisse ⁊ fore. Cõfirmat̃ hec nõ magis iplicãt circa vnã rẽ impartibilẽ qualis est angelus vel aĩa secundũ cõmune dictũ q̃ circa rẽ habẽtẽ partes sicut cuilibet ratiõabiliter exq̃renti occurrit sed aliquã rẽ partibilẽ cõtingit esse p̃ vnicũ instãs sic q̃ ipsa non fuit ante nec erit post vt si in linea q̃ nũc primo est pedalis incipiat minui q̃ nõ implicat cõtradictionẽ q̃ ita sit d̃ vna re ĩpartibili quo posito habetur p̃positũ nec obuiat q̃ rei partibilis aliq̃d ei⁹ prefuit ⁊ aliquid sit futurũ: q2 hoc nõ obstãte ipsa tamen non fuit neq̃ erit q̃ non contingeret talia enunciabilia secũdũ se essent incompossibilia vel incompossibilia inferrent.

¶ Preterea nõ plus includit repugnantiã q̃ aliq̃d subiectũ sic habeat in aliquo instanti vnam formã partibilẽ q̃ nihil illius prehabuit vel sit habitur⁹ q̃ q̃ aliq̃d corpus sic habeat in aliquo instanti vnũ locũ q̃ nihil ipsi⁹ p̃habuerit vel habiturũ sit hec vt puto nulli debet esse dubia q̃m nulla adduci possũt contra primũ quin eque euidenter vel euidentius adducantur ɔtra secundũ. Sed secundũ est possibile per diuinã potentiam si aliquod corpus transferatur per diuinã potentiam de loco ad locum in instãti sicut esse possibile nõ debet esse dubiũ cõfitẽti infinitatẽ diuine potentie q̃d cõfirmat̃ etiã q2 si graue existeret sursum et totũ mediũ subito a deo glorificaret̃ dote subtilitatis quod esse possibile null⁹ christianus negauerit illud graue eodem instant̃ esset transmutatũ deorsum sicut secundũ ph̃m cõtigeret si totũ mediũ in instanti esset annihilatũ et est eadẽ ratio vtriusq̃ quia scilicet in neutro casu haberet aliquod resistẽs vel ĩpediens. Quodcũq̃ autẽ istorum dato habetur absumptũ: nã si instans p̃ns sit instans in q̃ est talis indiuisibilis transmutatio. Corpus transmutatũ nunc est in aliquo imo in quolibet loco sibi equali intermedio inter eũ in q̃ prefuit et eũ ĩ quo remanebit. Signet̃ ergo aliq̃s loc⁹ medi⁹ ⁊ sit a verũ est dicere q̃d illud corp⁹ habet locũ a ⁊ nihil ei⁹ prehabuit autẽ post habebit sicut patet q̃ ita possibile est de aliqua forma ⁊ p̃ ɔñs q̃ illa forma sit p̃ vnicũ ĩstãs ad sensuz p̃missum. Hec vltima ɔ̃e. p̃batio nõ v̄r eẽ cõuertis. Preterea contingit aliq̃s p̃positiões esse v̄as p̃ vnũ instãs tm̃: q̃ nõ implicat cõtradictionẽ aliquã rẽ eẽ p̃ vnũ istãs tm̃. Añs p̃z in multis. Nã p̃positio enũciãs aliq̃d corpus continue motũ v̄bi grã b. est in aliq̃ loco demõstrato vt puta in c. est v̄a tm̃ ĩ illo ĩstãti i n q̃ est ĩ c. vt certũ est ⁊ s̃p prius si fuit formata fuit falsa ⁊ sil̃r postea erit falsa ita de ea q̃ enũciat aliquã lineã vel corp⁹ eẽ rectũ cũ sit curuũ ad vnã partẽ ⁊ trahit̃ vt curuet̃ ad oppositã sic q̃ prius fuit rectũ ⁊ ĩ multis alijs posset exẽplũ dari consequẽtia declarat̃ quia q̃tum est de dispositione ⁊ forma propositionũ nõ plus he sunt incompossibiles a. est a. non fuit a. nõ erit q̃ he a. est vera a. non fuit vera a. non erit vera nec curo vtrum veritas sit aliqua res absoluta

¶ Tertia conclusio possibile est aliquã rem p̃manẽtẽ habere vltimũ instans nõ esse quia deus põt facere q̃ sortes qui nunc nõ est ĩmediate post hoc erit. Ex his patet q̃ñ ex aere generatur aqua ⁊ in similibus nõ datur vltimũ instãs esse aeris nisi forte in instanti ymaginario de quo non loquimur sed dat̃ p̃mũ non esse ⁊ vltimũ t̃ps vt alias dicetur ex s. t.

¶ Contra hec arguitur primo ostendendo in reb⁹ successiuis q̃ aliqua talis res possit habere vltimũ instans sui esse: q2 hora nõ est ĩfinita nec mot⁹ est infinitus ergo habet vltimum sui ergo habet vltimũ sui esse ⁊ eodem modo probatur q̃ motus habet primum instans sui esse. Forte dicis q̃ in motu nõ datur primum mutatum ⁊ ideo non potest habere primum instans sui esse. Contra articulo sequẽte dicatur q̃ motus contrarij possunt per accidens contiguari ergo vltimum eorum sunt simul sic q̃ vltimũ mutatum vnius est simul cum primo mutato alterius. Item arguitur q̃ successiuum habet primum instans sui esse quia quando pulsatur hora octaua dicimus q̃ est octaua ⁊ ante non fuit octaua ergo.

¶ Secundo si nullus motus haberet vltimum sui esse sequeretur q̃ omnis motus qui nũc est in petro post hoc erit s̃z p̃bo q̃ non supposito q̃ petrus vniformiter moueatur quia si omnis motus qui nunc est in petro postea erit in petro ⁊ ĩmediate post hoc petrus habebit motum nouum sequitur q̃ plures partes motus erunt simul ⁊ q̃ petrus velocius mouebitur q̃ nunc moueatur. Itẽ pono q̃ lapis nunc diuidi incipiat ita q̃ nunc sit vnum non aũt imediate post a. tunc verum est dicere motũ lapidis nunc esse vnum quia mobile est vnum ⁊ tamen immediate post hoc non erit vnus ergo non erit ens q2 ens et vnum conuertuntur.

¶ Item ponatur q̃ sortes sit in naui que mouetur ⁊ habeat sortes miraculose vltimum instans sui eẽ tunc verũ est dicere q̃ sortes nunc mouet̃ quia est in naui que mouetur ⁊ tamẽ motus eius post hoc nõ erit. Forte dicis q̃ naturaliter sortes desinit p̃ primum instans nõ esse. Contra sequeretur q̃ in motu non daretur vltimum mutatum esse completum cõtra phi. vj. phi. quia et quo sortes nõ est in fine motus sequitur q̃ mutatum esse ipsius motus non sit.

¶ Tercio arguitur q̃ res permanẽs habet vltimũ instans sui esse q2 non durat in infinitũ ergo habet vltimum instãs esse. Item auctoritate. S. T. dicit eĩ in p̃ia scd̃e. q. cxij. ar. vij. ad. v. q̃ in angelis q2 nõ subijciunt̃ tp̃i nostro est dabile vltimũ instans in quo aliquid sit. vñ dicũt quidã q̃ angelus in p̃mo ĩstãti meruit ⁊ illud meritũ tũc habuit vltimũ ĩstãs sui esse quia verũ erit dicere nunc meritũ angeli est et post hoc non erit. Itẽ ar̃. eodẽ modo de volitione hoĩs q2 pono q̃ petrus habeat volitionẽ in isto instanti ⁊ nõ velit eã cõtinuare tunc verũ est dicere nũc hec volitio est ⁊ tñ immediate post hoc nõ erit. Alias petrus inuite vellet ⁊ sic voluntas eius cogeretur quod est impossibile.

¶ Quarto visio habet vltimum instans sui esse et tamen est res permanẽs igitur. Maior patet/ quia alias videretur illud quod non est et per visum beatus erraret pono enim q̃ digiti petri nunc se tãgãt nõ autem post hoc tunc verum est dicere visio isti⁹ tactus est ⁊ tamen immediate post hoc non erit q2 tactus non erit. Item secũdum. S. T. illuminatio fit in instanti licet sequatur motum localem. Et similiter visio. Capio ergo primum instãs visiõis vel illumĩationis ⁊ incipiat visibile recedere ab occulo tunc verum est dicere q̃ in instanti est visio ⁊ tamen ĩmediate post hoc non erit visio. Forte negas quia visibile adhuc sufficiet causare visionem. Cõtra per casum in isto instanti visibile est in illa distãtia in qua primo causat visionem.

Quinto. Ponatur q videas nunc visibile tricubitale cuius primus cubitus sit a. secundus b. tertius c Et nō possis videre simul nisi duos cubitos. Et moueatur istō visibile ante oculum tuum. Tūc verum est dicere ista visio est. Et tamē immediate post hoc non erit quia propter motum istius visibilis. Alia et alia pars obiicietur visui vestro ergo erit alia visio quia erit aliō obiectum. Forte dicis q in hac visione sunt partes sicut ꝛ visibile successiue mouetur sic visio successiue corrumpitur. Sed contra vel tota ista visio cathegoreumatice immediate post hoc erit vel non. Si secundum habetur intentum. Si primum. Cōtra non idem obiicietur oculo ergo non idem videbitur ergo non est eadem visio. Item si visio illa habet partes sic q vna pars visionis representet vnam partem visibilis ꝛ alia aliam partem equale sequeretur q si corpus pedale inciperet elongari ab oculo prius vna medietas desineret videri q̄ alia quia secundum nominales quando qualitas aliqua remittitur prius corrumpitur vna medietas q̄ alia. Posset argui q opinio est res permanens tamen habet vltimum instās sui esse vt si immediate post hoc fiat sorti demōstratio tunc verū est q opinio immediate post hoc non erit quia erit scientia et tamen nunc est.

Sexto in probatione prime conclusionis dictū est q veritas aliqua potest habere vltimum instās sui esse.

Item si a linea incipiat diuidi tunc verum est dicere q nunc pūctum medium est ꝛ immediate post hoc nō erit. Item sint due linee equales quarū vna incipiatur augeri. Tunc verum est dicere nunc est relatio equalitatis: ꝛ tamē immediate post hoc nō erit. Item quando res creatur tunc creatio est non autē imediate post ergo creatio habet vltimum instans sui esse. Item instans presens nunc est ꝛ immediate post hoc non erit igitur.

Tunc sit. p cō. Aīa est substantialis actus corporis in potentia vitam habentis. pri patet q̃ꝛ aīa non est compositum ipm̄ non est cōpositū ē in subiecto vt aīa neq̄ꝫ aīa ē mā hec. n. subiectū aīe est. Et igit̃ aīa act⁹. Ex quo infertur q̃ anima est actus corporis habentis vitam nam id p quod habens vitam viuit est actus corporis habentis vitam non quidē in actu sꝫ in potentia q̃ꝛ materia cuius anima est act⁹ se habet vt potentia ad animam deinde dicitur q̃ꝺ anima est actus primus. nam sicut se habet sciētia ad ꝯsiderare ita se habet anima per respectū ad diuersas suas oꝑatiōes scꝫ sciētia est act⁹ ꝑm⁹ scientie ergo z aīa. Deinde dicitur q̃ anima est act⁹ corporis organici phisici quia talis debet esse materia act⁹ qual. requirunt operationes illius act⁹ sed operationes ipsius anime requirūt diuersitatē partium secundū situm z figurā in eodē corpore ꝓpter earū diuersitatē ergo oportet q̃ anima sit actus corporis organici nā corpus organicuꝫ dī illud quod habet diuersitatē partium distinctaꝝ secūdum sitū z figuram. Unde corpora inanimata non requirunt diuersitate partium quia non habent exercere diuersas operationes propter eorum imperfectionem. Et illud vltimum declaratur in plantis in quibus pro diuersis operibus sunt diuerse partes sicut foliū ad coopiendū fructuꝫ z cortex ad conseruandū arborem z radices ad nutrimentum z proportionantur ori animalis. Et sic patet tota diffinitio anime. Ex qua infert phūs q̃ꝺ non est querēda causa quare ex corpore z aīa fit vnū per se. Aīa enī est propria forma z actus corpus vero est propria materia eius. Modo clarum est q̃ ex ꝓpria potentia z proprio actu fit vnū per se. Ex hiis infertur q̃ aīa non est forma accidentalis. quia dat esse simpliciter ipsi corpori. Accidentalis autē hoc non facit. Tertio infertur q̃ aīa non est materia q̃ꝛ dat esse in actu. Quarto patet q̃ꝺ aīa non est actus alicuius incorporei nec rei artificialis. Sed corporis phisici in potentia vitam habentis. Hoc enī est subiectum eius. Ad quod inuestigādū posite sūt tres vltime diuisiones. Per tres primas autem inuestigatur natura eius. Unde ex prima pꝫ q̃ aīa est substantia quia sicut est in artificialibus ita est in naturalibus. Sed in artificialibus si dolabra esset corp⁹ naturale sua forma esset subā ergo in naturalibus forma est subā. Cum ergo corpus aīatum sit ens naturale z anima sit forma sequitur q̃ aīa est subā.

¶ Notandū preterea q̃ a phō ponitur alia diffinitio aīe. T. C. 13. scꝫ anima est principium quo viuimus sentimus. scd̃ꝫ locū mouemur. z intelligimus Per hoc enī distinguit̃ aīata ab inaīatis scꝫ per sensum z motum. vel vitam vnde in plantis. aīa est principium viuendi q̃ enī vegetabilia augmentur scd̃m diuersas positiones hoc non est precise a natura sꝫ ab aīa in aīalibus vero quibusdā est sensus sꝫ nō mouentur motu progressiuo vt conche z ostree que habent tactum in hominibus vero anima est principiū intellectionis. Unde ex hac diffinitione possunt elici diffinitiones oīm aīatꝫ. Sed queritur quomodo

se hȝ ista diffinitio ad p͂mã. Dicendũ q̃ ex sc̃da diffinitione potest prima demonstrari a posteriori sicut causa per effectum. Ex eo enim q̃ aĩa est forma corporis viuentis ipsa est principium opũ vite ⁊ nõ ecõuerso. Quod aũt vna diffinitio possit per aliam demonstrari ostendit phũs in geometricalibus.

¶ Pro quo sciendũ scd̃m San Tho. lec. 3 q̃ʒ figurarum quadrilaterarum quedam habent oẽs angulos rectos ⁊ vocantur orthogonia quedam autem non. Item orthogoniorum quedam cõstant ex omnibus lateribus equalibus. Et vocatur quadratum siue tetragonismus. Aliud autem non. Et vocatur orthogonium altera parte longius vnde quadratum potest dupliciter diffiniri scȝ per inuentionẽ linee medie. Et per hoc q̃ est habere oĩa latera equalia. Et ista secunda diffinitio potest demonstrari p̃ p̃mã. Sed queritur an aĩa est causa efficiens corporiȝ secundum phũ dicit s. t de po. q 3 ar. 10. ad. 6. q̃ nõ sed principium motus ⁊ operationum.

¶ Contra hec arguitur. Accidentis est diffiniri p̃ subiectum sed aĩa non est accidens ergo non debet diffiniri per subiectum quod est corpus phisicum. Item aĩa separata scȝ aĩa sancti petri est aĩa ⁊ tamẽ non est actus alicuius corporis. igitur. ⁊c.

¶ Secũdo. Omne quod aduenit enti in actu est accidens. Sed anima est huiusmodi quia aduenit corpori organico phisico quod est ens in actu cum sit actus eius igitur. Forte dicis q̃ corpus non est organicum ante animã. Contra ois diffinitio debet dari p̃ priora sed anima diffinitur per copus organicum ergo prius est organizatio q̃ anima. Itẽ aĩa mouet corpus. Sed omne mouens mouet per contactũ ⁊ oẽ tale est quantum ergo anima non est forma substantialis sed compositum.

¶ Tertio aĩa exñs ĩ corpore non est per se subsistẽs saltẽ aĩa brutorum ergo non est substantia tenet consequentia p̃ diffinitionem substantie. Nulla etiã substãtia est ĩ subiecto sed anima per philosophum ẽ in corpore phisico tanq̃ in subiecto. Item anima non est in actu ergo anima nichil ẽ. Añs pȝ q: aĩa est ĩ potentia. Suscipit enĩ cõtraria s. gaudiũ ⁊ tristiciam.

¶ Quarto partes aĩe sunt accidentia vt patet de potentijs anime ergo ipsa anima etiam est accidens. Item ex duobus existentibus in actu non potest fieri vnum ens per se sed corpus phisicum est in actu ergo ex ipso ⁊ anima non fit ens per se ergo nõ est forma substantialis.

¶ Quinto arguitur contra diffinitionem anime q: anima recipit in se potentias suas ergo non est act⁹. Item anima patitur quia intelligere est quoddam pati. Forte dicis q̃ʒ non est proprie pati hoc nichil est quia notum est q̃ aĩa vetegatiua arboris potest cõburi ergo proprie patitur aĩa etiã nõ est actus purus ergo habet aliquid de potẽtia ⁊ nõ debet magȝ dici act⁹ q̃ potentia. Itẽ aĩa se habet sicut scientia secũdum phi. hic sȝ sciẽtia est actus secũdus cũ non sit forma substantialis. Item anima non est operatio ergo non ẽ actus tenet ɔña quia ista idem sunt.

¶ Sexto arguitur q̃ nõ ẽ actus corporis q: ẽ act⁹ materie ergo non est actus corporis tenet cõseq̃ntia quia materia non est corpus vt patet ex diffinitione corporis non enim cõponitur ex materia ⁊ forma et patet añs quia omnis forma substantialis est actus materie prime. Item deus ⁊ intelligentie aliq̃ñ vocãtur anim ex tamen non sũt actus corporis.

¶ Septimo ar̃ quod non est actus primus q: deus est actus primus. Item tunc sola anima vegetatiua esset anima q: ipsa precedit omnes alias ⁊ sic ipsa sola est actus primus vnde embrio primo viuit vita plante. Item anima rationalis habet operationeȝ sĩ ne corpore scȝ intelligere ergo non est actus corporis vnde itellectus dicitur esse separatus ⁊ nullius corporis actus ergo anima cuius est intellectus nõ vnitur corpori si enim anima sit in corpore ⁊ intellectus est in anima sequeretur q̃ intellect⁹ esset in corpore. Item anima rationalis est hoc aliquid ⁊ subsistens ergo non est actus primus corporis.

¶ Octauo ar̃ q̃ʒ non est actus corporis phisico. organici q: forma simplex debet habere subiectũ simplex ⁊ vniforme sȝ anima est simplex ergo subiectũ eius non est organicum. Item in cauda serpentis est vna pars anime ⁊ tamen illa non est corpus organicum q: suppono q̃ sit eiusdem dispositionis.

¶ Nono arguitur q̃ non sit actus corporis in potẽtia vitam habentis quia illud quod actu viuit non ẽ in potentia ad vitam quia idem non est in actu et in potentia respectu eiusdem. sed omne habens animã est aĩatum ⁊ viuuȝ ergo actu viuit. Forte dicis quod viuit actu primo sed est in potentia ad viuendum actu secundo qui est operatio. Contra. Multa sũt viuentia vegetabilia que actu operantur similiter celũ per philosophũ ⁊ non sunt in potentia ad vitam. Itẽ predicta diffinitio videtur superflua. dicẽdo q̃ est actus primus substantialis corporis phisici organici. sufficiebat enim dicere Anima est actus prim⁹ corporis organici. Item anima ⁊ vita idem sunt ergo idem diffinit seipsum quod est falsum. Itẽ actus est notior potentia ergo in diffinitione aĩe nõ debet poni potentia. item forma seminis non est anima et tamen habet vitam in potentia phi. dicitur ad hoc ĩ textu. Nec est organicum ⁊ phi. non posuit in diffinitione substantialis nec ego.

¶ Decimo ar̃ q̃ ex aĩa ⁊ corpore non fit vnum per se. quia ex oppositis non fit vnum per se. Sed materia ⁊ forma opponuntur. Probatur quia se habent sicut actus ⁊ potentia. item corpus phisicum est in actu ergo non facit vnum cum aĩa. sed materia est corpus phisicum cuius aĩa est actus. igitur. Maior patet ex sexto phisicorum vbi dicitur q̃ʒ corpus phisicum potest moueri motu locali. item materia non est cum sit ens tm̃ in potentia. Nec forma proprie est sed totum compositum. Sed ex hĩs que non sunt non fit ens per se ergo ex materia ⁊ aĩa non fit ens per se. Forte dicis q̃ materia existit ⁊ similiter forma quia hec est ĩ primo modo dicendi per se forma est ens. Et ideo forma est per se ens. Contra omne quod existit est in actu ergo si materia existit sequit̃ q̃ est ĩ actu. Et per ɔñs non facit vnum per se cum forma sicut nec subiectum cum accidente.

¶ Undecimo nichil est nobilius anima. ergo anima non est actus primus añs est philo. 1 de anima Et patet ɔña quia actus sc̃dus est nobilior actu primo. Manifestum enĩ est. q̃ beatitudo est actus secundus ⁊ tamen nobilior q̃ potentia que est actus primus quia finis est nobilior hĩs que sunt ad fineȝ. Item deus posset ponere aĩam in corpore quod esset eiusdem dispositionis in oĩbus suis partibus. Ergo non est necesse q̃ anima sit actus corporis organici. vnde multi dicũt q̃ qñ homo generatur tunc anima per aliquod tempus in forma p̃cise cor. Cor

sūt est eiusdē dispositionis in omnibꝰ suis partibus ergo non est corpus organicū.

¶ Duodecimo arguit contra secūdam diffinitionē q: non conuenit secūdū omnes particulas animabꝰ plantatū. Nec datur per priora: sed per effectꝰ ꝛ cōuenit potentijs anime que non sunt anima. Nec ibi fit mentio de appetitiuo conueniente animalibus. Item arguitur ꝙ secūda diffinitio demonstrat primam a priori: quia in secunda diffinitione ponit causa finalis anime scꝫ eius operationes igit. Item philosophus. t. c. 12 vbi inuestigat de 2. diffinitione dicit ꝙ non satis est scire: quia est sed oportet ostendere causam: ergo. 2. diffinitio dat per causam ꝛ non prima quia in phisica procedimus a notioribꝰ nobis: ergo prior diffinitio est nobis notior: ergo datur per effectus ꝛ hec est sententia egidij contra. S. T. sed contra prima dat per actū preuiū qui precedit viuere et sentire: ergo datur a priori.

¶ Tertiodecimo arguit ad idem: quia nichil notius competit diffinito ꝙ̄ sua diffinitio: sed demonstratio procedit ex notioribus: ergo nunꝙ̄ diffinitio alicuiꝰ potest demonstrari. ꝛ hoc etiam patet ex. 2. poste. vbi dicitur ꝙ quod quid est non potest demonstrari. Diffinitio autem indicat quod quid est ꝛ ideo non demōstratur: sed potiꝰ est mediū demonstrationis. Item organizatio fit per animā: ergo est posterior anima ergo anima non est actus corporis organici. Forte dicis ꝙ organizatio fit in illo instanti in quo anima infundit. Contra organizatio non fit sine aliquo motu: sed nullus motus fit in instanti/ergo nec organizatio etiam omnia accidentia precedētia corrumpūtur: ergo anima in illo instanti in quo infunditur nō infunditur in corpore phisico: sed in materia nuda ꝙ̄ aīa nō necessario est actus corporis phisici.

¶ Ad primum dicitur secundum San. Tho. hic ꝙ substantia completa non diffinitur per aliquid quod sit extra essentiam eius ꝛ per hoc differt ab accidente quod non habet esse completum ꝛ quia in hoc forma conuenit cum accidente ideo diffinitur per subiectum vnde prima diffinitio dicitur materialis vnde non omne quod est pars diffinitionis anime est de essentia anime. Si queratur an ergo hec sit diffinitio per additamentū: videtur ꝙ non quia licet diffiniat per aliquid quod sit extra essentiam eius tamen non est alterius generis. Sed contra anima est de predicamento substantie corpus autem phisicū ꝛ organicū importat qualitatē. Forte concedis. Contra phi. 7. meta. postꝙ̄ diuisit substātiā in materiā ꝛ formā ꝛ compositū dicit se velle determinare de forma logice primo ꝛ tunc subdit ꝙ diffinitio substantie non debet dari per additamentū. Ideo dicit ꝙ corpꝰ phisicum quoad suū principale est de genere substantie. Ad aliud dicit ꝙ ibi est contactꝰ virtutis ꝛ non ꝙ̄titatis: nec anima Sancti Petri est anima phisice cōsiderationis vel verba dicunt aptitudinem. Deinde dicitur ꝙ anima non aduenit enti quod sit in actu ꝑ aliquam formā aliā ab anima: sed per ipsamet sicut lumen aduenit lucido. Contra anima fit in materia disposita de hoc postea dicit enim ꝙ in aduentu anime omnes dispositiones precedentes corrumpūtur. Contra tunc alteratio precedens esset infinita quia non haberet terminū intrinsecum ad quē. Dicendū ꝙ sufficit terminus extrinsecus.

¶ Et sic patet ad secundum.

¶ Ad tertiū dicit ꝙ anima rationalis est per se subsistens vt supra diximus et prima parte q. 75. ar. 2. ad secundū: sed vtrum potius subsistat per se ꝙ̄ anime alie dicendum ꝙ sic: quia esse existentie est in anima rationali non autem in alijs animabus: sed in toto composito nisi forte deus miraculose faceret animā asini subsistere per se loquendo tamē de alijs animabus dicitur ꝙ sunt substātie: quia sunt pars essentialis per se subsistentis nec anima est in subiecto qđ sit compositum ex materia ꝛ forma. Ad aliud dicit ꝙ in omni creatura aliquid est in potētia cū hoc tamē stat ꝙ est actus impurus.

¶ Ad quartum negatur consequentia loquendo de parte potentiali. Ad aliud quidam dicunt ꝙ anima non est ens in actu. Sed contra materia est ens in potentia ꝛ compositum est in actu per formā: ergo forma est in actu immo albedo potest dici in actu vel potius actus. Corpus autē phisicū id est materia non est ex se in actu.

¶ Ad quintum negatur consequentia. Sed dices pars non predicatur de toto. Cum ergo anima non sit actus purus: sed componitur ex potentia ꝛ actu sequitur ꝙ hec non est vera. anima est actus dicendū ꝙ non est ibi cōpositio ex hijs: sed cum hijs vt dictum est in logica. Nec tamen absolute dicendū est ꝙ anima sit potentia. Ad aliud patet per idem non enim anima per se corrumpitur. Ad aliud dicatur ꝙ scientia est actus primus per respectū ad actum sciendi. Ad aliud negatur ꝯñā loquendo de actu primo. Quidam dicunt ꝙ anima dicit actus id est principium actiuum vel passiuum.

¶ Ad sextum dicitur ꝙ materia informata per formam quam consequuntur dispositiones vocatur hic corpus capiendo corpus pro altera parte compositi. Sed quare in diffinitione anime non dictū est ponꝰ ꝙ anima est actus materie ꝙ̄ corporis phisici. Dicēdum ad innuendum multiplices operationes ipsius anime propter quas requirit corpus organicū. Sed quare alie forme in animatorū non dicuntur actꝰ corporis phisici cum sint actus materie disposite. Dicēdum quia non requirunt tantā diuersitatē. Sed an anima sit actus corporis naturalis cū animal videatur distingui contra naturam ꝛ motus animalis contra naturalem. dicendū ꝙ anima continetur sub natura. Contra natura est determinata ad vnū sed motus animalis non est ad vnum determinatus vt patet ex 8 phisi. Anima etiam rationalis non videtur esse natura. Sed dicendum ꝙ in animato est tantum vna forma. Cum ergo forma sit natura oportet dicere animam esse naturam.

¶ Ad septimū dicitur ꝙ deus non est actus corporis anima etiā rationalis est actus primus id est immediate informans materiam. Ad aliud patebit tertio de anima. Anima enim rationalis coniungitur corpori scđm esse ꝛ non scđm quālibꝫ operationem. Et ideo aliquo modo excedit materiā. Nec est totaliter immersa et: nec inconuenit subsistens non per modū suppositi vniri alteri.

¶ Ad octauum dicitur ꝙ anima est multiplex in virtute. Et ideo requirit corpus organicum. Sed contra ignis habet multiplicem virtutem et aqua rosarum ignis enim calefacit ꝛ ascendit. Et tamen requirit corpus organicum. Item celū scđm philoso. est animatū ꝛ tamen non est organicum. Dicendū ꝙ diuerse operationes ignis exercent per eandem partē. De celo autem dicitur ꝙ non est animatum per ani-

mam informantem:sed assistentez vt motor mobili.
Sed an corpus animalia mortui sit organicũ cũ nõ
habeat animã dicendũ q nõ. Ad aliud dicitur q cau
da non est primũ z proportionatuz perfectibile ipsiꝰ
anime dato q cauda sit abscisa.

Ad nonũ dicitur q aliquando potentia est coniũ
cta actui in animato: ergo aliquando est potentia ad
vitam idest operationem vite. Aliquando vero potẽ
tia coniuncta actui. Et per illas particulas soluunt
multa dubia. et nota q vita dicitur dupliciter. Pri-
mo pro actu primo vel esse viuentis. Scdo pro opera-
tione vitali. Nec inconuenit potentiam vnius notifi
care actum alterius.

Ad decimũ dicitur q actus z propria potẽtia nõ
opponũtur. Ad aliud patet ex dictis. et patebit pri-
mo de generatione. Quidam dicunt q forma nõ est
sed est quo aliquid est sicut albedo non est alba: sed
est qua aliquid est album. Contra philoso 5. phisi.
probat q motus est. Et in quarto q tempus est quis-
dam querunt an secundum Aristotelem sit queren-
da causa quare ex corpore z anima fit vnum z vide-
tur q sic: quia secundum eum dubium est an anima
saltem intellectiua sit actus corporis sicut nauta na
uis: sed aliter dicitur T. C. 7. forte loquitur de sen-
sitiua z vegetatiua.

Ad vndecimum dicitur q in accidentibus actus
primus est minus nobilis non autem in substantijs
nisi secundum quid. Ad aliud hoc forte phisicus
negaret.

Ad duodecimũ dicit q illa diffinitio debet intelli
gi disiunctiue alias non fieret demõstratio prime di-
finitionis per secũdam esset enim minor falsa sic ar-
guendo. Omne principiuz quo viuimꝰ sentimus z c.
est actus corporis phisici z c. sed omnis anima est hu
iusmodi: ergo omnis anima est actus corporis phisi
ci z cet. Et licet potentia sit proximũ principiũ non
tamen est primũ. Nec inconuenit diuersimode consi-
derando operationes anime q ibi sint diuerse demõ-
strationes: quia operatio anime vt est in intentione
est causa finalis. Et vt est in executione est effectus.
Sed nonne prima diffinitio etiam datur per effectꝰ
sicut secunda secundum San Tho lec. 3. videtur q
sic: quia corpus phisicũ vt sic vel organicũ vel vitam
habere est effectus anime. Dicendum q non. Alias
non videtur quomodo secunda demonstraret primã
nisi qs dicat q vnus effectꝰ demonstrat per aliũ.

Ad. 13 patebit articulo sequente nec inconuenit
quo ad nos aliquid esse notius de diffinito: q̃ diffi-
nitio. Nec q diffinitio inq̃tũ diffinitio: sed materia-
liter sumpta demonstret de diffinito.

Ad secundum sic procedit videt q in
eodẽ sint plures forme substantiales
quia alias in homine nichil esset vere
genitũ. qr nec materia nec anima ra-
tionalis vere generantur. Item vbi
sunt diuerse dispositiones ibi introdu
cunt diuerse anime. Sed in partibus corporis orga
nici sunt diuerse dispositiones: ergo sunt diuerse ani-
me. Maior patet: quia propter hoc in vna materia
est forma ignis z in alia forma aeris. In oppositũ ar-
guit quia tunc anima non esset actus primus.

Respondeo dicendum q impossibile est in eodez
esse plures formas substantiales. Si enĩ forma cor
poris distingueretur ab anima rationali in forte seq-
retur q hec nõ esset per se sortes est corpus: qr pars
non predicatur de toto. Forte dicis q bene predica
tur in cõcreto sicut dicimus q sortes per se materia
rialis. Multi etiam dicunt q animal z homo realiter
distinguũtur quia animal aliquid includit q homo ex
cludit z tamen vnum predicatur de alio. Sed con-
tra: tunc aĩa esset accidens: qr aduenit enti in actu
scz composito ex materia z illa alia forma. Nec da-
ret esse simpliciter vel in eodem essent plura esse sim-
pliciter. Item tunc homo componeretur ex bruto et
anima rationali secundum eos qui ponunt in homi-
ne preter animam rationalem animam sensitiuã: qr
cõpositum ex materia z illa anima sensitiua est bru-
tum vel animal irrationale. Itez in libro de ecclesia
sticis dogmatibus. c 15. sic scribitur. Neq3 duas ani
mas dicimus in vno homine sicut iacobus z alij si-
rorum scribunt vnam dicentes animalem qua anime
tur corpus z mixta sit sanguini aliam spiritualẽ que
rationem ministrat ex quo patet: q tantum est ibi ani
ma intellectiua. Item sequeretur q post mortem ad-
huc cadauer moueretur: qr ibi remanere posset ani-
ma sensitiua scdm vnam opinionem plures rationes
ponit gregoriꝰ de arimino in. 2. dis. 17. q 2. Sã. tho.
in opusculo z prima parte si quis vult videre opinio
nes oppositas vide ad ockan qd. 2 q 7. z doctorẽ
subtilem in scdo forte plura in primo de generatione
circa mixtionem.

Contra hec arguitur auctoritate San. Tho qui
in tractatu de natura materie tenet q preter animã
est essentia alterius forme substantialis licet non det
actu esse substantialem. Item appetitus contrarij nõ
possunt esse in eodem: sed homo appetit contraria
vnum scilicet secunduz sensualitatem z aliud secun-
dum voluntatem rationalem scz quod honestum est
ergo oportet q isti appetitus procedant a diuersis
animabus sic q per vnam inclinetur ad bonum dele
ctabile secundum sensum per aliam autem ad bonum
rationis non enim quod volumꝰ bonũ hoc facimus
hec est ratio manicheorum.

Secundo sensationes nostre sunt in anima z nõ
in anima intellectiua alias essent intellectiões ergo
preter animam intellectiuam est in nobis alia anima
maior pz quia actus vite non potest esse nisi in ani-
ma. Item homo habet potentiam generatiuam: que
ro ergo quã animã producit nõ rationalem: quia illa
creatur: ergo aliam que simul manet cũ intellectiua:
alias homo esset imperfectior bestia generante ali-
quid permanens: qr illud quod homo generaret sta-
tim corrumperet. Forte dicis q homo non producit
animam: sed generando est causa vnionis forme et
z materie. Contra tunc homo nõ produceret substã
tiam: sed tantuz relationem vnionis talis autez rela-
tio non est vere genita: ergo illud quod homo produ
cit non est vere genitũ. Forte dicis q illud quod ho-
mo producit est anima sensitiua que corrumpitur.
Cõtra agens naturale nunq̃ corrumpit vnam for-
mã nisi intẽdat producere aliã. Si ergo naturaliter
anima sensitiua corrũpitur sequitur q agens natura
le producit aliam formam.

Tertio idem nõ est terminus generationis z crea
tionis: sed aggregatum ex materia z anima rationa
li est terminus creationis: ergo oportet q ibi sit alia
forma que sit terminꝰ generationis: maior patet: qr
duarum mutationum non est idem terminus. Item
dispositio est simul cum forma sed materia per ani-

mam vegetatiuam ⁊ sensitiuam disponitur ad ani-
mam rationalem igitur maior patet: quia si disposi-
tio destrueretur in aduentu forme frustra esset: quia
non manet in instanti in quo forma ad quã dispone
bat introducitur. Forte dicis ꝙ non frustra introdu
citur: q2 nisi precessisset non introduceretur nunc ani
ma. Contra nunc fit resolutio vsq3 ad materiaz pri
mam: ergo dispositio precedens nichil confert ad
hoc ꝙ nunc introducatur anima quia illud quod nõ
est nichil iuuat.

Quarto ex. Sancto Tho. de spiritualibus ar.
3. ad 15. partibus diffinitionis correspõdent partes
rei generi autem non respondet sola materia: quia se
cundum commentatorem genus nõ dicit puram po-
tentiam sed formam mediaz inter potẽtiam ⁊ actũ.
Si dicas ꝙ illa forma est eadem cum forma speciei
Contra sequeretur ꝙ ordo predicatorum in eodem
genere esset vanus: quia diuersis predicatis non res-
pondent diuersa obiecta. Forte dicis ꝙ sunt diuer-
sa scd̃m rationem. Contra vel ista diuersitas secũdũ
rationem oritur ex diuersitate rei vel non. Si scd̃m
tunc est sicut chimera vel cappa cathegorica. Si pri
mum habetur propositum. Item quidditas rei est
obiectum intellectus: ergo vbi sunt diuerse intelle-
ctiones ibi sunt diuersa obiecta quidditatiue.

Quinto homo per naturam animalis conuenit
cum equis non autem per naturam hominis: ergo
ista important diuersas formas. Item intellecto ani
mali non intelligitur homo: ergo nõ sunt idẽ. Ideo
enim omne simplex aut totuz scitur aut totum igno-
ratur secundũ aristo. 7. meta. quia non sunt in eodẽ
diuerse partes.

Sexto homo componitur ex corpore ⁊ anima ra
tionali. queritur ergo pro quo capit ibi corpus. Si
pro materia tantum sic omne ens naturale diceret
componi ex forma et corpore oportet ergo ꝙ corpus
importet aliquam formam. Item homo est corpus
vt patet ex arbore porphirij ⁊ est corporeus non au
tem potest esse corporeus per animam rationalez cũ
illa sit indiuisibilis et spiritualis et per consequens
habet conditionem oppositam ad corporeitatem.
Item quando homo moritur corp9 eius manet: ergo ⁊
forma corporeitatis manet in sepulchro.

Septimo homo est totum etherogeneuz: ergo ha
bet partes diuersarum rationum ⁊ per consequens
diuersarum formarum ⁊ hec etiam ostendunt opera
tiones partiuz: quia in vna parte est potentia visiua
⁊ visio quero quare illa potẽtia plus producitur hic
quam in alia parte corporis. Item si os abcisum statim
apponatur loco abcisionis tunc iterum reunitur quod
non esset possibile nisi aliqua forma ibi remansisset
quia a priuatione ad habituz non fit regressus. Itẽ
tunc homo nutriretur cum magna difficultate: quia
oporteret semper precedentem formam corrumpi.
Item tunc homo non haberet carnẽ p gñationẽ: q2
forma carnis esset aĩa rationalis.

Octauo arguunt quidam theologi: quia tunc nõ
esset idem corpus viuum ⁊ mortuum: quia nõ est ea-
dem forma corporeitatis: q2 in corpore viuo forma
corporeitatis est realiter eadem cum anima non au-
tem in corpore mortuo. Forte dicis ꝙ est idez corp9
capiendo corpus pro materia: quia omnium genera-
bilium ⁊ corruptibilium est eadem materia. Et pro-
pter illam idẽtitatem aliquorum corpora adorantur.
Cõtra sequeret ꝙ omnis materia deberet adorari:
q2 hoc modo quelibet materia est eadẽ numero cũ ma-
teria q̃ fuit in aliquo sancto.

Nono arguitur de christo: quia si petrus conse-
crasset in triduo tunc sub hostia fuisset idem corpus
quod nunc: ergo fuisset eadem forma corporeitatis.
Antecedens patet quia ly hoc in consecratione sem
per capitur vniuoce. Item nisi fuisset eadem forma
corporeitatis sequeret ꝙ christus aliquid assumpsis-
set quod postea dimisit scilicet illam formam corpo-
reitatis que in triduo erat in materia assumpta. For
te dicis ꝙ tunc illam materiam informabat anima
rationalis nõ inquantum anima sed inquantum dabat esse
corporeum. Contra tunc illud corpus fuisset viuum
quia secundum rem habuisset animam vnitam. Nec
est possibile quod anima informet materiã ⁊ ꝙ illud
corpus sit mortuum. Forte dicis ꝙ ibi erat materia
sine forma substantiali. Contra ibi erant accidentia
quia corpus illud post mortem videbatur: ergo ibi
erat subiectum accidentium quod est compositũ ex
materia et forma.

Decimo arguitur: ꝙ anima vnitur materie infor-
mate iam per formam accidentalem: quia forma vni
tur per vnionem: ergo vnio mediat inter materiam
et formam. Item si accidentia precedentia corrum-
puntur vel hoc est in instanti vel in tempore non pri-
mum: quia non possunt generari in instanti: ergo nec
corrumpi. Item sequitur in hoc instanti corrumpun
tur: ergo sunt: quia corruptio ẽ mutatio de esse ad nõ
esse. Item omne corruptum esse precedit aliqua cor-
ruptio ⁊ dispositio ad corruptionem: sed ante intro-
ductionem noue forme precedentia accidentia per q̃
disponebatur materia ad nouam formam nõ corrũ-
pebantur nec disponebantur ad corruptionem: ergo
manent in isto instanti. Item si omnia accidẽtia pre
cedentia corrumperentur tunc nulla esset ratio qua-
re potius in isto instanti introduceret vna forma sub
stantialis quam aliã.

Undecimo arguitur ad idem: quia actus actiuo-
rum sunt in patiente bene disposito ⁊ forma non re-
cipitur nisi in propria materia vnde quidã putat deũ
non posse ponere formam in materia nuda nec mate
ria nuda appetit eam: quia omnis appetitus ⁊ incli-
natio sequitur formam San. Tho. ergo oportet ꝙ
in isto instanti sit aliqua dispositio per quam materia
sit disposita ad recipiendum istam formam substan-
tialem que eam precedat natura saltem licet non tẽ-
pore. Item forma animalis requirit materiam deter
minate quantitatis vt dictum est. 1. phi. ergo forma vni
tur materie mediante quantitate. Forte dicis ꝙ forma
substantialis est prior secundum naturam ipsa quantita
te. Contra aut in illo priori forma sit diuisibilis vel
indiuisibilis. Si primum ergo habet quantitatem. Si
scd̃m: ergo nõ põt recipere quantitatem magis quam vnus
angelus qui etiã est indiuisibilis.

Duodecimo arguitur ad idem probando ꝙ aliquod
accidens idem numero sit in viuente ⁊ mortuo quia
eadem cycatrix remanet in mortuo. Alias quero a
quo producitur ista noua cycatrix. Si recurras ad
celuz tũc facile erit in omnibus naturalibus assigna
re causaz absq3 studio philosophie. Si dicas ꝙ ge-
nerans cadauer. quia dans formã dat consequentia
ad formam secundũ Commenta. vt generãs ignem
dat leuitatem. Contra generans filium non dat sibi
crines crispos et generans diuersa cadauera in vno
non causat cycatricem. ergo nec in alio. Item cyca-

tis non causat de nouo nisi ex vulnere. alias posses nūc facere in asino sine vulnere. & suppono q nō fiat p artē. sed in isto cadauere non fit nouū vulnus ergo nec noua cycatrix numero. Item querit quidam p solatio quis ferrauit equum mortuum & quis facit il la noua foramina nisi dicas q sit faber spiritualis.

¶ Tertiodecimo omne quod inest homini per for mā: q est animal inest homini secundum q aial: sed omne quod inest homini per formam qua est homo inest ei per formā qua est animal scḋm nos ergo om ne qḋ inest homini per formā qua est homo inest ho mini scḋm q animal. et per ɔ̄ns omni animali: sed risi bile inest homini per formam qua est homo cū in sit ei primo ergo risibile inest omni aiali quod est fal sum Forte dicis q forma hominis & forma animalis habent diuersos modos & ideo non oportet illud q inest per vnam inesse per aliam. Sed contra vel isti modi sunt substantie vel accidentis non primum vt patet per diuisionem substantie: nec secundum: quia tunc forma substātialis deberet esse substantiale secun duz accidens: & ratione accidentis formaliter: qr esse hominem est esse substantiale et similiter esse animal Item potest argui de humanitate que est forma for tis: & similiter anima eius. Sed dices anima non est forma totius Cōtra anima est forma: ergo est forma alicuius totius Item ex vergilio 8. eneidos de rege occiso ab euandro. Nascenti cui tris animas feronia mater. (horrendum dictu) dederat Item vel huma nitas realiter est pars hominis et sic est forma par tis si non. ergo realiter est homo quod quidam con cedunt dicentes etiam totum esse suas partes: quia totum et pars habent eandem materiam et eandem formam de hoc in primo phi.

¶ Ad primuz dicitur q illud forte non est opusculū San. Tho. sed de hoc primo phisicorū Ad aliud di citur q illi appetitus non sunt contrarij qr non sunt in eadem potentia. Modo contraria habent fieri cir ca idem. Appetitus etiam sensualitatis non est sub iectiue in anima sed in toto cōposito. Sed dices im possibile est contraria esse in eodez licet hoc sit per di uersas potentias: qr potentia non est proprie subie ctum sed ipsa anima. Dicendum q appetitus volun tatis et appetitus sensualitatis non contrarian tur nisi virtualiter nec sunt in eodem nisi secunduz partem.

¶ Ad secundum dicitur q sensatio est in aliqua par te composita ex materia & anima & sic actus vite est in animato. Alij autem dicūt q omnes sensationes sunt in anima precise. dicuntur tamen sensationes vel noticie sensitiue quia dependent ab organo sen sus. Ad aliud dicūt multi q homo producit animā sensitiuā ceteris nobiliorem. Sed illa corrumpitur facta dispositione ad intellectiuam. Deinde dicitur q virtus seminis eam corrumpit intendendo animā rationalem instrumentaliter & dispositiue produci. Si dicatur Pono q deus non infundat animam ra tionalem. an tunc anima sensitiua corrumpetur. Itē an illud ex anima sensitiua precedente sit brutuz vel homo. si primum ergo homo generat brutū Et que ritur de illo quare non consequat se Dicunt q est a nimal imperfectum & producitur a generante tanq̄ forma preuia ad generationē hominis. Sed de hoc alias s. t. in. q. de aia ar. 11. ad. 1. & 3.

¶ Ad tertium dicitur q anima non est terminus p ductionis: sed totum compositum. Si dicatur saltez anima est terminus quo generationis Et etiā est ter minus creationis hoc non est inconueniens. Si que ratur An homo producitur duabus productionib9 genere differentibus dicitur q non inconuenit duas productiones subordinatas terminari ad idem diuer simode vnde anima secundum esse terminat creatio nem & scḋm vniri generationez. Si dicatur genera tio non terminatur ad relationem: ergo nec ad vnire Cum ergo actio generantis non terminatur ad solā corruptionem sequitur q terminatur ad animaz ra tionalem Primum patet quia generatio non termi natur ad relationem cum sit alterius generis. Illa etiam relatio non educitur de potentia materie. Di cendum q vniri importat formam sub relatione. Sz nonne prius est homo q̄ illa relatio. videtur q sic qr substantia precedit accidens saltē natura. Ad aliud dicitur q non frustra fuit precedens dispositio quia oportet q ordine quodam deueniatur ad vltimam & completam formam Sed queritur per quid dispo nitur materia ad animam rationalem cum omnis di spositio que fuit a generāte corrumpatur. primo ad ueniente anima vegetatiua secundo adueniente sen sitiua in embrione. dicendum q virtus semper ma net in semine patris quod non corrumpitur donec anima sensitiua sit in materia data a matre Sā tho. 1. parte. q. 118. ar. 1. 4. sed queritur quid postea dispo nit ad animam rationalem non pater quia sua virt9 desijt: ergo ipse nō generat ideo dicit. q. de po. q. 3. ar. 9. 16 q manet vsq ad animam rationalem.

¶ Ad quartum dico qr non oportet diuersa obiecta intellectus esse diuersa quod quid est realiter: sed se cundum rationē. Nec oportz q diuersitati rōnis re spondeat diuersitas realis. Sz fundatur in vna re q̄ nata est mouere intellectum ad diuersas rationes & conceptus sicut vna causa equiuoca producit diuer sos effectus.

¶ Ad. 5. negat ɔ̄ns nec est ibi proprie conuenientia similitudinis Ad aliud negatur cōsequentia de sim plici autem vel totum scitur vel ignoratur sz nō tota liter vt dicit s. t. 1. q. 12. ar 7. ad. 2m. vnde cognoscēs deum non comprehendit ipsum ergo non totaliter cognoscit.

¶ Ad sextū dicitur q homo dicitur componi ex cor pore cā piēdo corpus pro materia organizata. Sed contra. Materia organizata est ens per accidēs Im portat enim res diuersorum predicamentorum: scili cet materiam et organizationem que est qualitas. Dicendum q non includit aliquod accidens tanq̄ partem sui et per modum aggregationis. Ad aliud dico q homo per incorporeum est corporeus. Sed vtrum esse hominis sit corporeū dico q sic loquen do de esse essentie non autē de esse existētie. Et nota q anima habet diuersas rationes et secundum vnaz rationem dat esse substantie: & secundum aliam dat esse corporeum: et esse hominis San. Tho. de spiri. ar. 3 ad. 16.

¶ Ad. 7. dico q partes sunt diuersarum rationum id est dispositionuz Si dicatur dispositio cordis cō trariatur dispositioni cerebri quod est frigiduz ergo non est ibi eadem anima: quia eadem anima non ha bet dispositiones contrarias. Dicendum q in diuer sis partibus habet oppositas dispositiones propter distinctas operationes & aliquando vna pars corrū pit aliam si queratur cum sit eadem anima in omni bus partibus quare non causat eadem organa in om

nibus Dicenduꝫ ꝙ hoc prouenit ex ordinatione nature. Ad aliud dicitur quod in simbolizantibus est facilis transitus. De hac materia vide s.t.1 pte q.76.ar.3 ad 4.et de anima q.11. vbi dicit quod generatio animalis non est tantum vna generatio sꝫ anima vegetabilis prius est in semine et illa abiicitur deinde sensibilis et iterum abiicitur et tertio anima rationalis que simul est vegetabilis sensibilis et rationalis. Si dicatur anima sensibilis est corruptibilis ergo non est eadem cum rationali que est incorruptibilis quia corruptibile et incorruptibile genere differunt. Dicendum quod aliqua anima sensibilis est incorruptibilis et manet post mortem. Si dicatur oē mouens se diuiditur in partem per se mouentem et partem per motam vt dicitur 8.phi Queritur ergo que est illa pars per se mota in homine Non potest dici ꝙ sit materia:quia illa non per se mouetur localiter Nec potest dici ꝙ sit corpus animatū:qꝛ corpꝰ animatum non est pars sed totum. Totum autem nō est per se motum vt probatur.8.phi.quia ipsum iterum diuiditur cum sit animatum. Item in ossibus est aīa vegetabilis.quia nutriuntur non tamen sensibilis:quia sunt sine sensu:ergo anima vegetabilis ⁊ sensibilis non sunt idem. Dicendum ꝙ corpus animatum est pars respectu totius aggregati ex anima et materia cum potentia motiua anima autēꝫ cuꝫ potentia motiua est per se mouens. Sed contra:anima cum potentia motiua est ens per accidens nec potentia motiua est pars animati sed accidēs:ergo anima cum potentia motiua non est pars per se mouens. Item vel anima cum potentia motiua est primū per se mouens ⁊ videtur ꝙ non:quia ratio deliberatiua est primū principiuꝫ mouens in homine Item potētia motiua non est in anima:sed in toto composito.f. San.Tho m.q.de anima artt.9.ad 6.Sed de hījs in fine tertij de anima Sā.Tho.de spiritualibꝰ cre. ar.3.ad 4.

¶ Ad 8.dicit ꝙ est eadē materia numero in viuo et mortuo vt dicit San.Tho.1.2.q 67.ar.5.et credo ꝙ non est vna per indifferentiam sed etiam entitatiue alias entitas precedentis materie esset annichilata. Aliq̄ dicunt ꝙ propter immediatam successionem formarum corpus mortuū dicit esse corpus illius q̄ prius vixit.

¶ Ad nonū dicit ꝙ ibi fuisset alia forma in illa materia per quandaꝫ concomitantiam erat tamen ideꝫ corpus propter identitatem suppositi ⁊ materie. Et per hoc patet ad aliud.

¶ Ad decimū dicitur vno modo ꝙ non inconueniat aliquid ibi mediare formaliter in q̄ꝫ illa sunt vnita non autēꝫ in esse forme quomodo autēꝫ in generatione omnia accidentia corrūpuntur ex consequenti propter corruptioneꝫ subiecti patebit in primo de gene. Quidaꝫ dicunt ad.11 ꝙ in instanti quo introducitur forma substantialis est ibi noua dispositio in illa materia precedens formaꝫ in genere cause materialis considerando illam dispositionem non autem in genere cause formalis vt videtur ex San tho.de ve.q.23 ar 8 et prima parte q.76.ar.sexto ad.1.dicit ꝙ anima potest considerari secundum diuersos gradꝰ pro q̄to ergo dat esse nullaꝫ pre requirit dispositionem:sed ecōuerso impossibile enim est q̄cūqꝫ dispositionem esse in genere cause materialis nisi presupposito subiecto et esse substātiali. Deinde forma dat esse corporeū ⁊ illud esse corporeū sequitur q̄titas que est quasi dispositio ad alterū gradum scꝫ ad esse hominis vide sanctū thomā de spiritualibꝰ creaturis ar 3.ad 20.ar.19.

¶ Ad.12 dicitur ꝙ cycatrix causatur a generante propter dispositionem quā inuenit in materia vnde cicatrices que sunt in corpore mortuo nō semper causantur ab occidente:sed ab alio qui hoc modo disponit illam materiam.

¶ Ad.13.negaꝭ maior sicut anima ⁊ ens realiter idem sunt tamen non oportet ꝙ omne cōueniens anime vt sic conueniat ei in q̄tūꝫ ens. Nec hoc est propter diuersos modos:sed propter dictionem reduplicatiuam.

Ad tertiū sic proceditur. Videtur ꝙ anima nō sit tota in toto ⁊ tota in qualibet parte:quia totuꝫ est extra quod nichil est:ergo si tota anima sit ī vna parte sequitur ꝙ non est in alia parte Alias esset extra primaꝫ partē. Sed contra est:qꝛ quelibet pars animati est animata:ergo in qualibet parte est anima.

¶ Respondeo dicendum scđm San.Tho.1.parte. q 76 ar 8.ꝙ triplex est totalitas Est enim quoddaꝫ totum quod diuitur in partes q̄titatiuas vt tota linea vel totum corpus. Aliud est totum quod diuidiꝭ in partes rationis ⁊ essentie sicut diffinitum in partes diffinitionis ⁊ compositum in materiaꝫ ⁊ formā. Tertiuꝫ aūt est totum potentiale quod diuiditur in partes virtutis sicut anima in suas potentias. Tunc dico ꝙ nulli forme conuenit prima totalitas per se: sed bene per accidens vt albedo est quāta per superficiem cui inheret ⁊ diuiditur ad diuisionem eius:qꝛ non est forma que requirat dissimiles dispositiones ⁊ ideo in qualibꝫ parte superficiē reperitur dispositio primi perfectibilis Similiter forme animalium imperfectorum habent partes per accidens. Sed loquēdo de animabus perfectorum animalium ille nō sunt quante nec per se nec per accidens vt dictū ē in fine primi de anima vnde forma equi non est extensa sicut albedo:nec anima hominis. Secus autēꝫ est forte de animabus animalium anulosorum in quibꝰ est vna anima in actu ⁊ plures in potentia vt dicit San Tho.m.q.de anima ar.10.Et hic lec.4.vnde etiam in plantis anima diuiditur:quia imperfecta est ⁊ ideo videtur anima vegetatiua manere aliquando sine corpore organico ⁊ animalia decisa viuūt vt patet in serpentibus vel in anguilla diuisa vbi partes adhuc mouētur vt dicit philo Et experiētia docet. Et ratio est.quia tales anime sunt imperfecte. Et ideo secundum diuersas partes sunt in diuersis partibus:⁊ non est tota in qualibet parte. Sed loquēdo de secunda totalitate tunc quelibet forma est tota ī qlibet parte:quia vbicunqꝫ est albedo ibi est essentia albedinis loquendo autem de tertia totalitate tunc anima non est tota in qualibet parte:nec similiter albedo:quia non in qualibet parte habet easdem operationes. Plus enim mouet visuꝫ albedo maior. Et si queratur:quomodo capitur totalitas cum dicitur ꝙ anima est tota in toto ⁊ tota in qualibet parte. Dicenduꝫ ꝙ loquendo de anima perfecta totalitas solū capitur duobꝰ vltimis modis. Et licet omnes satis conueniant in hoc ꝙ tota anima rationalis est in qualibet parte Tamē de animabus aliorum animalium non omnes consentiunt. Probaꝭ tamen a quibusdā

sic quia quelibet talis forma habet pro proprio perfectibili totum corpus organicum: ergo nulla pars eius potest esse in parte nõ organica adequate. Item tunc pars equi abscisa per aliquod tempus posset vivere sicut pars animalis anulosi.

¶ Notandum preterea q̄ licet albertus hic videatur dicere q̄ anima sit tantum in corde z non in aliis partibus. Tamen. San Tho. in r d. 8. q. 5 ar 3 dicit q̄ secundum augustinũ anima est tota in qualibet parte corporis. Et idem dicit albertus. Nisi eñi in qualibet parte materie esset anima tũc alie ptes essent sine forma qd̄ est impossibile.

¶ Contra hec arguitur. Tunc quelibet pars integralis hominis esset homo. quia componitur ex materia z forma rationali. Item octavo phisi. dictum est q̄ substantia spiritualis non est alicubi nisi per operationē: sed anima est substantia spiritualis: ergo quando nõ operatur actu in qualibet sequitur q̄ tũc non sit in qualibet parte.

¶ Secundo arguitur contra distinctionem totalitatis: quia nulla forma habet partes essentiales: ergo non est totum totalitate essentiali: nam sicut de ratione totius est habere partes vt patet in toto q̄titativo ita de ratione toti⁹ essentialis est habere partes essentiales z ideo nichil valet dicere q̄ forma totalitate essentie vel essentialiter est in qualibet parte quia forma non est hoc modo totum: sed pars essentie et ideo distinctio de toto non est ad propositum. Item si albedo totalitate q̄titativa non est in qualibet parte: ergo nec totalitate essentie. Patet consequentia: quia bene sequitur hec pars q̄titativa albedinis nõ est in qualibz parte. z hec pars q̄titativa est essentia albedinis vel est essentialiter albedo: ergo essentia albedinis non est in qualibet parte: si extenditur secundum superficiem cui inest alias idem esset in diversis subiectis sez eadem essentia albedinis post divisionem superficiei.

¶ Tertio anima est eiusdem virtutis vbicũq̄ sit: ergo totalitate virtutis est in qualibet parte quod est falsum: quia secundum Jheronimum principale hominis non est in cerebro vt dicit plato: sed in corde secundum christum. antecedens p3 quia nichil virtutis accrescit sibi z si in qualibet parte esset dispositio tunc per quamlibet partem videret absq̄ additione alterius virtutis. Item tũc idem moveretur motib⁹ contrariis vt si vna manus fortis descendat z altera ascendat tunc in anima que est in istis duabus manibus sunt motus ascensus z descensus. Forte dicis q̄ hoc est per accidens. Contra sic etiã posset dici q̄ aliq̄d est simul calidissimũ z frigidissimũ dicẽdo q̄ hoc est per accidens sicut in eodem ponitur motus sursum z deorsum per accidens.

¶ Quarto tunc aliquid continue accederet ad aliquod punctum a quo tamen magis incipit distare vt si fortes secundum vnum digitum accedat ad parietem z secundum alium recedat. Item tunc aliquid distaret a seipso: quia pes distat a capite: ergo z anima que est in eo.

¶ Quinto vbicũq̄ est aliquod subiectum ibi est q̄dlibet accidens eius: sed non in qualibet parte est potentia visiva que radicatur in anima: ergo nec anima. Item destructo toto digito non destruitur anima: ḡ anima non est tota in digito: q2 extra totum nichil est sumere z sic non esset in capite.

¶ Sexto phi. dicit in. 8. phi. q̄ motor celi oportet q̄ sit in centro vel in aliquo signo circumferentie: q2 hec duo sunt principia in motu circulari z ostendit q̄ nõ potest esse in centro: sed in circumferentia: quia q̄to aliqua sunt propinquiora circumferentie z remotiora a centro tãtũ sunt velocioris motus: ergo a simili oportet q̄ motus anime sit in illa parte animalis in qua precipue apparet motus. Hec autem est cor: ergo anima est tantũ in corde. Item intelligere ad aliquã partem anime pertinet: sed intelligere non est in aliqua parte corporis. Non ergo tota est in qualibet p̄te corporis.

¶ Septimo sicut homo z animal est quoddam totum ex diversis partibus consistens ita z domus: sed forma domus nõ ẽ in qualibet parte domus: sed in tota: ergo z anima que est forma animalis non est tota in qualiber parte corporis: sed in toto. Item anima dat esse corpori in q̄tum est forma eius. Est autem forma eius scd̄m suam essentiã que simplex est: ergo per suam essentiam dat esse corpori. Sed ab vno nõ est naturaliter nisi vnuz. Si igitur sit in qualibet parte corporis sicut forma sequeretur q̄ cuilibet parti corporis det esse vniforme. Item magis intime vnitur forma materie q̄ locatum loco: sed vnum locatũ non potest esse in diversis locis simul. Etiam si sit substantia spiritualis non enim conceditur a quibusdam quod angelus sit in diversis locis simul: ḡ nec anima põt esse in diversis partibus corporis.

¶ Deinde arguitur probando q̄ nulla forma substãtialis est quanta vel habens totalitatem partiũ q̄titativarum: quia si forma substantialis esset aliquomodo quãta vel hoc esset ratione sui vel ratione subiecti in quo recipitur. Non ratione sui cum hoc sit ꝓprium q̄titatis nec ratione subiecti in quo recipitur quia immediatum subiectum forme substantialis est prima materia que de se non est q̄ta aut divisibilis: ergo forma substantialis nullomodo est q̄ta. Item illa forma que non respicit equaliter totum z partes nec equaliter denominat totum z partem nõ est q̄ta per se nec per accidens: quia forma q̄ta per accidẽs equaliter denominat totum z partem vt patet de albedine. Sed anima non equaliter denominat totum z partẽ. Non eñ quelibet ps aĩalis est aĩal sicut q̄libet ps ignis est ignis igitur.

¶ Scd̄o sic forma que est quãta per accidẽs non requirit diversitatem in partibus: q2 cõditio quanti est habere partes vnius rationis sed anima requirit in suo perfectibili diversitatem partiũ igit. Item forma que non habet easdẽ operatiões in toto z in omnibus partibus. non est quanto per accidens: sed talis est omnis anima q2 habet diversas operationes in diversis partibus sui perfectibilis: ergo nulla anima est quãta per accidens.

¶ Deinde nono arguitur q̄ omnes forme animaliũ extenduntur z sunt q̄te per accidens. Et istius assignatur duplex causa. Prima quia forma que educit de potentia materie sic educitur q̄ pars educitur de parte z totum de toto. Et ideo tota forma recipitur in tota materia z pars in parte. vnde esse earum videtur extendi z per hoc differt ab esse anime rationalis. Item indivisibile recipitur in divisibili scilicet anima in materia. Et hoc est extendi z esse quantuz per accidens. Secunda causa talis est. Vbicũq̄ forma sic dependat a materia q̄ ipsa secundum naturam nullomodo esset nisi esset in materia. Talis forma sequitur conditiones materie in omnibus scilicet in exten

di et operari: quia esse est fundamentum presuppositum a posterioribus perfectionibus propter quod illud quod dependet a materia quo ad esse dependet quo ad perfectiones exteriores. Sed omnes forme que educuntur de potentia materie sic dependent a materia q naturaliter nullomodo sunt nisi i materia ergo conditiones materie in omnibus aliis sequunt tales formas scz in extendi et operari et tales forme sunt non solum inanimatorum sed etiam animalium quorumcunque perfectorum preter hominem: igitur omnes extendunt preter animam humanam. Verumtamen alique earum manent diu post diuisionem sicut in plantis et animalibus annulosis licet minus q in plantis. Alique autem vel cum sua diuisione corrumpuntur: vel si maneant hoc est p minimã morulam temporis sicut in animalibus pfectis. Et huius causa est perfectio forme maior vel minor: quia forma magis perfecta requirit in suo perfectibili maiorem diuersitatem in organis qr est principium plurium operationum. Instrumẽta enim non habent quibus saluẽt naturã vnde perfectioni forme educte de potentia materie non repugnat extendi sicut quidã putant. Item omnis res que est pure et simpliciter corporalis est capax proprietatis que est per se et inseparabiliter conditioni corporeitatis: sed materia et omnis forma generabilium et corruptibiliũz sub anima rationali est simpliciter corporalis: quia nõ possunt esse per naturaz nisi in corpore cuius sunt per se partes: igitur omnes tales sunt quante. Item ponam q aliquis natus fuerit sine manu postea per miraculum addatur eius manus talis manus non viuificaret per animam de nouo creatam: qr tũc due anime essent in eodem supposito qd est inconueniens: ergo per animam prius existentem sed hoc non potest nisi per motum localem vel extensionem non per motum localem. qr talis motus non competit anime in corpore suo quod etiam mouet localiter accedendo ad vnũ locũ et dimittit alium et sic oportet q anima tendens ad viuificãdum vnã partẽ dimitteret alias partes quas viuificabat quod est inconueniẽs: ergo relinquitur q per extensionẽ vide San. Tho. de spiritualibus cre. ar 4. ad 12.

¶ Ad primum dicitur negando consequentiam: qr ad esse hominem requiritur anima cum corpore qd est primũ et proportionatum eius perfectibile vt dicit San Tho. 1 parte. q. 76 ar. 3 ad 3 Notanduz tamen q Plato posuit diuersas esse in corpore vno etiam secundum organa distinctas vnde vim nutritiuam dicebat esse in epate concupiscibilem in corde cognoscitiuã in cerebro. Sed hoc reprobat philosophus. qr in animalibus que decisa viuunt in qualibet parte inueniuntur diuerse operationes anime sicut sensus et appetitus: ergo ibi non sunt diuerse anime secundũ diuersas partes distribute: sed de anima intellectiua philo. relinquit sub dubio vtrum scz sit separata ab aliis partibus anime solum ratione an etiam loco nichilominus tamen dicendum est q anima rationalis etiam est in qualibet parte si enim in aliqua parte esset alia anima tunc homo non esset simpliciter vnum ens vt dicit San. Tho. ibidem ar. 3 Pithagoras vt dicit Alber. in. 1. de aïa dixit q in vno animali sunt multa animalia vt epar est animal distinctum a corde. c. 90 et ita multi nunc dicunt q quelibet ps integralis hominis est homo et sic i vno equo militis essent infiniti equi: quia sunt infinite partes integrales quod videtur absurdum. Sed contra anima est totum homogeneum et similiter materia ergo equus est totũ homogeneũz: ergo quelibet pars equi est equus sicut pars aque est aqua. Item nulla relatio est de ratione substantie: sed totum dicit relationẽ ergo non est de ratione animalis q componatur ex anima et corpore toto. Item ista est necessaria hoc est animal demonstrato forte: ergo dato q addatur sibi aliqua pars adhuc illud quod prefuit est animal. Totum enim residuũ preter auriculam asini est asinus. Dicendum negando primum antecedens saltem in animalibus perfectis: quia forma requirit diuersas dispositiones sed in aliis videtur q quelibet pars anime sit anima: ergo in eis anima est homogenea: licet posset negari ista consequentia de. substantia incompleta. Ad alia dictum est in logica. Deinde dicitur q substantia spiritualis que vnitur tantuz vt motor est in loco per operationem tantum si queratur ex quo anima intellectiua est in digito an digitus intelligat et discurrat dicitur q non: quia non primo perficitur ab anima: sed contra vbicũq est subiectum ibi est accidens eius: sed anima est in digito: ergo et intellectio: ergo intelligit ibi licet non habeat ibi fantasmata que necesse est speculari propter hoc quidam concedunt quod in digito sunt quattuor virtutes cardinales: quia ibi est anima in qua sunt aliquando ille virtutes.

¶ Ad secundum dicitur q diffinibile potest diuidi in partes rationis et essentie secundum partes diffinitionis. Et ideo habet totalitatem essentie. Ad aliud autem patet q non est ad propositum: quia essentia albedinis dicitur esse in qualibz parte quia in qualibet parte est albedo cui conuenit tota diffinitio albedinis.

¶ Ad tertium negatur antecedens: quia non habz vbiq eandem potentiam. Sed vtrum in animalibus imperfectis anima sit secundum totam virtutem in qualibet parte videtur q sic sed de hoc postea in arboribus enim non tota virtus anime videtur esse in qualibet parte: sunt enĩz diuersa organa quasi mẽbra officialia vnde folium protegit fructum ne ledatur a calore vel frigore Fructus autem habet corticem in quo operatur semen vt maturescat. Medulla autem habz quasi loco cordis. Radices autem trahunt nutrimentũ Sed tamen videt q plante vbiq habent omnem facultatem anime vegetatiue vnde etiam ramus trahit cibum vt patet si infigatur terre. Et ideo maxime in animalibus perfectis diuerse partes habent distinctas virtutes Per stomachum enĩ fit cibi coctio Per epar autez digestio sicut in domo artificialiter facta sunt diuerse partes et artifex habet diuersa instrumenta. Ad aliud dicitur q nõ est inconueniens idem contrariis motibus moueri per accidens vt dicit San Tho. q. de anima ar 10 ad. 12. Tamẽ in. 1. d. 37. q. 4 ar. 1. ad. 4 dicit q anima mouetur per accidens moto corpore non autem si tantum manus moueatur. Et idem habetur in 2 d. 8. ar 4. ad 4. Sed cõtra moueri per accidens nichil aliud est q esse in aliquo quod mouetur Dicendum q oportet q sit in eo diffinitiue Nec est simile de caliditate et motu quia motus non est in anima subiectiue Sed contra: nichil dat quod nõ habet. si ergo anima non habet motum sequitur q non dat motuz corpori. Dicendum q anima habet motum in virtute. Sed queritur si esset tantuz vnus homo. An ani

ma eius esset vbiqз Dicendum ꝙ sic per accidens: qnia esset in qualibet parte.

¶ Ad quartũ hoc nõ inconuenit per accidens Nec valet vltima consequentia.

¶ Ad quintum dicitur ꝙ diuerse potentie requirũt diuersas dispositiões nec anima est precise subiectũ earum. sed totum compositũ. Sed contra in primo de anima dictum est ꝙ anima est subiectum: quia sentire et alia similia sunt passiones anime ⁊ non totiꝰ compositi. Dicendum ꝙ hoc dicitur: est quia anima est prima radix omnium potentiarum. Ad aliud negatur consequentia. Sed contra anime indiuiduant per materiam: ergo in diuersis partibus materie nõ potest esse eadem anima: negatur consequentia. quãdo se habent vt vnum proportionabile San. Tho. de spiri. ar. 4. ad. 14. ⁊. 15.

¶ Ad sextum patet ex primo vide. s. t. in. q. de ãia. Et ad aliud dico ꝙ procedit de virtute ipsiꝰ anime. Alij dicunt ꝙ aĩa intelligit in qualibet parte ⁊ ꝙ intellectio eius per cõcomitantiam est in qualibet parte ibidem ad octauum.

¶ Ad septimum dicitur ꝙ forma domꝰ est accidẽs talis vnde non dat speciem cuilibet parti. Secus autem est de anima. Sed contra pars animalis non est animal: ergo non est eiusdem speciei cũ animali: ergo caput fortis differt specie a forte nec sufficit ꝙ pars illa contineatur sub animali reductiue: qꝛ tũc anima esset eiusdem speciei cum forte. Item ex eodem infertur ꝙ tota natura humana non est in digito fortis alias esset homo: quia haberet humanitatem ergo tota anima secundum essentiam non est in qualibet parte. Ad hec dicitur negando consequentiam. Ad alia patet ex supradictis nec anima est in diuersis locis: quia omnes partes se habent vt vnus locus. Si dicatur anima que est in ossibus non est sensibilis: ergo differt ab anima totius negat. s. t. cõsequentiam 2. de anima ar. 11. ad. 2.

¶ Ad octauũ dicitur ꝙ hoc est ratione q̃ntatis recepte in subiecto cuius ipsa est pars. Sed contra tũc anima rationalis esset q̃ta per accidens. Dicendũ ꝙ non: quia indiuisibilis est ꝙ autem anima plantarum habeat partes ptз ex diuisione nullum enim apparet ibi generans quod generet nouam animam. Sed queritur an poma arbore viuant per animas suas. Dicendum quod sic: quia crescunt. Ad aliud negatur maior.

¶ Ad nonum dicitur ꝙ forma educitur et tota materia cathegoreumatice sicut forma dicitur educi ab agente non quia vna pars fiat ab vna parte agentis Secundo dicitur ꝙ forma substãtialis precedit q̃ntitatem nichil autem habet partes nisi per q̃ntitatem a ideo falsum est ꝙ vna pars forme educatur ex vna parte materie nec oportet ꝙ omnis forma sequatur conditionem subiecti licet enim subiectuз sapores sit coloratum tamen sapor non est coloratus. Si dicat forma equi est corporalis: ergo est extẽsa per accidẽs antecedens patet: qꝛ esset pure spiritualis tunc esset forma intellectiua. Dicendum ꝙ nullomodo sequit vt patebit in. 3 de anima. Si queraт vnde constat ꝙ anima rationalis nullas habet partes quidã probãt qꝛ tunc per diuisionem posset corrumpi: sed arguitur qꝛ. 3. phi. dicit ꝙ in additione est ire ad formã ⁊ ad esse: ergo quando animatum augetur semper ibi est additio forme saltem gradũs antecedens ptзз: qꝛ per hoc differt a diuisione que procedit in infinitum: qꝛ est ratione materie. Forte neges quia quantitas separata posset in infinitum diuidi similiter forma aque cũ habet infinitas partes vide in. 3 phisicoꝝ.

¶ Ad argumentum capitale dicitur ꝙ nichil anime est extra animam que est in hac parte corporis. Net ipsa est extra materiam quã primo perficit. Qualiter autem capiatur totum Dicunt sophistici ꝙ primo tantum valet sicut perfectum. Alio modo sicut quelibet pars integralis. Alio modo tantum valet sicut nichil ipsius quum. Et secundum hoc multipliciter potest distingui Titulꝰ q̃stiõis vt ptз ex summulis.

Ad quartum sic proceditur. Videtur ꝙ potentie ipsius anime non distinguantur ab anima: quia anima rationalis est per se intellectiua ⁊ non per accidẽs: ergo anima seclusa omni potentia distincta ab ea potest intelligere Et hoc etiam probatur quia omnis forma per se subsistens est intellectiua: ergo si anima rõnalis esset seperata a materia ⁊ omni accidente adhuc posset intelligere Item appetitus materie nõ differt a materia vt dicitur primo phi. quidã hoc negat: quia appetitus ad hanc formam potest satiari non autem materia ⁊ ex hoc arguitur ꝙ non est vnus appetitus respectu omnium formarum. Sed contra nichil idẽ alteri essentialiter predicatur de ipso denominatiue. Non enim albedo est alba. Sed hec est vera anima est potens: ergo anima nõ est potentia. licet accidẽs sit sua potẽtia San. Tho. q. de aĩa ar. 12. ad. 9. ⁊ de spiritualibꝰ creaturis ar. 11. 10.

¶ Respondeo dicendum ꝙ potentia hic accipitur pro immediato principio operationis Tunc dicendum cum. S T. 1. parte. q. 77. qꝛ impossibile est dicere ꝙ essentia anime sit eius potentia ⁊ q. de anima in hoc reprobat opinionem modernorum que tamen fuit ante eum ar. 12 quia potentia anime est de predicamento qualitatis non autem anime. Primum ptз quia actus ⁊ potentia sunt eiusdem generis. Potentia enim ⁊ actus diuidunt ens ⁊ quodlibet genꝰ entis Sed actus potentiarum anime non sunt anima quia solus deus est sua operatio: ergo potẽtia anime non est anima Item ⁊ tunc animatum semper actu haberet opera vite/quia haberet opera vite per animam que semper est actus. Si ergo secundum ꝙ est actus ⁊ non per potentiam eliceret operationes tũc semper operaretur: qꝛ quod operatur secũdum ꝙ est actus precise. semper operatur si semper sit actus: sed anima semper est actus. Si ergo non operatur per potentiam: sed per seipsam tunc semper operaretur. Item tunc contrarie inclinationes essent in eodem: quia motus sensualitatis aliquando cõtrariatur voluntati. Si ergo sensualitas ⁊ voluntas sunt ipsa anima sequitur ꝙ contraria sunt simul Et eodem modo arguitur quando voluntas vult contra rationem ꝙ tunc in anima essent contrarie inclinationes: qꝛ quilibet actus anime est sua inclinatio. Item tunc omnis noticia sensitiua esset intellectiua: quia est in anima que est intellectus secundum illos qui ponunt tãtum vnam animaз ⁊ ꝙ potentia visiua ⁊ ipsamet anima. Sed hic respondetur ꝙ noticia non dicitur intellectiua: quia est in intellectu vel in anima: qꝛ sз nõ dependet ab organo corporis. Et tõ noticia licet sẽsitiua interior siue exterior non est intellectiua licet sit in anima. Contra intellectio videtur dependere ab

organo corporis quia secundum philosophum. Necesse est intelligentem fantasmata speculari.

Item si sensatio sit in aia postq̄ est producta non videt amplius dependere ab organo corporis plusquam intellectio que est circa idem obiectum ꝛ cum qua videtur esse eiusdem speciei. Item qñ appetitus obedit rationi tunc videt̃ moueri a noticia sensitiua causata a ratione ergo noticia non dicitur sensitiua q̃ causatur ab organo corporis. Item tertio anima est vna ꝛ potentie plures vt patet per actus ꝛ obiecta. Item tunc sensus esset eque nobilis sicut intellectus ꝛ idem ipsi. Mundā dicit q̄ sensus dicit aīaꝫ cū organo sꝫ ex hoc sequitur q̄ est nobilior intellectu quia cõpositū est nobilius altera pte sui.

¶ Contra hec arguo primo. Ponēda est paucitas. vbi non occurrit plura ponēdi necessitas. Ponendum est etiam quod nobilitat naturā aīa vbi nõ occurrit impossibilitas. Sed non est necessitas ponēdi aīam per aliqua accidentia supaddita esse principium suorum actuum vt patet soluēdo argumenta in ↄtrariuꝫ ergo ponendū est q̄ per essentiam suam sit principium suorū actuū q̄ autem hec sit nobilitas in anima patꝫ q2 si esset imperfectionis immediate operari ad actum tunc hoc non esset concedendū de deo ergo ē perfectionis. si ergo sit possibile anime hoc debet cõcedi essentie anime quia ipsam nobilitat. Item nobilitatis est q̄ ordinatū ad finē immediatius attigat finem sed si anima operatur per essentiam immediatius attingit finem suum q̄ si operetur per aliud accidens superadditum ergo animam per essentiā operari nobilitat illam.

¶ Secundo non est propria perfectio alicuius q̃ non recipitur in eo sed in alio in quo potest recipi si non esset eius sed si intellectus esset accidens additum essentie anime in eo reciperetur visio delicet separetur ab essentia anime ꝛ sic illud accidens esset beatum per se ꝛ p anima non nisi per accidens sicut lignū dicitur album per accidens quia superficies est in quo primo recipitur albedo ergo si intellectus esset accidens non magis beatitudo esset perfectio anime q̄ albedo sit perfectio ligni. Itē aliq̄s actus prīmum inferior anima potest esse īmediatum principium operationis igitur ꝛ anima que est perfectior aīa patꝫ in accidentibus. Primo q2 si nullū accidēs esset principium īmediatum operandi erit ꝓcessus in infinitum. Secundo hoc patet in substantijs inferioribus necesse est enim substantiam immediate generari a substantia siue in generatione vniuoca siue equiuoca quod patꝫ q2 necessario fōrā generantis est eque perfecta vel perfectior q̄ forma geniti sed impossibile est formā accidentalem q̄cunq; esse ꝑfectiorem forma substātiali ergo forma substātialis erit īmediate principium generandi.

Si dicas q̄ forma accidentalis non est principale agens ergo aliqua efficientia datur superiori agenti scꝫ substantia. Itē vbi principale agens nõ potest habere instrumentum per quod attingat passū ibi immediate attingit terminum productū sꝫ in generatione substātiali instrumentum non põt attingere passū quia quicquid supponitur ab actu primo ↄ q̄uium actus primus supponitur ab actu secundo sed forma accidentalis necessario presupponit in materia formā subālē. Igit̃ tunc non vtitur eo vt instrumento sed immediate agit.

¶ Tertio ex san. tho. in. q. de spiritualibus creaturis. ar. xi. ad. 13. Omne quod scđm sui mutationem est susceptibile contrariorum est subā sed intellectus possibilis ꝛ voluntas sunt huiusmodi ergo quodlibet eorum est subā. Maior patet ex predicamentis Minor patet Nam intellectus est susceptiuus contrariarum opinionum successiue scđm sui mutationem. Et voluntas scđm sui mutationem similiter est susceptiua vicij ꝛ virtutis igitur. Item Omni alio circunscripto a natura intellectuali scꝫ anima ipsa nata est intelligere igitur est intellectus.

Et hoc enim q̄ talis immaterialis natura nata est intelligere dicitur intellectus. Similiter hec natura omni alio circunscripto nata est velle igitur talis est voluntas quia vꝫ ex hoc solo q̄ talis natura nata est velle. Ex hoc sequitur q̄ nec voluntas nec intellectus sunt aliud ab essentia anime. Nec ab inuicē ex san. tho. de spiritua. ar. xi. ad. 17.

¶ Quarto Eadem sunt principia essendi ꝛ operādi etiam immediate loquendo de esse super quo immediate fundatur operari sicut ignis per illud quod est calidus īmediate calefacit scꝫ calorē. Nam calefacere non est opus ignis vt ignis est sed vt calidus quod est animatum habet opera vite sed est vnde calidum calefacit non ignis ergo eodemmodo est animatum immediate per animam ergo ꝛ operatur per animam immediate opera vite. Item formalis terminus productionis non potest esse perfectior principio productiuo immediate sed formalis terminus actuum partis vegetatiue est dignior oī accidente igitur principium immediatum talium actuū non ē accidens sed dignius accidente. Cōfirmatur quia si potentie anime sint accidentia. Ipsa fluent ab anima scđm aduersarium. Aut igit̃ aīa est īmediatū principium talium potentiarū aut non. Sed mediante aliquo accidente. Si scđm est ꝓcessus in infinitum. Si primum tunc pari ratione potest poni q̄ anima sit immediatum principium suorum actuū ꝛ non mediante aliquo accidente. vnde vꝫ. 2. phisi. q̄ natura est principium ꝛc. ꝛ non per accidens. Sed natura principaliter dicit̃ forma igitur

¶ Quinto contra rationem conclusionis arguitur sic. Nam maior est distinguenda. Potentia enim ꝛ actus multipliciter accipiunt̃. Nam accipiendo potentiā pro potentia actiua ꝛ passiua prout dicitur principium transmutandi aliud vel transmutandi ab alio non oportet quod talis potentia ꝛ suus actus reducantur ad idem genus nec sic accipiendo potentiam: potentia ꝛ actus diuidunt omne genus entis. Alio modo accipitur potentia pro obiecto vt illud dicatur esse in potentia quod est obiectum potentie productiue. Et illud dicatur esse in actu. quod in esse est positum. Actus autem ꝛ potentia isto modo accepta diuidunt omne genus entis. immo talis potentia est idem numero cum suo actu. Et ideo si argumentum valeat probabit tot esse actus intelligēdi aut volēdi quot sūt sea potentie realiter distincte

¶ Sexto instatur contra eandem rationeꝫ quia substantia est in potentia ad quantitatem ꝛ se habet ad eam vt potentia ad actum. Nec tamen sunt eiusdem generis. Item superficies est potentia respectu colorum. que tamen non est eiusdem generis cum colore cum vnuꝫ sit q̄titas ꝛ aliud qualitas igit̃. Cōfirmatur. Nam posito q̄ potentie anime sunt accidentia oportet q̄ aīa se habeat respectu illarū vt potentia ad actum sicut oē subiectum respectu suis acci

f. i.

dētis. Queritur ergo de illa potētia an sit ipsa essen
tia aīe ⁊ si nō sequit̄ q̄ nō oportet sēper actū ⁊ po-
tentiā reduci ad ad idem genus cū anima sit substan
tia ⁊ illa potentia accidēs. Si illa potentia sit acci
dens proceditur in infinitum qꝛ iterū anima erit in
potentia ad illa⁊ et tunc queritur vt prius.
¶ Septimo arguitur contra secundam rationem
quia eodemmodo arguetur de potentia ponis quam
tu ponis esse qualitatem sicut tu arguis de anima:
sicut enim arguis qꝛ aīa scdm̄ essentiam suā est for-
ma ⁊ actus ideo si ipsa sit immediatum operatiōis
principium semper esset in actu operū vite ita argu
am de illa qualitate ex quo enī illa est quedā forma ⁊
actus si ipsa sit imediatum principium operationis
semper habens illam erit in actu operum vite puta
intelligendi ⁊ volēdi ⁊c. Item istantia est quia simi
litudo posita inter animā prout ē pricipiū viuendi ⁊
eam prout est principium operum vite non valet qꝛ
anima est principium viuendi in genere cause forma
lis sꝫ est principium operum vite in genere cause effi
cientis ⁊ ideo non sequitur anima est immediatum
principium operum vite igitur habens animam sem
per talia operatur sicut ex alia parte sequitur anima
est immediatum principium viuēdi igitur habens a
nimam semper viuit in actu qꝛ causa formalis semp
est simul cum suo effectu formali non autē causa ef
ficiens presertim partialis quomodo se habet anīa
respectu operum vite nam preter animam requirit̄
ad intelligendum obiectum ⁊ species visibilis ⁊ orga
na ⁊ huiusmodi.
¶ Octauo arḡ ad idem nam falsum videtur q̄ꝛ per
vnum ⁊ idem scꝫ per essentiā suam que est forma ani
ma est actus corporis ⁊ in potentia ad actum vlteri
orem nam ponitur animam secundum essentiam suā
esse subiectum dictarum qualitatum ⁊ p̄ p̄ñs ī potē
tia ad illas. Item essentia anime se habet ad suum
esse sicut potentia ad actum patet ergo q̄ non est in
cōueniens animam p idem ex parte rei esse actum
vnius ⁊ in potentia respectu alterius.
¶ Nono arguitur contra tertiam rationem: qꝛ prīo
motiuum ibi tactum non est bonum quia eadem po
tentia est contrariorum tam passiua vt superficies
albi ⁊ nigri ⁊ actiua que potest in opposita siue na-
turalis vniuersalis siue particularis secundū diuer
sitatem recipientium vt calor aliqua indurat ⁊ alia
liquefacit ⁊ eadem est potentia sensitiua contrario-
rum nec differunt re opinatiuum ⁊ intellectiuū. nec
posse sanari ⁊ infirmari cum contrarietas natasit fi
eri circa idem distinctio autem potentiarum de qua
loquitur phi. debet intelligi secundū rationem ⁊ nō
secundum rem vel dicetur etiam q̄ð actus q̄rūs dif
ferant genere: possunt esse ab vno principio ordine
quodam siue actiuum siue passiuum. Et sicut dicis
essētiam anime vnam esse principium productiuum
⁊ receptiuū multarum potentiarum licet quodā or
dine sic dicam a simili q̄ð est principium multarū o-
perationū eodem ordine. Itē instantia est qꝛ ad se
cūdū motiuū diceretur q̄ ideo dicuntur alique potē
tie separate a corpore ⁊ alie non qꝛ aīa aliquas opa
tiones potest non contigendo organū corporeum ⁊
aliquas nō nisi per organū corporū Nec ex hoc ha
betur q̄ illud quo anima potest hanc vel illam sit ac
cidens distinctum ab aīa
¶ Decimo arguitur q̄ð diceretur ad tertiū motiuū
ibi tactū q̄ð cum actio sit a potentia actiua ⁊ passio

a potentia passiua Non est malus inconueniēs idē
esse principium actionis ⁊ passionis vel idem moue
re seipsum quam idem esse principium potentie acti
ue ⁊ potentie passiue immo minus quia si idem non
potest esse in actu ⁊ potentia instrumentaliter mul-
to minus principaliter. Subiectum autem est
principium agens ⁊ patiens vnde si anima potest
esse subiectum potentie actiue ⁊ passiue pari ratio
ne potest per se agere ⁊ pati immediate sicut media
te licet agat per potentiam instrumentaliter ⁊ pati
atur per aliam immediate. Tamen agit principalit̄
⁊ patitur per suam essentiam.
¶ Ad. 3m. dicitur q̄ hic est necessitas nisi enim vis⁹
esset aliud ab aīa tunc nullus perderet visum nisi p
deret animam. Item si visus esset aīa sequeretur
q̄ visus esset in qualibet parte corporis sicut anima
que equaliter perficit omnes partes corporis.
Item phūs ponit quasdam potentias anime orga-
nicas ⁊ quasdam non organicas Organice aūt sūt
que vtuntur corpore vt subiecto vt visus oculo.
Sed non organice sunt intellectus ⁊ voluntas ergo
visus est in composito. Et per consequens non est
anima Forte dicis q̄ per cecitatem homo nichil p-
dit sed tm̄ priuatur actu videndi contra tūc dormi
ens esset cecus. Forte dicis q̄ cecitas est priuatio al
terius qualitatis. nō soluꝫ caliditatis vel frigiditat̄
Et hoc verum est sed hanc qualitatem dicimus po-
tentiā. Item tunc visus esset auditus qꝛ quodlibet
istoꝝ ē eadē nūero. Et simlr sens⁹ esset itellectus q̄ð
phūs in. 1. de anīa habet pro incōueniente. Contra
democritū qui laudabat homerum dicentē. Hector
sapiens iacet qꝛ aliqū per amentiā caruit sēsu ⁊ tūc
etiam carebat intellectu ergo sēs⁹ ⁊ intellectus sunt
idem scdm̄ homerum. T. C. 23. vnde dicebat q̄ð si
cut sensus transmutatur ita ⁊ intellectus vnde aliō
sapiebat hector victus ⁊ aliud inuictus vide Alber
tū. Tractatu. 2. ca. 1. deinde dicitur q̄ illa nobilitas
debetur soli deo.
¶ Ad. 2. dicit̄ quod visio beatifica recipitur in ani
ma per potentiam tamē vnde accidens non est pro
prie subiectum sed ratio subiiciendi ⁊ of subiectum
quo vt superficies coloris. Est enī ordo inter acci
dentia ideo suscipit vnum mediante alio Et ideo di
cimus virtutem esse in potentia voluntatis. Nec po
tentia intellectiua si esset separata reciperet visionē
Dico etiā q̄ est in separabilis. Alias deus posset
ponere bonā voluntatem aīa vnīꝰ dāpnati ⁊ nūerū
12. hoīm in vno homine quod est absurdum. Nec ē
simile de albedine. quia superficies separata est rece
ptiua albedinis ⁊ posset dici alba vt patet in sacra
mento. Ad aliud dicitur q̄ accidens non est act⁹
primus simpliciter. Et ideo non est simile sicut
de anima. Nec sequitur q̄ð accidens sit perfectius
qꝛ accidens non est nisi principium quo. Sed quer
tur an forma aque frigefaciat per potentiā que sit ip
sa frigiditas. Videtur q̄ð non quia potentia frige
factiua est in secunda spē qualitatis. Non autē fri
giditas. Item aqua calida frigefacit se. p potentiā
illā ⁊ non per frigiditatem quia non habet. Itē tūc
frigiditas separata per suā essentiā ageret. For
te dicis quod inaīata non mouēt se. Sed quicquid
sit. dico q̄ accidens est sua potentia 1. p. q. 77. ar.
1. ad 3. Nec accidēs proprie agit sicut nec pprie
existit. Ad aliud dicit̄ negādo p̄ñam factā contra
solutionem. Si intelligat̄ quod superius agens ha

beat aliquam efficientiam sine potētia Quidā dicit q accidens non proprie dicitur agens instrumētale sed potius instrumentum agentis Et vt sic attingit formam subāle Nec vt sic in sua actiōe psupponit formam substātialem passi.

¶ Ad tertium patet p distinctionem de subiecto nec voluntas proprie mutatur sed homo secundum voluntatem nec est possibile intellectū separari ab anima z ideo argumentum alterum procedit ex impossibili vel si hoc fieret tunc anima non esset potens intelligere potentia proxima z reali sz forte potentia remota z logica hoc est non repugnaret ex terminis nec tamen propter hoc ipsa anima debet dici intellectiua quia intellectus est principium proximum licz species dicatur concurrere ad intellectionem sed an lapis seclusa potentia grauitatis descēderet vel maneret sursum do 2. sicut seclusa qualitate corpus positum in igne non combureret quia omne accidens corporale inest mediante qualitate.

¶ Ad.4. dicitur q agere non fundatur super esse simpliciter sz super esse virtuale quod est potētia cōsequens animā z ideo argumentum presupponit falsum vide S.T.in.q.de anima ar.12.ad.10. Ad aliud dicitur q licet terminus generationis sit substantia tamen actus potentie generatiue est accidens eiusdem generis cum potētia z sufficit q primum generans quod sit eque perfectum sicut terminus productionis. Sed queritur in quo predicamento ponitur potentia generatiua z actus eius non in aliqua specie qualitatis quia non videtur qd generare vel generatio sit in aliqua specie qualitatis z.san.t.dicit in.1.q8 non semper potentia z actus sunt eiusdem generis. do.7.q.pri.ar.2.ad.2. q2 generare ē ad altqd non aūt potentia generādi. Itē potētia q ignis generat ignem nō distinguitur a forma sua substantiali quia ignis per suam naturam generat ignem dicit enim S.t.pri.pte.q.41.ar.5. q potentia generatiua est illud in quo genitum similatur generanti sicut homo genitus est similis generanti in natura humana. Forte cōcedis contra relatio nō fūdatur īmediate in substantia sz in potentia generatiua fundatur relatio paternitatis secūdū aliquos. Item tunc omnes homines haberent potētiā generādi q2 habent animas. Ideo dicitur q proximū principiū generationis est accidēs. Ad pfirmationē dr q potētie aīe fiūt ab aīa p simplicē emanationē z nō p transmutationē. Et ideo nō oportet q insint per aliam potentiam. Sed ptra cattulus acqrit visū nō p simplicē emanationē quia tunc in principio videret Sm acquirendo visum proceditur de potentia ad actū. Si eī visus imediate cōsequeretur aiam. tunc in qualibet parte causaretur visus. Et quilibet homo haberet visum q visus esset propria passio ideo videtur dicendum qd visus non fluit a principiis speciei sed indiuidui. Secus videtur de intellectu z voluntate.

¶ Ad aliud dicitur quod natura est principium primum accidens vero proximum. Nec sequitur quod natura agat per accidens. quia illud accidēs non dat nature virtutem agendi Et per hoc soluit aliud argumentum. Dictū est eīi q aīa est principiū quo viuimus z sentimus Hoc aūt videtur conuenire potentie.ergo potentia est aīa. Item materia est sua potentia vt dictum est.1.phi.ergo z anima Negatur consequentia quia potentia materie non est ad operari. san.tho.q.de.aīa.ar.12. dicit q potentia ad accidens est in genere reductiue sed de intellectu videtur quod est per se. Sed nonne potentia subiectiua qua anima subiicitur suis potentiis est ipsa aīa. Quidam non hnt p incōuenienti q talis potentia necessario piuncta actui sit ipsa aīa quia est potentia passiua. Sed hic est aliud dubiū scz an potētia anime sint ab aīa effectiue z imediate per naturalē cōsequentiā tū quibusdā videt q sint cōcreate. Nec p pze effecuntur ab aīa quia tunc anima per essentiā suam aliquid ageret. Tum quia ab vno simplici natali agente non pcedit nisi vnum Tum q2 tunc idē secundum idē simul esset principium actiuū per se z principiū subiectiuū seu receptiuū eiusdē scz aīa respectu intellectus. Et ideo S.T. Notāter. 1.pte. vbi supra ar.6 ad.2. dicit q anima ē quodāmō actiua. Sed Cōmentator dicit q dans formā dat cōsequētia ad formā mediante forma. ergo intellectus ī est nobis mediante anima sicut leuitas inest igni per suam formam vnde pprius in triplici genere cause dicitur fluere a principiis. Est eīi aīa finis ipsius potentie. Sed contra actus est finis potentie Dicēdū qd est finis quo.

¶ Ad 5. negatur potentia obiectiua de qua Aristo. nullam fecit mentionem. Loquimur ergo hic de potentia proportionata actui siue sit actiua siue passiua. Et non capitur determinate pro potentia actiua. sicut nec actua precise pro operatione q2 ista non sunt in predicamento ad aliquid. Subā etiam est principium actiuū suarum potētiarū Et qdā dicūt q sensus ē potētia passiua. Sz an potētia actiua sit eiusd gnis cū actu Quibusdā videt qd nō: loqndo de gnē prio q2 color est pricipiū actiuū visiōis z sēsatiōis Et sol est pncipiū actiuū lucis. Sz ptra Potentia debet esse pportionata actui ergo debet esse eiusd gnis cū actu Itē potētia z actus diuidūt quodlibet genus entis ergo potentia z actus sūt in eodē gnē proximo. Dicendū q potentia actiua equiuoca non debet esse eiusdē gnis cum effectu nisi forte eminenter. Secūdo dr q loquendo de potentia prima ad operationem illa non diuidit ens z quodlibet genus entis quia in pdicamento subē nō repertitur potentia prima ad operationem. Sed de hiis magis patebit ad sextum.

¶ Ad.6. dicitur quod materia prima est in potētia respectu forme subālis de p se. Subā vero cōposita ex materia z forma est subiectum qualitatis z in potentia ad qualitatē non de p se sic q sit scdm se totum vel scdm prē scz materiam ordinata ad actū qui est accidēs. Et ideo nō opz q talis potentia sit eiusdē gnis cū tali actu. Modo illa ppō actus z potentia ad idem genus reducunt intelligit de potentia que proprie z de per se ordinatur ad illum actum sicut potentia calefactiua ad calefaciendum. Si dicatur potentia calefactiua est in predicamento qualitatis non autem calefacere sed in predicamento actionis Item potentia est propria passio rei sed propria passio non distinguitur a re cuius est. Probatur sic quia alias procederetur in infinitum quia semper ex genere z differentia fluit propria passio. Cum ergo propria passio habet genus z differētiam. sequitur quod propria passio habebit aliam passionem De hiis dictum est in nostris predicabilibus. Potest etiam dici quod subā est in potentia ad qualitatem z illa potentia est de genere qualitatis. Et alia de genere quātitatis. Sz verū sit qūtitas

tas videtur q̄ sic saltē reductiue. Nec superficies ē potentia propria per se respectu coloris sed dyaphanum. Ad alia patet ex dictis.

¶ Ad 7. dicitur q̄d alius act⁹ est essentia anime et huiusmodi potentia q̄ aīa dat esse simpliciter et est vltimus terminus generationis hominis et ideo talis actus non potest secundum se esse ratio quod homo sit in potentia expectante vlteriorem actum. Secus autem est de ipsa potētia. Ad aliud dico q̄ hoc est generale vtroq; principio q̄ nullum eorum est in potentia ad actum suum presertim imanentez si det per idem esse actu simplr̄ et actum scd̄m vel secūdarium. Deinde dicitur q̄ obiectū et spēs requiruntur ꝓpter potētiam aīe. Sed nonne potētia anime potest dici actus. Videtur q̄ sic. respectu anime cui īheret. Non autem simpliciter.

¶ Ad. 8. satis patet ex dictis. Sed arguitur quantitas est actus et tamen est in potentia respectu caloris vel albedinis ergo licet anima secundum se sit actus. Tamen cum hoc stat q̄ secundum seipsam sit potentia respectu aliquorū accidentiū. Dicenduz q̄ ipsa anima non potest esse principium proximū trāsmutabilium accidentium.

¶ Ad. 9. dicitur q̄ eadē potentia non producit diuersos actus in passa eodemmodo disposita. Et loq̄r de diuersitate formali quia vt postea dicetur. potentie distinguntur per actus et actus per obiecta quia se habent vt causa finalis et vt differētia actuum. Et per hoc patet ad decimum sed queritur. Si de⁹ pōeret ī aīa intellectionē destruēdo oē accidēs An anima separata per illam intellectionē intelligeret. Dicendū q̄ non. Quidam ponunt inter animā et potentias eius distinctionē formalem. Et ideo licet voluntas sit ceca tamen est eadem res cum intellectu vidente. Ex de aīa non est ita simplex sicut deus. Et ideo potest esse subiectū accidentis q̄ Boetius dicit q̄ forma simplex subiectū eē nō pōt. Aliis autē non placet ista distinctio formalis.

AD. 5 sic proceditur videtur q̄ potentie non distinguantur per actus et obiecta q̄ nichil distinguitur per illud q̄ est posterius sz actus est posterior potētia cū sit effect⁹ et⁹. igit̄ sz ꝯtra est phūs ¶ Rn̄deo dicendū scd̄m. s. t. 1. p. q. 77. ar. 3. q̄ op; rōnē potētie accipi ex actu ad quē ordinat̄. Et ideo rō potentie diuersificat̄ sicut et ratio act⁹ q̄ potētia dicitur per respectū ad actū. Ratio autem actus diuersificatur secundum diuersam rationem obiecti quod probatur quia omnis actio vel est potentie actiue vel passiue. Si primum tunc obiectum comparatur ad actum vt terminus et finis. Sed ex fine actio speciem recipit sicut motus ex terīo differt enim calefactio ab infrigidatione per terminum. Si secundum tunc obiectum comparatur ad actum sicut principium et causa mouens vt color ad visionē. Actio autem habet spēm a principio vt calefactio est a calore. et frigefactio a frigore. Sensus ergo differunt per diuersum modum immutandi secundum san. tho. quia differunt obiecta que diuersificant potentias san. tho. q. de aīa. ar. 13.

¶ Et notādum q̄ ea que sunt ꝑ accidens non diuersificant speciem vt homo albus et homo niger sunt eiusdem speciei. Sed differentia per se variat speciem. Si igitur non quecūq; diuersitas obiectorum diuersificat potentias aīe. Sed differentia eius ad quod per se potentia respicit sicut sensus per se respicit passibilē qualitatem que per se diuidit̄ in colorē et sonum. Et ideo istis respondent diuerse potentie.

¶ Preterea Sciendum q̄d non īconuenit aliquos actus esse diuersarum specierum in esse nature et nō in esse moris et econuerso. Exemplum primi vt liberare innocentem et punire nocentem. Exēpluz secundi vt ire ad ecclesiam propter deum. Et ire propter vanam gloriam. Nec etiam inconuenit q̄d vna potentia vel vnus habitus habeat actum specie differentes dummodo illi actus conueniant in aliqua vna ratione vt dicit san. tho. q. de virtutibus cardinalibus ar. 4. Dubitant quidaz de modo quo potētie distingūtur per actus et obiecta. Quidā dicunt q̄ extrinsece et arguitur quia nos argum⁹ sic iste potētie habent diuersa obiecta formalia ergo distinguntur specie. Alij dicunt q̄ potētia habet quandam differentiam intrīsecā ꝑ habitudinem ad actū vel obiectū et ideo potest dici q̄ potētie quasi intrinsece distīguntur per actus. 1 2. q. 18. ar. 4. ad secūdū vnde. s. t. de veri. q. 15. ar. 2. reprobat illos qui dicunt obiectū tm̄ esse signum distictionis et de po. q. 10. ar. 2. reprobat dicētes operationis seipsis distingui.

¶ Contra hec arguit̄ ex s. t. de veri. q. 22. ar. 10. ad 1. alique potentie distinguntur realiter et tamen obiecta eaz non distinguntur realiter ergo potentie non distinguūtur per obiecta minor ptz de ītellectu et volūtate que distīguntur realiter et tamen ens et bonū distinguntur tātum ratione quia ꝯuertūtur cū sint trāscendentia. Item visus hominis est tātum vna potētia et tamen habet diuersa obiecta et cōtraria q̄ maxime distant. s. t. in. q. de anima ar. 13. ad 2. vidim⁹ enī album et nigrum. Forte dicis q̄ albedo non est obiectū formale visus sz color. Contra si nullus esset intellectus abstrahens hoc vniuersale quod est color tunc oculus bouis videret albū q̄ color vt quid cōmune abstractū nō videt̄ sz hoc albū et hoc nigrū. Itē vis⁹ percipit albedinē sub ratiōe albedinis alias non discerneret inter albū et nigrum.

¶ Secundo potentia nutritiua in homine et in aliis animalibus habet idē obiectum scz nutrimentum et tamen non sunt eiusdez speciei hoc probo q̄ sicut se habet tota anima ad totum corpus ita partes anime sed alia est aīa in nobis et in aliis rebus ergo est alia potētia. Itē potētie fluūt a prīcipiis speciei specialissime sicut proprie passiones ergo nō est eadem potentia in rebus differentibus specie. Item alias auriculas habent homo et asinus ergo et alium auditum specie et tamen habent idem obiectum primum patet quia alias incideremus in errorem pithagoricorum dicentium omnes animas posse ingredi in quodlibet corpus sicut si tectonica instrumenta aptarent sibi tibicines ad festum laudum.

¶ Tertio intellectus agens et possibilis habent idē obiectum vt videtur. Et tamen secundum sāctū thomaz distinguntur realiter. Item intellectus et sensus potest enim intellectus cognoscere colorem sub ratione coloris vt patet formando hanc propositionem color non est son⁹ vide. s. t. q. de anima ar. 13 ad. 19. et 20m.

¶ Quarto eadem potentia habet diuersos actus quia sol indurat lutum et mollificat ceram. Et in radiis solis athomi ascendunt et descendunt per eandem potentiam vt videtur. Et intellectus ho

minis habet actus specie distinctos quia assensus ꝛ dissensus contrariantur in esse nature. Scire etiam ꝛ opinari distinguuntur. Si ergo potentie distinguerentur per actus sequeretur q̃ nõ erit vnus intellectus nec erit vnus visus quo videmus album ꝛ nigrum quia ibi sunt diuersa obiecta. Alias non esse diuersi actus

Forte dicis qđ ibi est idem obiectum formale ꝛ ideo est vna potentia. Contra et hoc sequitur q̃ etiam est vnus actus: quia actus distinguuntur per obiectum formale. Item differentia per se eius ad quod per se respicit potentia diuersificat potentiam. Sed color per se diuiditur in albedinem ꝛ nigredinem ergo erit alia potentia visiua respectu istorum. Forte dicis q̃ si aliqua potentia secundum propriam rationem ordinetur ad aliquod obiectum secũdum cõmunem rationem obiecti tunc non diuersificabitur illa potentia secundum diuersitatem particularium differentiarum. Contra tunc nullus sciret probare quod sensus exteriores distinguuntur per obiecta quia ordinantur secundum communem rationem ad qualitatem sensibilem.

¶ Quinto non sequitur ista sunt eiusdem speciei ergo habet eundem actum. probatur quia pes hominis ꝛ homo sunt eiusdem speciei essentialis vt patz per materiam ꝛ formam eius. Et tñ hõ põt redire ꝛ non pes eius. Item potentie distinguuntur seipsis ꝛ suis differentiis eẽntialibus. Potentia enim est quoddam q̃ per differẽtias eẽntiales diuiditur ĩ diuersas spẽs sicut alia gñã Et ita ar̃ de actione.

¶ Sexto. per eandem visionem videtur color ꝛ magnitudo quia non sunt due visiones. Item tenendo quod plures actus non possunt eẽ simul ĩ eadem potentia tunc videndo in libro p eandẽ visionẽ video nigredinem atramenti ꝛ albedinem papiri ista autẽ sunt diuersa obiecta.

¶ Septimo dato q̃ nullus esset actus in potentiis adhuc potentie distinguerentur ergo per accidens est potentia distingui per actus Forte dicis qđ semper in potentiis est aliqua operatio vitalis q2 sẽper nutrimur. Sz istud est falsum q2 in instanti non augemur nec diminuimur. Itẽ materia per eandẽ potentiam ẽ in potentia ad diuersas formas. Ut dictum est in primo phi. Et tamen diuerse forme sunt diuersi actus. Forte dicis q̃ potentia materie fertur ĩ omnes formas secundum communem rationem forme Sed hoc nichil est quia materia non cognoscit ergo non fertur in formam sub cõmuni ratione igit̃ ꝛc.

¶ Octauo Si potentie distinguuntur per diuersos actus vel ergo distinguuntur per actus diuersos genere vel specie. Si primum tunc visus ꝛ auditus non distinguuntur quia obiecta sunt in eodem genere Nec secundum quia eadem est potentia contrariorum. Similiter arguitur q̃ habitus non distinguntur per actus quia idem habitus elicit actus specie distinctos quia circa omnes phisicales est vnus habitus ꝛ tamen sunt diuersi actus quia vnus potest esse sine alio. Et eadem conclusio consideratur in diuersis sciẽtiis ergo diuersi habitus habent idem obiectum. Forte dicis q̃ phisica non ẽ vnus habitus. Cõtra oppositorum est eadem disciplina ergo diuersarum conclusionum est idẽ habitus.

¶ Nono intellectus ꝛ visus possunt circa idẽ obiectum formale ꝛ tamen distinguuntur. Primum pz q2 possum intelligere colorem sub ratione coloris alias nullus formaret conceptum coloris. Forte dicis qđ intelligo semper colorem sub ratione entis video autem ipsum sub rõe coloris. Contra sequeretur qđ ens esset subiectum in qualibet scientia quia nichil intelligitur neq3 scitur nisi sub ratione entis ꝛ visus semper est singularium ergo non videmus albedinez sub rõe cõmuni coloris q2 ista communitas siue vniuersalitas solum sit per intellectum modo perueniendo intellectum videmus albedinem.

¶ Decimo ar̃ qđ actus non sunt principia cognoscendi potentias quia eadẽ sunt principia essendi ꝛ cognoscendi sz actus non est principium essendi ipsius potentie alias dormiens non haberet potentias quia remota causa remouetur effectus Sed dices q̃ a posteriori cognoscimus potentiam per actuz qui est effectus eius ꝛ pfectio eius q̃ presupponit illum pfectibile vñ hic proceditur a notioribus nobis. Contra actus diffinit potentias ergo est prior ea vt dicit.s.t.1.par.q 85 ar.3 ad 1 saltẽ via perfectionis ꝛ non generationis falsum est etiam distinctionem istam non esse a priori secundum san.tho.1. parte.q. 77.ar.3.

¶ Ad primum dicitur q̃ obiecta secundum rationẽ distincta sunt causa finalis potentiarum ꝛ ideo distinguunt potentias. Sed contra tunc in deo intellectus ꝛ voluntas distinguerentur realiter quia obiecta scilicet eus ꝛ bonum distinguũtur ratione sed hoc non est simile quia non est ibi differentia intrinseca sumpta per respectuz ad diuersa obiecta. Ad aliud dicitur quod semper remanet proportio potentie ad actum ꝛ hoc sufficit obiectum etiam manet in intentione. de visu autem dicitur q̃ prima ratio est color q̃ in ratiõe adequat dnte vnde quando videmus aliquid a longe videmus colorem nescientes speciem eius.

¶ Ad secundum dubium est an visus qui est in homine ꝛ in aliis animalibus sit eiusdem speciei.

Quidam tenent qđ non quia oculus hominis ꝛ equi specie differunt propter aliam formam essentialem ꝑ etiam est radix potentiarum. Sed causa specie distincte producunt potentias specie distinctas aliq̃ distinguunt dicentes quod distinguũtur specie non secundum proprium modum distinctionis sensuum scz ratione obiecti alias essent plus q̃ .5. sensus exteriores. Sed alio modo scz ĩ esse nature sicut quantitas celi ꝛ corruptibilium est eiusdem generis in esse nature non autem phisice quia corruptibile et incorruptibile genere differunt Sed de hiis postea nec inconuenit idem specie esse in differentibus specie vt patet de albedine ꝛ lumine intellectuali in diuersis angelis p S. T. de veri.q.9.ar.1.ad.17.ꝛ de gratia q.de malo ar.7.ad.12.sanitas tamen hominis ꝛ equi differunt specie.12 q 63.ar 4.

¶ Ad tertium dicitur qđ intellectus agens ꝛ possibilis distiguitur ex hoc qđ diuersimode se habẽt ad suum obiectum scz actiue ꝛ passiue. Ad aliud dr̃ q̃ intellectus intelligit res ꝛ prima ratio itelligendi ꝛ primus conceptus est coceptus entis. Postea autem potest formare conceptus particularis vel aliter ad 3. obiectum itellectus agentis est itelligibile ĩ potẽtia sed obiectum possibilis est intelligibile ĩ actu san.t. de ve. que.15.ar.2.

¶ Ad quartum patuit articulo precedente. Solũ enim ille rationes diuersificant potentias ad quas potentie primo ꝛ per se respiciunt ꝛ ideo est eadem

potentia passiua contrariorum z posse sanari z infirmari. Secundo dicitur quod quando ignis calefacit z desiccat hoc est per diuersam potentiam sicut quando animal vult z intelligit sed queritur an superficies per duas potentias recipiat calorem z frigiditatem. Quidam dicit quod potentia ad caliditatem est ipsa caliditas sed melius dicitur q̃ est aliud distinctum z vnū sicut est potentia eadē ad oēs colores sed cum potentia z actus reperiantur ī quolibet genere oportet quod in predicamento quantitatis sit potentia queritur ergo an illa distinguitur a suo videtur quod sic quia potentie distinguuntur p actus. Ad aliud dicitur quod non omnia p se differentia obiecti diuersificat potentiam nisi sit per se differentia obiecti vt obiectum est vel dicitur q̃ sēsus exterior est particularia. Et ideo non pōt ferri in communem rationē qualitatis sensibilis.

Ad quintum dicitur quod pes hominis non habet potentiā risibilitatis vel organum licet sit essentialiter eiusdem speciei. Sed tunc queritur vbi est subiectum risibilitas. Non in anima cum non sit intellectus vel voluntas. Ad aliud dicitur q̃ differentie potentiarum sunt diuerse per diuersos actus. Si dicatur differentia potentie est in predicamento absoluto ergo nullomodo dicit relationem. Non valet consequentia.

Ad sextum dicitur q̃ vnum videtur per aliud. Et aliquando est eadem visio specie z numero albi z nigri vt dicit San. Thomas. in 3 sed hoc exposui in logica quando enim successiue videntur tunc differunt specie vt expresse dicit. s. t. de malo. q 2 ar 4. Unde Notandum secundum San. Tho. de ve q. 15 ar. 2. ad 12. quod 5. modis ī actibus anime diuersitas inueniri. Primo. Secūdū fortitudinē z vt credere. Secundo. secundum velocitatem Tertio secūdum habitū z priuationem vt quiescere z moueri. 4. scdm comparationem ad contraria eiusdem generis vt sentire album z nigrum. quinto quando actus est diuersorum generum vt apprehendere z moueri diuersitas igitur primi z secundi modi non iudicat diuersitatem potentiarum nec diuersitas tertii z quarti sed tantum quinti vt dicamus actus genere diuersos qui in ratione obiecti non conueniunt. Et ideo licet videre album z nigrum successiue specie distinguerent et adhuc tamen est vnus visus.

Sed vtrum omnes intellectus angelorum habeant idem obiectum z per consequens intellectus eiusdē speciei. Dicendū q̃ non Sed vtrum sicut distinctus potentias distingui per actum. An debeant vel distingui per habitum vel per obiecta.

Item cum potentie sint forme simplices an debeat dici q̃ seipsis distinguantur. Item quecūq3 conueniunt in vno tertio conueniunt inter se sed omnes conueniūt in vno tertio sc3 in anima ergo non distinguuntur inter se Forte dicis q̃ non identificantur ipsi anime Contra illa sunt idez que simul generantur sz est de anima z voluntate eius. Dicendū q̃ non potentia non importat ordinē ad habitū nisi forte consequenti. Et ita dicatur de obiecto de alio dicitur q̃ forme que speciem sortiunē ab aliquo extrinseco ad quod ordinem habeat non debent dici distingui seipsis sz per extrinseca.

Secus autem est de aliis sanctus thomas questi. de a. ar 13 ad 5.

Ad septimum. Ad aliud dicit sanctus thomas opus. q̃ omnes forme sunt eiusdem generis z ideo est eadem potentia Sed contra corruptibile z incorruptibile genere differunt ergo anima rationalis nō est eiusdem generis cum aliis formis: negatur consequentia vt patz de luce que est in sole z in aere que pertinet ad vnam potentiam i. Sed contra materia est in potentia naturali ad alias formas non autem est in potentia naturali ad animam rationalē alias per agens naturale posset anima pduci quia potentie passiue naturali respondet potentia actiua forte dicis q̃ ibi sunt due potentie. Queritur tunc que res sūt ille potētie si sint accidentia sequitur q̃ accidens pcedit formam substantialem quia potentie pcedit actum in eodem. Dicendum q̃ potentie est ipsa materia z anima fit ab agente nō ali dispositiue.

Ad octauum patet ex dictis nec omne diuersificans actum sufficit diuersificare habitum vt dicit s. t. in q. de virtutibus cardinalibus quia potentia est magis vniuersalis z altior z ideo in plura potest q̃ vnus actus z ita dicatur de habitu quia presente re inclinat ad noticiam q̃ est intuitiua z re absente ad noticiam abstractiuam.

Ad nonum ptz ex dictis z ad decimum dr q̃ principia cognoscendi a priori sunt etiā3 principia essendi in hiis que non sortiuntur speciem ab extrinseco. Dicitur etiam quod actus est causa finalis potentie licet potentia sit causa efficiens eius. Sed contra tunc idem esset realiter causa suipsius quia quicquid est causa cause est causa causati: si ergo actus est causa potentie z z potentia est causa actus sequitur quod actus sit causa suipsius quia ē causatū a suo effectu dicendum q̃ illa regula non est vera quando mutatur genus cause.

Circa hec querūtur quinq3 Primo. An sint 5 genera potētiarū zc. Secundo an sint tres partes vegetatiue. 3 An visus sit potentia passiua 4. an sint quinq3 sensibilia communia. Quinto an color sit obiectum visus.

Ad primum sic proceditur videtur q̃ nō sint quinq3 genera potentiarū anime sc3 vegetatiuū sensitiuū appetitiuum secūdū locum motiuum z intellectiuū quia vegetatiuuz est ipsa anima ergo non est potentia eius. Sed contra est philosophus.

Respondeo dicendum secūdū s. t. 1. par. q. 7o ar 1. q. 5. sunt genera potentiarum z tres sunt anime scilicet vegetatiua sensitiua z intellectiua Et quatuor sunt modi viuendi scilicet vegetatiuum sensitiuum secundum locum motiuum z intellectiuum.

Appetitiuum autem non constituit aliquem gradū viuentium q2 in q̃buscunq3 est sensus est etiam appetitus. Primum probatur quia potentie distinguūtur per obiecta modo sunt. 5. genera obiectorum. Primum est corpus anime vnitum Et circa hoc est potentia vegetatiua que agit in corpus Secundum ē obiectum sensibile. Et circa hoc est sensus. tertium est ens vniuersale. Et circa hoc est intellectus. quartum est bonū Et circa hoc est appetitiuū. quintuz ē terminus operationis Et circa hoc ponatur potentia motiua secundum locum. Et vocantur iste potentie partes pētiue aīe ad similitudinem politie secūdum albertum. Cum enim dico regnū dico quandā potestatem quam componunt multe potestates particulares que tamen omnes fluunt ex regno in quo

enus est princeps sub quo consules duces exercitus et tribuni. Decani et prefecti. Et quicquid potest inferior istis potest superior. Alias non dicerentur omnia hec unum regnum nisi sicut acervus lapidum. Et idcirco quanto potestas superior est simplicior esse et universalior vel ad aliquid eminentius quam sit illud in quod potest potestas inferior. Quis autem sint tres anime probatur quia tribus modis anima supgreditur operationem nature corporalis.

Primo anima rationalis per operationem que non exercetur per organum corporale deinde anima sensitiva habet operationem que non fit per aliquam qualitatem corporalem licet presupponatur. Tertio est anima vegetativa que est causa motionis intrinsece. Cetera autem inanimata moventur ab extrinseco. Item in plantis est tantum vegetativum in quibusdam vero animalibus est vegetativum et sensitivum. Alia vero sunt animalia perfecta in quibus cum his est motivum secundum locum ut querant necessaria vite. Item in homine cum his est intellectivum et sic patet quatuor modi vivendi.

Si queratur an anima intellectiva sit vegetativa et an ibi sit predicatio per se sic quod vegetativum factum sit in sensitivo aut intellectivo sicut corpus animatum actu et intellectu clauditur in homine videtur quod non capitulo tertio sicut trigonum non est actu in tetragono sed in potentia licet sit difficultas de illa potentia.

¶ Notandum preterea secundum albertum quod circa animam diversimode multi erraverunt. Quidam enim heretici negaverunt animam intellectivam quia nihil concesserunt nisi quod sensu percipitur. Alii autem dixerunt quod in omnibus est tantum una anima numero sed in diversis habet diversas operationes sicut ignis in lignis siccis facit lumen in aliis flammam rubeam. in aliis tantum fumum in aliis tantum calorem. Et sic videntur dixisse socratici.

¶ Notandum preterea quod circa vegetativum etiam aliqui erraverunt multi enim arbitrantur quod in plantis preter vegetativum est sensitivum unde quidam et ysaac ut dixerunt plantas habere gustum quia cum nutriantur oportet quod possint discernere cibum convenientem et similiter dicebant eas habere tactum unde radices sunt ori similes. Item ut habetur in libro de vegetabilibus quidam dixerunt plantas habere desiderium quia attractus alimenti est pars desiderii et eius appetitus est fames vel sitis. Item dicebant plantas tristari vel delectari quia aliqui flores propter nociva se restringunt et augu. in libro confessionum dicit se putasse ficum plorare cum decerpitur idem ysaac et si hoc esset verum tunc plante essent animalia ut anaxagoras concessit quia in eis reperitur sompnus quoniam flores de nocte se claudunt et in eis reperitur uterque sexus scilicet masculinus et femininus ut communiter dicitur etiam in pomis quibusdam sed hec sunt absurda quoniam plante non habent oculos nec aures ergo in eis non est sensus. Alii dixerunt plantas nullam habere animam non enim proprie dicimus poma mori nec adhibetur arboribus medicina nec regimen vite ergo non vere vivunt et per hoc non removetur nisi vita sensitiva. Albertus de vegetabilibus ca. 9. dicit quod democritus et anaxagoras dixerunt plantas intelligibilem animam habere sed opprimi pondere materie ne ad actum procedat sed tunc natura videretur deficere in necessariis sed de his vide albertum maxime quomodo in plantis reperitur sexus vel sompnus in hyeme.

¶ Notandum preterea ad declarandum quod omne habens sensum habet appetitum quod cuicumque convenit sensus convenit delectatio et tristicia cum sensus delectetur in apprehensione obiecti convenientis.

Sed cui convenit delectatio convenit etiam appetitus delectabilis. Item omne habens sensum alimenti habet appetitum. Sed omne animal habet sensum alimenti qui est tactus nutrimur enim calidis et humidis frigidis et siccis. Circa que est tactus

Primum patet quia omne habens sensum alimenti habet esuriem et sitim ergo habet appetitum quia esuries est appetitus calidi et sicci. Sitis vero est appetitus frigidi et humidi. Cuius ratio est quia per esuriem appetimus nutriri per alimentum et ex quo ipsum est calidum iuvatur digestio et alteratio sibi per siccum autem restauratur deperditum. Ut autem cibus fluat ad membra sitis appetit humidum et ne calor illud corrumpat ideo sitis appetit frigidum.

Fames ergo et sitis inquit albertus sunt due partes naturalis appetitus. Et reperitur in omnibus animalibus. Si diceretur gustus est sensus alimenti ergo non tactus et aliqui per odorem iudicant alimentum esse bonum dicendum quod gustus est quidam tactus. Quod autem sensus alimenti sit circa quatuor qualitates: prima ratio est quia ex eisdem sumus et nutrimur. Sumus autem ex quattuor elementis si queratur an potentie anime sint separabiles loco et subiecto dicendum quod non ut habetur hic lec. 4. quia reperiuntur in eadem parte alia in parte animalis imperfecti decisa remanet vita et sensus. Et per consequens fantasia quia fantasia non est nisi motus factus a sensu et ubi est fantasia ibi est principium motivum et desiderium. Cum ibi sit delectatio et tristicia unde in talibus animalibus licet sit tantum una anima in actu tamen sunt plures in potentia. Ubi advertendum quod anguille et lacerte sunt animalia anulosa quorum corpus componitur quasi ex quibusdam circulis sive anulis in quibus habent suas virtutes motivas. Et ideo divise per transversum in grossas partes in utraque parte retinent sensum et motum per aliquod tempus.

Non autem diu quia non possunt sumere alimentum.

Si autem per totam longitudinem corporis suorum in duo dividantur tunc dividuntur circuli qui sunt membra officialia eorum et statim moriuntur et iacent immobilia ut dicit albertus.

¶ Notandum preterea quod predicte potentie sunt separabiles idest distincte ratione idest specie quia habent distinctos actus. Anima tamen intellectiva est forma unita materie. Non realiter distincta a vegetativa sed eminenter eam continens sicut tetragonum continet triangulum et ternarius binarium.

Ex his infert philosophus finaliter quod anima se habet ut ratio et species et non ut materia.

Secundo quod anima non est sine corpore. tertio quod est in corpore organico

¶ Contra hec arguitur. Primo probando partes animalis imperfecti decisas non vivere quia tunc in quelibet earum esset anima et non de novo genita ergo prius in serpente fuerunt plures. quod supra reprobatum est. Item forma substantialis consistit in indivisibili ergo non potest dividi.

¶ Secundo tunc in anguilla essent infinite anime ita quia in qualibet parte est sensus et anima.

Forte dicis quod non est ibi nisi in potentia que reducitur

citur ad actum per diuiſionem. ¶ Contra diuiſio non eſt generatio ergo p diuiſionē non fit forā ſubſtātialis in actu. Mʒ autē in qualibʒ pte ſit ſenſus patet ſi ſtingatur. Item fātaſia eſt potētia organica ergo in parte deciſa non eſt fātaſia. Añs pʒ qꝛ fātaſia hoīs eſt in determiāta parte corporis.

¶ Tertio Nec omne ſenſitiuum eſt motiuum ſecū dum locum vt patet ex modis viuendi viſus etiā et auditus non ſunt in eodem loco ergo partes anime ſunt ſeparabiles loco ⁊ ſubiecto in oſſibus etiam eſt vegetatiuū ſine ſenſitiuo.

¶ Quarto Anima btī petri nō eſt nunc vegetatiā qꝛ nō pōt habere operationes aīe vegetatiue ergo in me nunc aīa intellectiua non ē aīa vegetatiua. Item nunc homo ⁊ aſinus genere differrent quia forma vnius genere differt a forma alterius cum ſit incorruptibilis.

¶ Item tetragonus differt realiter a triāgulo ergo anima intellectiua non eſt anima ſenſitiua in me ergo ī me ſūt plures aīe. Antecedens pʒ quia ſpecies diuidentes aliquod genus nō dicuntur de inuicem Sic eſt autem de triangulo et quadrangulo vegetatiuo et ītellectiuo que diuidunt figuram et animam.

¶ Quinto ſi anima eſſet ī corpore tanq̄ forma ergo phūs non debeat diffinire animam per actū ſed per formam qꝛ hoc fuiſſet magis notū. Item eius eſt potentia cuius eſt actus ſi ergo anima eſt in corpore vitā habente ſeqtur qꝺ corpus poteſt habē actum vite loquendo indifferenter de quolibet actu vite qꝛ in diffinitione anime vita non ponitur pro determinata operatione ⁊ per ꝯñs poterit habere intellectionem.

¶ Sexto vel anima ad predictas tres animas eſt genꝰ vel non ſi primū. Cōtra ſubſtātia dicitur analogice de materia ⁊ forma ergo ⁊ anima ſi ſecundū ſeqtur ꝙ anima non debuit prius diffiniri. Itē ſcꝺm phi. t. c. 9. ſi ponamus oculū p īpoſſibile eſſe ſeparatum ⁊ eſſe animal tūc abſq̄ dubio viſus ⁊ potentia viſiua erit anima eius qꝛ hec potentia agit ī eo oēm vite actionē ergo tūc potētia anime eēt anima ergo aliqua anima eſt accidens. ¶ Septimo animal diuiditur per rationale ⁊ irrationale ergo ⁊ anima. Forte concedis quia hec eſt diuiſio iambici cuiuſdā platonici. Sed contra anima vegetatiua nec eſt rationalis nec irrationalis.

¶ Octauo arguitur contra ordinem procedēdi ipſiꝰ philoſophi quia per accidentia cognoſcimus ſubſtantiam ſed potentie ⁊ actus anime ſunt accidentia eius ergo per iſta cognoſcitur ſed a notioribus eſt inchoandum ergo phūs prius debuit determinare de potentiis anime q̄ de aīa. Forte dicis ꝙ actus anime non eſt notior anima ſecundum naturam ſed quo ad nos tantum quia non ſunt eadem nobis nota ⁊ nature. Sed contra actus diffiniunt potentias ⁊ ſunt cauſa finalis earū vnde natura plus intendit actum q̄ potentia quia finis eſt primum in ītentiōe ergo ſecundum naturā actus ꝑcedit potentiam.

¶ Nono arᷓ qꝺ ſint plus q̄ quinq̄ genera potentiarū qꝛ appetitꝰ diuidit̄ ī appetitū ſēſualitatis ⁊ rationalem. Appetitus autem ſenſualitatis ē quoddam genus Forte dicis ꝙ appetitus rationalis ⁊ appetitus ſenſualitatis ſunt vnum genus potentie. Contra Senſitiuum ⁊ intellectiuum non ſunt vnū genus potentie ergo ſimiliter nec voluntas ⁊ ſenſualitas. Item intellectiuum non videtur genus ſed ſpecies ſpecialiſſima quia omne intellectiuū vt hic loquimur eſt homo ⁊ econuerſo.

¶ Decimo ideo appetitiuum non eſt gradus vite diſtinctus quia omne ſenſitiuum eſt appetitiuum ergo per eandem rationem appetitiuum non erit potentia diſtincta a ſenſitiuo. Item quanto virtus eſt altior tanto eſt magis vnita ſed anima rationalis eſt altior q̄ anima vegetatiua. Cum ḡ anima vegetatiua nō habeat quinq̄ genera potentiarū non ſūt 5 genera potentiarum ergo nec alia.

¶ Undecimo S. T. Et multi aliꝗ ponunt potētiā obedientialē que non poteſt impleri vt patet de ve. q. 29 ar 3 ad 3. De hac autem nulla fit hic mentio Item appetitiuum non diſtīguitur ab aliꝗs quia viſus appetit viſibile ſibi conueniēs igr̄.

¶ Duodecimo arᷓ ꝙ appetitiuum conſtituit modum viuendi qꝛ prius poteſt eſſe ſine poſteriori. Propt̄ hoc enim vegetatiuum poteſt eſſe ſine ſenſitiuo ſed ſenſitiuum eſt prius appetitiuo ergo ſenſitiuū pōt eē ſine appetitiuo. Et per ꝯſequens ꝯſtituit gradū vite Item appetitiuum ſpecie diſtinguitur ab aliꝗs ergo eſt perfectus vel imperfectius eis Sed inter perfectum ⁊ imperfectum ſunt gradus ergo appetitiuū facit gradum.

¶ Tertiodecimo in quibuſcunq̄ eſt ſenſitiuum in illis eſt motiuum ſecundum locum ergo motiuum ſecundum locum non facit gradum diſtinctum Antecedens patet qꝛ ex. 6 phi. Omne animatum mouet ſe. Item videmus qꝺ pars animalis imperfecti ſi tāgatur ſaltat ⁊ retrahit ſe quia dolet ⁊ triſtatur. Plante etiam mouentur localiter quādo augentur ſurſum ⁊ deorſum quia per hoc cognoſcimus ꝙ viuunt ergo in eis eſt motiuū ſecundum locum.

¶ Quartodecimo nulla potentia ꝯſtituit gradū vite ergo motiuum ſecundum locum non cōſtituit gradum vite aīs patet quia potentia nō eſt vita nec habens vitam cum ſit accidens ſʒ nichil conſtituit aliꝗ in eſſe vite niſi ſit vita vel habens vitam igitur. Itē nullum appetitiuum ꝯſtituit gradū vite ſʒ omē motiuum ſecūdum locum eſt appetitiuum ſecūdū phi. hic ergo motiuum ſcꝺm locum non cōſtituit gradū vite. Itē phi. in fine. 1. de anima ponit tm̄. 4 genera potētiarū ergo hic male ponuntur. 5.

¶ Ad. 1. dicitur quod prius erāt plures anime ī potentia ⁊ per diuiſionem reducuntur ad actum ⁊ hoc etiam ꝯtīgit in diuiſione aque. Nec inconuenit formam ſubſtātialem eſſe diuiſibilem ſecundum extenſionem Si queratur an iſte due anime que nunc ſūt fuerint prius in anima numero vel non. videtur qꝺ prius componebant vnam animā numero ſicut patʒ in arboribus quaꝝ partes ſūt quaſi homogenee ſed queritur qñ ramus vnius ſpeciei īſeritur alteri arbori alterius ſpeciei an ibi ſit vna anima numero. videtur quod non ſicut nō eſt eadem anima numero ī matre ⁊ filio licet ſibi cōiungatur p vmbilicum quādo eſt in vtero. Si dicatur an anima rationalis poſſit manere poſt diuiſionē ſicut manet in anguilla videt̄ ꝙ ſic qꝛ homines decapitati aliqñ mouentur ⁊ albertus dicit libro ſuo de homine ꝙ lingua pauli poſt abciſionem capitis nominauit chriſtum ⁊ beatus dyoniſius portauit caput ſuum. Dicendum ꝙ anima rationalis ꝑpter ſuā perfectionē requirit corpꝰ magis perfectum ſecus eſt de ānuloſis que habent calorem

sufficientez in quibus tamen si abscindatur caput tm̄ etiam in estate redditur immotum quia non habet calorem vitalem. Alia autem fuerunt miraculosa. Et si ī alijs videatur post abcisionez capitis moueri lingua. Dicit albertus quod hoc est a virtute que remansit in neruis.

¶ Ad secundum patet ex dictis Prius enim anima non est ibi multiplex nisi in potentia. Ad aliud dicitur quod fantasia in animalibus pfectis habet determinatum organum non autez in alijs vt dicit S T. lec. 4. Si queratur An appetitus animalium imperfectorum requirat iudicium z sensum cōmunē Et an in animalibꝰ imperfectis sit vis imagenatiua de qua dicitur eodemmodo sicut de fātasia vt patet lec. 6. Sed de hoc in tertio de anima f t. dicit lec. 5. declinatio et dolor in eis consequuntur sēsum tactꝰ

¶ Ad 3m dicitur quod in eodem vegetatiuū sensiti appetitiuum et motiuū non distinguntur loco quia in parte decisa reperiuntur ista 4. Secus autem est de quibusdam potentijs particularibus vt dicit sanctus thomas lect. quarta.

¶ Ad 4m. dicitur quod anima separata ē vegetatia in potentia remota Ad aliud non oportet si forme differant genere quod composita differant genere de altero dubium est qualis sit ista diuisio anime in tres animas cum vnum membruz dicatur de alio Et sic non videntur esse species anime nisi forte sumāt cuz precisione. De triangulo autem dicitur quod in hoc est similitudo quia sicut ī quadrangulo cōtinet triangulus Ita anima rationalis exercet operatio nes anime vegetatiue.

¶ Ad quintuz Reffert albertus quod propter hoc gregorius in multis voluit reprehēdere diffinitionez aristotelis libro suo de homine Primo quia aīa equi uoce dicitur de vegetabili sēsibili et rationali et ideo non debet diffiniri. Itē philosophus dicit quod aīa est endelechia vel spēs hoc autē ē falsuz quia forma simplex subiectum esse non potest sed ad ista supra responsum est. Quare autem anima non diffinitur per formam dicitur ꝙ forma dicit comparationem ad id quod remotissimum est a completo hoc est ad potestatem materie. Anima autem dat complementum illi cuius est Ad aliud dicitur ꝙ anima est actꝰ materie organizātc q̄ dr habere vitā in potentia non ꝙ sit subiectū poiēte: sed est subiectū vite z aīe potētis exercere operationes vitales.

¶ Ad sextum potest dici ꝙ anima habet modum generis sicut substantia diceretur habere modum generis ad materiam vel formam vnde forma vocatur species vt patet T C. 2 Ad aliud de oculo dicitur ꝙ si oculus inqētum huiusmodi esset ens per se subsistens tunc visus esset sua anima: quia inquantum huiusmodi esset substantia z ideo sua forma scilicet visus esset substātia vt habetur hic. T C. 9. Sed hoc est impossibile.

¶ Ad septimum negatur consequentia licet anima vegetabilis posset dici irrationalis negatiue.

¶ Ad octauum dicitur ꝙ anima quo ad questionez an est: est certissima vt ptz in. s de anima. Scd̄o dicit ꝙ non inconuenit ꝙ aliquando eadē sint nobis priꝰ nota z nature licet frequenter in naturalibus causa est notior effectu Et bene dicitur frequenter vt ptz ex alberto in. 1. de anima cō 11.

¶ Ad nonum dicitur ꝙ volūtas et sensualitas sunt vnum genus potentie nō autem sensus et intellectꝰ quia sensitiuuz z intellectiuum habēt diuersa obiectā genere Vel forte non inconuenit ꝙ sint plura genera potentiarum. Si quis aliquod istorum generum voluerit subdiuidere intellectiuum est quasi genus ad nos et angelos vel eo modo quo dicimus humanum genus.

¶ Ad decimum Negatur consequentia Potentie enim distinguuntur per obiecta. Gradus autem vite secūdū separabilitatem. Si dicatur Accidentia distinguuntur per subiecta ergo potentie non distingūtur per obiecta. Eadem enim potentia est contrariorum que maxime distant vt ptz. 5. metha. Dicendū ꝙ distinctio nūeralis z nō specifica est a subiecto.

¶ Ad vndecimum dicitur ꝙ potentia obedientialis coincidit cum alijs vnde intellectus secundum ꝙ suscipit cognitionem supernaturalium dicitur obedientialis potentia in ordine autem ad alia naturalis. Ad aliud dicitur ꝙ appetitus naturalis coincidit cū alijs non autem appetitus animalis. Utrum autem quelibet potentia habeat in se delectationem postea dicetur. Si dicatur lapis appetit descendere: ergo appetitiuum est in lapide: ergo potentia appetitiua non sequitur animam hic est dubium an lapides crescant. Et per consequens an habeant animam vegetatiuam. Dicendum ꝙ non San. Tho. in. 2. Sed respondetur per distinctionem positam de appetitu. Utrum autem appetitus naturalis sit aliquid distinctū a re ipsa Sā. Tho. dt. 1. parte. q. 81. ar 2. ꝙ appetitus naturalis est inclinatio cōsequens formam naturalem. Et sic videtur forte dicere quādam potentiam a re distinctaz vnde inclinatio est: ꝑ leuitatē vt habet. 1. parte q 59. ar. 2.

¶ Ad duodecimum negatur ꝙ prius semper separetur a posteriori. Et licet in potētijs sit gradus essendi Non tñ semp est diuersus gradꝰ vite.

¶ Ad decimūtertiū dicit ꝙ hic loquimur de motu animalis progressiuo dubitant autem quidam an iste conueniat serpentibus: quia olim gradiebantur super caudam. Quibusdam enim animalibus imperfectis conuenit motus progressus: quia musca z apis sunt animalia imperfecta.

¶ Ad decimum quartum dicitur ꝙ potentia habet vitam idest operationem vitalez vel est vita: quia est in anima. Ad aliud negatur consequentia z satis dictum est in fine primi de anima San. Tho. de ve q. 10 ar 1. 2m dicit ꝙ ex parte subiecti sunt tantūtria genera potētiarum vide ibi distinctionem San. T. Et notandum ꝙ verum est ꝙ quando potentie ad equalia se extendunt tunc q̄to virtus est altior tanto magis est vnita secus aūt si se extendant ad inequalia. Et notundum vt dicit albertus. c. 15. ꝙ secundū peripatheticos in immortalibus sicut in corporibus celestibus est vita intellectiua separata a vegetatiua. Et platonici ponūt ꝙ dū sunt animalia rationalia: sz mortale additū nobis separat nos ab illis sz secūdū veritatē omne intellectiuū est vegetatiuum.

AD secūdū sic ꝓcedit videt ꝙ nō sint tres partes vegetatiue scilicet nutritiuum/augmentatiuuz/z generatiuū/ quia eadem est potentia generatiua z augmentatiua ignis enim per eandē potentiam generatiuam z debitā q̄titatem eiusdem ergo animatum per eandem potentiam generat z nutrit. Sed ꝯtra est phi. t. c. 41.

¶ Respondeo dicendum q potentie anime habent ordinem inter se quia in eis subsistendi consequentia non convertitur vt declarat hic San. Tho lect. 6. vn de vbi est intellectiuum ibi est sensitiuum: sed non econuerso. Et hoc etiam dicit San Tho. 1. parte. q. 77. ar 4. vbi ponit triplicem ordinem inter potentias scz ordinem nature secundum quem perfecta sunt priora ⁊ sic intellectus precedit sensum Secundo. secundũ ordinẽ generationis ⁊ temporis prout ex imperfecto venitur ad perfectum. Et sic sensus precedit Tertio est ordo secundum obiecta ⁊ sic visus precedit auditum: quia visibile in pluribus reperitur q̃ sonus.

¶ Notandum preterea vt dicit philosophus hic et Sanc. Tho. ibidem art. 7. Anima habet triplicem causam ad suas potentias scz actiuam. finalem. ⁊ materialem ordine quodam vnde anima per intellectũ est finis ⁊ actiuum principium sensus Et ex hoc pz q potentie anime fluunt ab anima. Scdo pz q pmo determinandum est de vegetatiuo: quia communius est ceteris potentiis.

¶ Notandum preterea q philosophus probat animam esse causam formalem viuentis: quia est ei causa essendi. Viuere enim viuentibus est esse sed viuere est ab anima Secũdo probatur q anima est finis corporis viuentis: quia sicut in artificialibus forma artificialis est finis quem intẽdit artifex ergo in naturalibus anima est illud quod intendit agens naturale. Tertio dicit q anima est causa efficiens viuentium. Efficit enim motum ⁊ sensationem. Quidam tamen dicunt q anima non est causa efficiens viuentium licet dicatur esse principium productiuum motus: quia in omni ente naturali est principium motus vt hic dicit phus. Tamen inanimata non mouent se vt dicitur. 8 phi.

¶ Notandum preterea q ex hiis satis pz q operationes que attribuunt potentie vegetatiue sunt ab anima scilicet generare ⁊ augmentare quorum primum secundum phi. est naturalissimum opus in viuẽtibus: qz hoc cõuenit omnibus animatis. Et quia per hoc res assimilantur deo secundum posse. Sicut enim de9 est perpetuus sic per generationẽ res sunt perpetue secundum speciem. Et ideo entia naturalia agunt propter esse diuinum secundum quandam participationem.

¶ Notandum tamen q ab hac operatione secundum philosophum ⁊ San Tho. lec. 7. excipiuntur tria scz pueri. Secundo spadones ⁊ frigidi Tertio plante ⁊ animalia que generant ex putrefactione ad quorum productionem secundum San Tho. sufficit agens vniuersale scilicz virtus corporis celestis et materia disposita secus autem est in animalibus perfectis Ex hiis pz q finis forma ⁊ efficiens coincidunt in idem numero Si dicas ex quo multi nõ generant an faciunt contra illud preceptũ genesis primo crescite ⁊ multiplicamini. Notandum preterea q empedocles dixit augmentationem ⁊ diminutionem non esse ab anima: sed ab elementis vnde dicebat plantas augeri deorsum: quia partes terre descẽdunt deorsum augebant autem sursum propter ignẽ qui mouet sursum. Difficile enim videbat quomodo per nutrimentum auricule hominis augeantur: quia cum cibus descendat ad stomachum quid mouet alimentum sursum scilicet ad caput hominis Sed empedocles male accipiebat sursum ⁊ deorsum scz eodemmodo in nobis ⁊ in mundo hoc autem est falsuz quia radix in plantis est sursum: quia ibi est os earũ In hominibus autem os est sursum per respectum ad vniuersuz vnde Ouidius 1. met Pronaqz cum spectant animalia cetera terram Os homini sublime dedit celumqz videre iussit ⁊ erectos ad sydera tollere vultus. Item si in animali per elementum vna pars moueretur deorsum ⁊ alia sursum tunc animal statim dissolueretur. Et ideo dicendum q mot9 nutrimenti naturaliter est ab anima vel potius animaliter Sed contra grossius ⁊ terrestrius est nutrimentum inferiorum membrorum. Dicendum secundum albertum q hoc non est semper verum nisi forte in senibus ⁊ mulieribus frigidis in quib9 plus nutriuntur inferiora mẽbra ꝓpter caloris defectuz: qz calor est instrumentũ aĩe. ⁊ deficiente instrumẽto nõ sunt bone operationes artis.

¶ Notandum preterea q philosophi dicebant motũ augmentationis fieri ab igne: qz videmus q ignis in lãpade nutrit ⁊ augmẽtat si hz cõbustibilia. Sz cõtra dicit philosophus. Animal nõ põt in infinitũ augeri sicut ignis cui si apponant infinita ꝯbustibilia in infinitũ auget. Sed hic dicũt qdã q si auget in vna parte corrũpit in alia. Sed tunc ratio philosophi parum valeret.

¶ Notandũ preterea q alimẽtũ debet esse contrariũ ei quod alit: qz oportet q mutet in aliũ. Mot9 autez fit de contrario in contrarium.

¶ Tunc respondetur q sunt tres partes potẽtie vegetatiue. Nam alimentum quod est obiectum potẽtie vegetatiue vel est in potentia ad corpus animatũ Et sic circa ipsuz est nutritiua per alimentum conseruans animatum. Vel alimentum est in potentia substantie generans Et sic circa ipsum est potentia generatiua Vel per alimentum viuum acquirit debitam q̃titatem ⁊ sic circa ipsum est potentia augmentatiua. Et per hec patet ordo inter has potentias. Nam primo est potentia nutritiua Secũdo augmẽtatiua. Tertio generatiua. Sicut int esse ⁊ esse q̃tũ ⁊ agere. Et differunt nutritiua ⁊ augmentatiua: qz q̃diu durat nutritiua tam diu saluat indiuiduum. Sed augmentatiua non agit per totam vitam Nutritiua etiam agit per alimentum secundũ longitudinem latitudinem ⁊ profunditatem. Augmentatiua autem agit secundum longitudinem. Et ideo oportet q suus calor sit fortis. Alias ossa non possent augeri. Nutritiua autem magis agit secundum latitudinem ⁊ ideo post iuuentutem plus agit nutritiua q̃ augmẽtiua Sed nonne semper est eque fortis calor in animali Dicendum q in animali est duplex calor scz naturalis ⁊ nutrimentalis. Primus est in humido naturali Secundus est in nutrimento ⁊ ideo semper habet aliquid de extraneo ⁊ ideo non est ita efficax sicut in principio. Et ideo post iuuentutem non sufficit amplius extendere ⁊ nutrire: sed nutrire tantum. Et notandum q tempus incrementi secundum Galienum ⁊ auicennam est tempus etatis puerilis qui sunt calidi ⁊ humidi propter vicinitatem quam habet ad suam originem que est ex calido ⁊ humido que faciunt extensionem. Sed successu temporis humiduz exsiccatur Et indurantur membra. Tamen non est calidum maius in iuuenibus q̃ pueris licet sit acutius sicut idem calor acutius agit in ligno q̃ in aqua vnde pueri plusq̃ dimidiuũ ꝑficiũt sue quãtitatis ꝯmuniter circa. 7. annũ vide albertũ. C. 7.

¶ Notandum ꝙ predicte tres virtutes habent quatuor alias subseruientes scȝ appetitiuã/attractiuã/ digestiuam/⁊ expulsiuam. Per primam aĩal appetit cibum per famem ex sensu euacuationis. Per attractiuam alimentum vadit ad singula loca. Digestio autem fit per calorem qui etiam attrahit cibum sicut in lampade suggit oleum. Est etiam vis retentiua tenens alimentum vt decoquatur. Digestiua autẽ iuuatur calido ⁊ humido q̄ꝛ hec alterãt ⁊ faciũt fluere vnde albertus ponit quatuor digestiones. Prima fit in ore vnde triticum masticatum accipit virtutem maturationum apostematum quam non hꝫ contusum. Secunda est in stomacho vbi grossum a subtili separatur vnde digestio oris hic perficitur. Et ideo a quibusdam dicitur prima ⁊ secunda in epate vbi succus de cibo elicatus trahitur per venas que miessante dicũtur ad epar/⁊ ibi rubeum sanguinis accipit colorem ⁊ dirigitur ad venas in quarum extremitatibus accipit tertiam digestionem et mutatur in albedinem ⁊ separatur ab eo nimia aquositas que p colatoria vrine emittitur ĩ animalibꝰ vrinãtibꝰ in aliis aũt remanet cũ fece. Quarta digestio fit ĩ singulis membris ad propriam similitudinem membrorum in plantis autem quia terrestrea sunt non est stomachus sed est eis terra pro stomacho: quia in terra sub radicibus eliquatur humidum permixtum ⁊ subtile quidam suggunt radices ⁊ grossum dimittũt ⁊ ideo ventre non indigent. expulsiua autem expellit superfluum siue sit purum siue impurum ⁊ iuuatur p .4. scȝ per caliditatem que aperit ⁊ per humiditatem que reddit lubricitatem. Tertio per frigiditatem per accidens propter ventositatem que cum impetu expellit superfluum ⁊ per siccitatem. Hec autem .4. vocantur virtutes naturales eo ꝙ vt natura per instrumenta corporalia operantur ⁊ scias ꝙ sem per virtutis instrumentum ⁊ vehiculum est spiritus secundũ albertum si fiat cõparatio anime vegetabilis ad sensibilem et rationalem tunc iste vires vocantur naturales ⁊ est nutritiua diffusa per totum corpus similiter augmẽtatiua. Si queratur ex quo fit generatio Dicendum ꝙ ex superfluo alimenti vel si non sit superfluum fit ex eo ꝙ est necessarium ⁊ multũ nocet. Nõ fit aũt ex eo ꝙ est actu animatũ vt quidam dicũt: q̄ꝛ tũc generare esset dolorosum: q̄ꝛ esset per diuisionem Item actu pars non deciditur a toto corpore semẽ autem deciditur a toto corpore. Item videmꝰ ꝙ semen arboris non est lignũ ⁊ semen animaliũ nõ est caro nec os: sed humor albꝰ ⁊ salsus.

¶ Et notandũ ꝙ virtus generatiua imprimit alimẽto superfluo virtutem formatiuam que cũ deuenerit ad locũ debitũ format semen in organicũ corpꝰ. in organo est virtꝰ attractiua seminis ad vasa seminalia: Hec tamen omnia sunt principaliter ab anima vegetatiua. Et per alias qualitates. Calor enim spumosum facit semen. Anima autem sensibilis licet presupponat temperamentũ qualitatũ primarũ in suis actionibus Non tamen agit mediante calore. De his Sanctus Tho. de po. q. 3. ar. 12. Et in fine prime partis.

¶ Contra hec arguitur inter species non est ordo: sed potentie sunt species ergo non habent ordinem. Itẽ dictũ est ꝙ intellectꝰ est actiuũ principiũ sensus hoc autem non videtur: q̄ꝛ sensus se habet vt dispositio ad intellectũ ⁊ vt subiectũ ⁊ materiale quoddam prima parte. q. 77. articulo. 7. in bestiis etiam est sensus ⁊ tamen ille non causatur effectiue ab intellectu.

¶ Secundo de prioribus priꝰ est determinandum Sed phũs non priꝰ determinat de potentia intellectiua: sed de vegetatiua: ergo nullo modo intellectiua potentia est prior. Item intellectiua operatio dependet a sensu sed illud a quo aliud dependet est perfectius.

¶ Tertio arguitur ꝙ generare sibi simile non est naturalissimum operum in viuentibꝰ: q̄ꝛ hoc non conuenit animalibus imperfectis nec pueris quod aũt est naturale cõuenit semp vnde quantũcũqȝ lapis proiiciatur sursum semper descendit vt dicitur 2. ethicorum. Item per frequentem generationem animalia efficiuntur breuioris vite secundum philosophũ ergo hoc non est naturalissimũ opꝰ Alias virtus virginitatis esset contra naturam.

¶ Quarto sequeretur ꝙ naturale desideriũ animaliũ frustraretur: q̄ꝛ per generationem appetũt esse q̄d perpetuũ quod est esse diuinũ. Et tamen post diem iudicii nulla animalia erunt preter hominez. Item illud est naturalius quod est magis proprium . Sed nutriri et esse est magis proprium q̄ generare: quia est proprium: quarto modo conuenit enim omni soli et semper.

¶ Item dicitur semper sibi proximus esto sed per nutritionem homo conseruat se ⁊ per generationem speciẽ. Itẽ naturalissimũ est appetere suũ esse.

¶ Quinto arguitur ꝙ in animato non sint predicte .3. potentie: q̄ꝛ nutritiua est in illo q̄d nutrit. Sed alimẽtũ est illud q̄d nutrit: q̄ꝛ ex eisdem sumꝰ ⁊ nutrimur. Item potentia generatiua est in semine. Alias occiso semine non generaret homo semen aũt non est animatũ: sed est superfluũ nutrimenti habens vim generatiuam sibi impressam: ergo potẽtia generatiua nõ est in animato. Si enim semen esset animatum tunc esset vnum paruum animal decisum ab omnibꝰ partibus.

¶ Sexto arguitur ꝙ nutritio non sit ab anima vegetatiua: q̄ꝛ est a calore ⁊ potentia nutritiua. Item ignis nutritur per oleũ ⁊ ignis generat ignem ergo nutrire ⁊ generare non possunt ab anima vegetatiua. Et ex eodem argueretur ꝙ philosophꝰ male diffinit potentiam ꝙ est generatiua alterius sibi similis in specie: quia hoc conuenit igni et deest mulo qui tamen habet animam.

¶ Septimo arguitur ꝙ nutritiua non distinguãtur a generatiua: q̄ꝛ habet idem obiectum speciei: q̄ꝛ eadẽ est forma spẽ que fit per nutritionem ⁊ que fit per generationem . Forte dicis ꝙ potentia nutritiua agit in materia coniũcta generatiua autem in materia separata Contra hoc non diuersificat potentias: q̄ꝛ idem visus videt colorem seorsum existentem ⁊ coniuncti alteri Item nutritio est quidam motus: q̄ꝛ omnis potentia actiua transmutat alterum inq̄ntũ alterũ. Sed non est motus localis nec precise alterationis: ergo est generatio vnde nutritiua ex materia nutrimenti quam conuertit in substantiam aliti producit substantiam. Forte concedis ꝙ realiter sunt vna potentia. Contra tunc sicut aliquid nutrit se ita etiã generet se.

¶ Octauo arguitur ꝙ augmentatiua non differũt ab aliis: q̄ꝛ diminutio animalis non est a speciali potentia: ergo nec augmentatio. Per hoc enim ꝙ nutritiua plus conuertit q̄ deperditum sit sequitur augmentatio Item habet idem obiectum cum aliis

scilicet alimentũ. Forte dicis q̈ est aliud formaliter quia est obiectũ augmentatiue vt est potentia caro q̈ta. ⁊ nutritiue vt est in potentia substantia membrorum. Contra sequeret q̈ genere differret a nutritiua: q̈z obiectũ suũ est alterius generis scꝫ q̈titas. Item q̈titas est accidens: ergo obiecta ista non differ[illegible] nisi scḋm accidens.

¶ Nono vel iste potentie sunt in eiusdem speciei in omnibus vel non. Si primũ tũc q̈libꝫ animal haberet potentiam generandi quodlibet aliud animal. Si secũdũ. Contra potentia distinguunt per obiecta: sed habent idem obiectũ ⁊ eosdeꝫ actus specie. Item est idem radius solis qui indurat ⁊ liquefacit. Iteꝫ tunc in homine oporteret ponere plures nutritiuas ⁊ generatiuas per quas nutrirent oa ⁊ neruí: q̈z isti sunt diuersi termini. Forte dicis q̈ reducunt ad vnũ. Contra omnes potentie reducunt ad vnũ scilꝫ ad cor ⁊ tamen non sunt vna. Item per eandem potentiam nutritiuam fiũt .4. digestiones supra positi licet sint diuerse. Item per potentiam augmentatiuam fit motus localis: quia auctum maiorem locum occupat et per nutritiuam cibus mouetur localiter ad sua loca: ergo ab eadem potentia sunt diuersi actus.

¶ Decimo vel nutritio semper est q̈diu animal viuit vel non: si primum. Contra sicut dicitur in .1. de som. ⁊ vi. agentia indigent requie visus enim fatigatur ⁊ animalia indigent som. ⁊ dicit alber. ⁊ auicẽna q̈ serpentes vel glires per quattuor mẽses in hyeme nihil commedunt ⁊ visa abscondit se per .40. dies ⁊ aliquando per multos menses. Si secundum. Cõtra in primo de gene. dicitur q̈ animal nutritur q̈diu viuit sed non augmentatur. Et per hoc differt nutritiua ab augmentatiua.

¶ Undecimo Null⁹ est mot⁹ nutritionis: ergo nec potentia nutritiua. Antecedens patet: quia idem est motus ⁊ motus vnus. Sed in nutritione non est vna digestio sed plures.

¶ Item q̈tum additum q̈to facit maius. Si ergo per nutritionem aliquid adueniret sequeretur q̈ nutritio esset augmentatio. Iteꝫ nullus motus naturalis est ad diuersos terminos. Sed nutritio fit sursuꝫ ⁊ deorsum. Item econuersio nutrimẽti in substantiã aliti est generatio. Forte dicis q̈ non: quia in generatione oportet q̈ sit nutritio totius ⁊ nõ tantũ partis. Contra idem est motus totius ⁊ partis scḋm phi. Item queritur in quo est iste motus nutritionis si in animali: ergo animal quod nutritur mutatur de contrario in contrarium: quia omnis motus est de cõtrario in contrarium. Item animal manet semper eiusdem: ergo in ipso non est motus nutritionis. Item nutrimentum mouetur ⁊ est patiẽs: ergo in eo est motus nutritionis. Forte concedis. Contra tunc nutrimentum diceret nutriri: quia habet motum nutritionis. Item nihil mouet motu isto nisi animatum. Item totum nutrimentum in secessum emittitur vt habet in euãgelio. Omne quod in os intrat ⁊c. ergo in eo non est motus nutritionis. Item agens repatitur in agendo: ergo in eo que nutritur est motus ab alio contra phi.

¶ Duodecimo vel augmentatiua est eiusdeꝫ speciei in omnibus hominibus vel non si primum: ergo omnes sunt eiusdem q̈titatis: quia omnium natura cõstantium est certus terminus augmenti vt hic dicit phi. Item potentia augmentatiua est de genere q̈titatis: quia actus ⁊ potẽtia sunt in eodem predicamẽto sed q̈titas non est actus: ergo nulla est potentia augmentatiua. Item si talis ponatur potẽtia naturalis augmentatiua tunc animal semp deberet augeri vel oporteret q̈ homo post iuuentuteꝫ perderet illam potentiam. Forte concedis. Contra ignis fortificatur per appositionem combustibilem: ergo q̈to homo plus crescit tanto ista potentia est fortior. Forte dicis q̈ manet: ergo erit ociosa. Sꝫ dicas q̈ postea est causa diminutionis sicut auditus est de silentio cessante sono. Cum enim motus diminutionis nõ sit voluntarius nec violentus oportet q̈ sit a principio intrinseco. Contra idem in q̈tum idem semper natuꝫ est facere idem.

¶ Tertiodecimo arguitur q̈ sunt plures potentie vegetatiue q̈ tres: quia virtus attractiua nutrimenti est vera potentia. Et similiter retentiua attracti. Digestiua retenti et expulsiua superflui. Non enim sunt in alia specie qualitatis q̈ in secunda: ergo sunt potentie. Non enim sunt actus. Item probat q̈ generatiua non est finis aliarum quia vt dictuꝫ est non in omnibus est generatiua. Forte dicis q̈ attractiua continetur sub nutritiua cõtra. In generatiua etiã est attractiua. Et in plantis est nutritiua ⁊ nõ digestiua: q̈z nõ faciũt digestionẽ nec expulsionẽ superflui. Nisi forte dicat q̈ cortex sit illud superfluum. Sed e cõtra non habent organũ digestiue vel expulsiue: ergo nõ habent potestatẽ istam.

¶ Quartodecimo arguit q̈ generatio sit per semen animatum in principio: quia ypocras dicit q̈ per decisionem vene que est iuxta aures generatio impedit ergo semen est pars animalis. Item dicit q̈ quidam equus: quia nimis vacabat generationi inuentus est sine cerebro. Item filius dicitur esse de substãtia patris ⁊ habet similia accidẽtia cum patre: ergo fuit pars patris vnde aliquando est leprosus sicut pater. Itẽ in pte animalis annulosi decisũ est anima: ergo multo magis in semine deciso.

¶ Ad primum dicitur a San. Tho. q̈ species considerare secundum esse earum habent ordinem. Nõ autem si considerent secundum perfectionem generis. Si querat an ergo homo ⁊ asinus per respectuꝫ ad animal sint eiusdem perfectionis. Si sic videtur q̈ illo modo sint eiusdeꝫ speciei de hoc in logica. Ad aliud dicit q̈ primum est causa aliorum vt dicitur .8. phisico. Et ideo anima intellectiua est quoddammodo principium actiuum sensus. Sicut forma accidẽtium compositi. Si querat an omnes potentie anime sint in anima subiectiue dicendũ q̈ omnes sunt in anima sicut in principio: sed ille que exercent per organum corporeum sunt in composito vt visus et auditus.

¶ Ad scḋm pꝫ per distinctionem de priori. Nec inconuenit ratione subiecti intellectiuam operationeꝫ dependere a minus nobili.

¶ Ad tertium dicit q̈ ab illo philosophus excipit imperfecta ⁊ orbata ⁊ habentia spontaneam generationem vnde genita ex putrefactione dicunt habere spontaneam generationem vt mures in domo: quia non apparet determinatum agens a quo fiant necessario. Homo autem dicit aliquid sponte agere quando a nulla causa necessitat. Sed nonne naturalissimum opus murium est generare. Et animalia imperfecta vt serpentes generant. Et plante. Sed hec nõ sunt imperfecta secundum q̈titatem. Orbata autem

sunt eunuchi et castrati qui carent principio. Ad aliud dicitur ꝙ esse speciei prolongatur. Et hoc est melius. Si dicatur species non est nisi per operationem intellectus sicut nec alia vniuersalia: ergo esse speciei non est melius ꝙ esse indiuidui dato ꝙ capiatur esse speciei secundum ꝙ est perpetuũ. Dicendũ ꝙ fundamentum speciei est natura realis.

¶ Et notandum ꝙ generare non dicitur naturale sicut aer quasi componatur ex materia et forma. Sed quia res ad ipsum habet inclinationem naturalem dubitant quidam an demones possint generare saltem eo modo quo femina generat: quia multi dicunt ꝙ femine non habent potentiam generandi actiuam licet sit eiusdem speciei cum viro. Sed de his alias. Cum determinabitur de nutrimento. An debet esse simile vbi dicetur ꝙ ante decoctionem est dissimile et solum simile in potentia non remota sed propinqua.

¶ Ad quartum dicitur ꝙ omnia sunt propter hominem et ideo intentio nature non ee toto frustratur nec per hoc destruitur virginitas: quia vacare contẽplationi est nobilius opus ꝙ generare cum in isto cõsistat hominis beatitudo vnde decimo ethic. dicitur ꝙ homo secundum intellectum operans est deo amantissimus et similimus et San. Tho. I. prima parte. q. 92. ar. I. in animalibus est aliquid nobilius generatione videtur ergo ꝙ sit naturalius etiam vt natura distinguitur contra violentum: quia natura facit de possibilibus quod melius est. Negatur consequentia. Sed contra terminus generationis est perfectior ꝙ terminus intellectionis: quia substantia est perfectior accidẽte et per idem arguitur ꝙ generare est nobilius ꝙ sentire quod tamen est falsum. Item per intellectionem res non perpetuantur sicut per generationem per illam tamen aliquomodo assimilantur deo in intelligendo ideo nobilissima operatio est intelligere. Et ideo dicendum ꝙ nobilitas motus non semper est ex termino: sed aliquãdo ex obiecto modo obiectum intellectionis nostre est deus et sensationis substantia saltem per accidens.

¶ Ad quintum dicitur ꝙ animatũ nutrit se per alimentum. Unde duplex est alens. Primum est ipsa anima primũ autem est potentia vegetatiua illud autẽ quod alitur est corpus. Alimẽtum vero est illud quo alitur instrumẽtaliter. Nec in semine est principalis potentia sed quedam virtus potentie generatiue vnde potentia generatiua non immediate attingit genitum: sed semen cui dat virtutẽ quandã formatiuã vnde semen patris facit oĩa mẽbra et durat iuxta semen mulieris donec introducatur anima sensitiua et tunc euanescit licet anima non introducatur in semine paterno quod nõ agit in seipsum.

¶ Ad sextum patet per idem nec ignis proprie nutritur nec generat: quia generare est per emissionem seminis vel alterius aliud producere. Nec ignis in seipso aliquid recipit et ideo nõ nutritur proprie. Sed adhuc dubitatur contra rationem phi. quia Primo phi. dicitur ꝙ entia naturalia sunt determinata ad maximum et minimum: ergo ignis per combustibilia non potest in infinitum augeri. Dicendum ꝙ secundũ phi. omnia elementa non possunt mutari in ignes et ideo dicitur in infinitum augeri idest multo plus potest augeri ꝙ animalia vnde regnante ex vna parte constellatione generante ignem tunc ex alia parte corrumpitur per constellationem frigefactiuam. Sed secluso agente extrinseco dubium videtur an ignis possit in infinitum augeri per appositionem combustibilium. Quibusdam videtur ꝙ sic: quia ignis successiue potest habere infinitas partes: ergo et simili tenet consequentia quia eius pmanens est talis nature ꝙ non repugnat ei habere omnes partes suas simul. Item secluso extrinseco cuilibet igni potest alius ignis continuari et per talem additionem ignis est maioris virtutis: ergo nihil eius corrumpitur. Item quilibet ignis adhuc posset rarefieri. Sed hoc ab aliis negatur: quia alias vna faba posset replere totum mundum.

¶ Ad septimum dicitur ꝙ non est simile de colore: quia visus non fertur in colorem vt est subsistens. Nutritio autem non est proprie generatio: sed est ab alia potentia sicut artifex per diuersa instrumenta producit diuersas res. Quidam tamen dicũt ꝙ est quedam partialis generatio.

¶ Ad octauum dicitur ꝙ diminutio est ab anima et virtute augmentatiua deficiente. De alio dubium est in quo predicamento ponatur potentia augmentatiua. Videtur enim ꝙ sit naturalis potentia. Et per consequens in predicamento qualitatis. Sed contra vires anime sunt supra vires naturales: ergo non debent dici naturales. dicit San Tho. I. parte. q. 78. ar. 2. ad. I. ꝙ potentie iste dicuntur naturales: quia habent effectum similem naturali sed altiori modo. Si queratur in quo predicamento est potentia nutritiua. Dicendum ꝙ non est in predicamento substantie cum nec sit materia forma nec compositum. Sed de his supra.

¶ Ad nonũ dicitur ꝙ specie differũt. Nec habent idẽ obiectum specie.

¶ Ad decimum dicitur ꝙ anima non est p magnum temp⁹ sine nutritione occulta vel manifesta vel dispositione ad nutritionem.

¶ Ad vndecimum dicitur ꝙ motus alterationis est in alimento nutritio autem est in animali secundum ꝙ aliud corpus sibi iungitur et est motus animalis vel naturalis procedens de contrario ex parte nutrimenti quod est quodãmodo contrarium dispositioni animalis. Et concedo ꝙ animal quod augetur mouetur in propositione autem euangelii est distributio pro generibus singulorum.

¶ Ad duodecimum patet ex dictis. Et nota ꝙ calor hominis se habet sicut vinum cui si multum addatur de aqua tunc debilitatur. Sic etiam calor naturalis debilitatur agendo in humidum radicale aliqualiter corrumpendo ipsum a quo repatitur. Et propter hoc colerici aliquando diutius viuunt. Sed de hoc alias.

¶ Ad decimũtertiũ dicitur ꝙ iste non sunt proprie potẽtie scilicet principales sed subseruiunt aliis vt dicit Albertus. Et notandum ꝙ tres potentie possunt dupliciter ordinari scilicet respectu indiuidui et tunc generatiua est prima deinde nutritiua et 3. augmentatiua. Sed respectu speciei generatiua est vltima cui subseruit augmentatiua.

¶ Ad decimũquartũ dicit S. Tho. de po. q. 3. artic. 12. ad. 8. ꝙ cum sperma sit quedam superfluitas ideo habet quasdam proprias vias quibus intercisis generatio impeditur. Si dicatur ergo etiam carens digito non posset generare quia semen oportet esse decisum ab omnibus partibus. Negatur cõsequentia. Ad aliud dicitur ꝙ per nimiam frequẽtationẽ pars animalis resoluitur in semen. Ad aliud dicitur ꝙ se

mẽ in potẽtia est de substãtia patris. Si queratur in qua digestione accipitur semen. Dicitur q in .3. ex superfluo. Ad aliud dicitur q egritudines filiorum proueniunt ex indispositione seminis propter egritudinem parentum. Si dicatur sicut semen est ex superfluo sic etiã capilli. Sed in capillis hominis est anima rationalis: quia crescunt: ergo est in eis anima. Et non nisi rationalis cum in homine sit tantũ vna anima. Et hoc dicit Sã. Tho is .4. d .44. q.1. ar. 2. q.3. ad .3. Sed ex hoc satis patet q non est simile de semine quia semen non crescit concedo tamen q in embrione est anima vnde philosophus dicit q embrio primo viuit vita plante. Sed contra planta habet ramos z radices Non autem embrio. Dicendũ q hoc non est semper verũ vt patet de ossibus in quibus est vita plante id est anima vegetatiua. Si queratur an embrio sit animal videatur San. Tho. de potentia. q.3. ar. 90. ad. 9. z. 10. Dicit tamen ibidem ad. 16. q virtus formatiua que in principio est in semine manet aduenientе anima rationali z que prius fuit formatiua corporis fit post modum corporis rectiua. Sed aliter videtur prima par. q. 116. ar. 1. ad quartum.

AD tertium sic proceditur videtur q sensus non sit potẽtia passiua: quia quod est principium suarum operationum est potentia actiua. Sz sensus est principium operationis z agendi Et sensationis: ergo est potentia actiua. Sz contra est philosophus.

¶ Respondeo dicendum q duplex est potentia scilicet essentialis que est ad actum primũ z sic ille qui nichil scit est in potentia ad sciendũ. Alia est accidẽtalis z sic ille qui habet habitum scientie dicitur habere actum in potentia. Prima vocatur remota. z proxima. Et cum prima stat habitus opposit⁹. Non autem cum secunda. ¶ Tunc dicitur q sensus est potẽtia passiua. Patet quia sensus recipit species sensibiles ab obiecto. Sed recipere est quoddam pati. Pro quo notandum q duplex est passio scilicet corruptiua z perfectiua: corruptiua est receptio forme in subiecto cum abiectione alicuius perfectionis vt cum aqua calefit. Perfectiua vero opposito modo diffinitur vt cũ quis fit sciẽs z talis passio non est proprie alteratio sed improprie Unde in tertio de anima dicitur q intelligere est quoddam pati secundum q exire de ocio in actum est nouum genus alterationis vt dicit Sã. Tho in 1. d. 37. q.4. ar.1. ad.2. Si dicatur intellectus mutatur de contrario in cõtrariũ scz de errore in scientiam vel econuerso: ergo ibi est proprie motus: negatur cõsequentia: quia accidit scientie q error precesserit Sed contra accidit colori q frigiditas precesserit: ergo motus ad calorem non est proprie alteratio. Sed de hoc .7. phi. Secundo probatur: quia si sensus esset potentia actiua tũc posset sentire sine obiecto: quia quando patiens est actiuum virtus actiua sufficiens est seipsa ad agendum sicut ignis ad calefaciẽdũ ita q si ignis esset patiẽs tunc etiam posset comburere se si est actiu⁹ Et si queratur a quo reducitur sensus de po. ad actum. Dicendum q a proprio obiecto quod est mouens z agens respectu sensus. Si autem queratur. A quo producitur ista potentia dicendum q a generante vel fluunt ab anima vt supra tactum est. Preterea sciẽdum q sensus in actu non est ipsa sensibilia ita q ex eis componatur sicut putabant antiqui: quia alias sensus posset sentire sine obiecto per suas partes ex quib⁹ componitur.

¶ Circa hec San. Tho. mouet tres disputationes Prima an ille qui accipit scientiam fiat semper sciẽs a magistro z patet q non de primo sciente: q: alias procederetur in infinitum. Dicendum q ibi semper est doctor extrinsecus vel intrinsecus scilicet intellect⁹ agens vel lumen naturale vt cum quis per seipsum inuenit scientiam. Secundo dubitatur an sensus sit singularium tantum scientia vero vniuersalium Dicendum q sensum esse vniuersalium potest dupliciter intelligi vno mõ quo ad suã operationẽ sentiẽdi et sic est singulariũ vnde nihil videt nisi singulare.

¶ Alio modo quo ad potentiam. Et hoc dupliciter scilicet subiectiue z tunc notum est q potentia sensitiua est singularis: alio modo obiectiue Et hoc dupliciter scz per se z sic est singularium: q: est virtus in organo corporali existẽs z ideo materialiter recipit similitudinem obiecti Et per consequens singulariter. Aliq dicunt q si in sensu consideretur ratio obiecti tunc sensus est vniuersalium: Alias non esset vna potentia visiua omnium colorum. Tamen si consideretur obiectum ipsum quod sentitur sic sensus est singularium.

¶ Notandum preterea vt habetur in libro de sensu z sensato quod q̄dā dixerūt visionem fieri ex hoc q̄ aliquid emittebatur ab oculo vsq; ad visibile vt empedocles. Sed contra tunc res viderētur de nocte. Item non videtur q̄ oculus meus possit aliq̄d causare vsq; ad solem per totum medium. Sed ista non concludunt quia beatus existens in celo oculo corporali posset me videre ergo produco speciem vsq; ad celum.

¶ Notandum preterea q̄ oculus est instrumentum visus z est sphericus constans ex trib⁹ humorib⁹ z quattuor tunicis Nam ab extremitatibus cerebri p̄cedunt duo nerui qui concurrūt in parte āteriori cerebri se mutuo diuidētes z ille qui procedit a parte sinistra vertitur ad dexteram partem z ille qui procedit a parte dextra vertitur ad sinistram z vnus protenditur ad vnum oculum z alius ad alium z sunt cōcaui vsq; ad oculum z prope foramen capitis dilatantur sic quod ibi est quedā spera rotūda ex tribus humoribus z .4. tunicis scōm p̄spectiuos vel .7. secundum medicos z ista spera dicitur oculus prima tunica p̄cedēdo ad extra dicit̄ consolidatiua .2. carnea .3. vitrea .4. tela aranea. Prim⁹ humor dicitur albugineus secūd⁹ vitreus tertius glacialis. Et est in quo inchoatur visus z est principalis humor quo destructo non fit visio: Si queratur in quo oculo est potentia visiua Dicendum q̄ est in concursu illorū neruorum qui sunt concaui quia visus indiget lumine z spiritibus z ideo vt lumen siue species possint ad intra diffundi z spiritus a corde versus organa exteriora ideo nerui sunt concaui. san. t. opu. 43. c. 3. Organum extrinsecus visus sunt oculi s; p̄mum z intrinsecum sunt nerui visuales.

¶ Contra hec arguitur probando q̄ lumen requirit̄ propter colores q̄r sine lumine color non causat speciem in medio vel in potentia alias sine lumine res videretur ergo requiritur lumen propter colorem. Item existens in aere lucido non videt coloratum quod est in tenebris ergo illud coloratū requirit lumen p̄pter ipsum colorem. Forte dicis concedendo quia requiritur p̄pter colorem z p̄pter medium. vnde aui. in 3. de aīa tex. 17 dicit q̄ lumen facit potentia colores actu colores z san. tho. 1 q. 67. ar. 3 3. q 79 ar. 3 2 Contra existens ī tenebris potest videre alium qui est in luce. Item nullum lumē requiritur ad videndū vt p; inductiue.

¶ Secundo lumen solis magis impedit visionem quia est nimis excellens. Item ligna putrida videt̄ de nocte z tamen ibi tunc est lumen.

¶ Tertio lumen est necessarium ad visionē coloris vt patet per experiētiam. Si dicas q̄ hoc est vt disponat medium. Contra idem agens disponit z introducit formam ergo si color sufficiat causare suam speciē in medio sequitur q̄ sufficienter disponit ipsū mediū Item intellectus agens dat fantasmatibus virtutem agendi in intellectū ergo lumen dat colori virtutem agendi igitur zc.

¶ Quarto arguitur q̄ lumen sit corpus quia habet proprietates corporis vnde lumen aliquando dicit̄ reflecti z refrangi Itē mouetur q̄r lumen solis venit vsq; ad nos Itē habet tres dimensiones ergo est corp⁹.

¶ Quinto lumen gignit subām ergo est subā. Antecedens pat; per experientiam in speculo concauo Item duo accidentia eiusdem speciei non possunt esse simul sed duo lumina sunt simul q̄r lumia duarum candellarum possunt separari. Si dicis q̄ etiam ī possibile est duo corpora ēē simul p̄tra ferrū ignitū non solum in superficie sed in profundo z sic ibi sūt simul ferrum z ignis.

¶ Sexto arguitur q̄ lumen habet esse intentionale z non naturale q̄r sensibile naturale positum supra sensum non causat sensationem. Sed lumen pertingens vsq; ad pupillam videtur vt dicit. sanctus tho ergo habet esse intentionale. Item illud in q̄ tendit sensus dicitur intensio. sed sensus videndo tēdit in lumen z per lumen videmus lucem eius sit species eius ergo lumen est intentio. Nec sequitur est verum ens reale ergo non est intensio quia species que est in medio est verū ens reale z tamē est ītētio:

¶ Septimo arguitur q̄ lumen non est sensibile per se quia accidit lumini q̄ videatur non enim videtur nisi propter reflexionem. Tunc quia radij solares de nocte non apparent qui tamen intercipiūtur inter nos z celum supra conum piramidis vmbre terre. Tū quia exn̄s in carcere opaco z tenebroso vbi per opposita foramina transiret radius solaris ita quod non reflecteretur ad opacum non videret illū radium san. t. de veri. q. 14. ar. 8. ad 4. propterea dicit q̄ aliquomodo non est per se obiectum visus Item non inconuenit q̄ illud quod est intentio tātū videatur per inflexionem quia quando lumen reflectitur ad virides plantas tunc colorantur parietes ita quod tunc videt̄ ipse spēs viriditatis sicut quādo sol transit per vitrum rubeū tunc videt̄ ille spēs rubee p̄tra parietem z species rerum videntur ī speculo vt etiam dicit san tho. idem est actus quo quis fertur in rem z ymaginem rei.

¶ Octauo argu tur cōtra rōnes primo. Illuminatio fit successiue ergo potest dici motus vt dicit empedocles. Añs patet aperiendo fenestram z habitantes in oriente prius habēt scōm astrologos diez quā habitantes in occidente. sol enim successiue mouetur Item non sequitur habet effectum naturalem ergo est ens naturale z non intentionale quia stat q̄ sit naturale z intentionale simul Item ex apprehensione sola aliquando sequitur effectus naturalis vt patet in genesi vt dicuntur oues ex apprehētiōe mutasse colorem ge 30. Et. s. t ī opus. dicit q̄ ex app̄hēsione quendam factum esse leprosum. Sed apprehensio est pura intentio.

Item aris. textu. x23 dicit q̄ excellens sensibile corrumpit sensum vt color sed color non agit nisi p̄ ēē ītentionale. ergo ens intentionale agit effectum realem si dicas quod corrumpit sensum qui consistit in quadam proportione. Contra visus non consistit ī proportione colorum cum non sit coloratus ergo ex hoc non corrumpitur. Item potentia non corrumpitur a proprio obiecto ergo visus non corrumpitur ab aliquo colore sed a specie q̄ est in medio. si dicas q̄ corrumpitur per accidens. Contra sermo scientificus est per se vide san. tho. 12. q. 22. ar. 2. 3. sed difficile est scire a quo est ibi imutatio realis.

¶ Nono Si lumen non esset intentio hoc esset q̄r denominat aerem. Sed contra oīs qualitas denominat subiectum ergo qualitas intentionalis denominat subiectum. Forte dicis q̄ qualitas intentio

nalis non est in medio i actu. Contra nichil agit nisi sit in actu sed illa qualitas producit visionez ergo est in actu. Item est verum ens reale ꝛ omne accidens denominat subiectum. Ans patet quia omne quod recipitur ad modum recipientis recipitur Sz species coloris recipitur i corpore ergo ē corporalis
¶ Decimo queritur quare quedam videntur de nocte vel hoc est quia componuntur ex igne ꝛ hoc non quia omnia mixta sunt ex quattuor elementis ꝛ tamen non omnia videntur.
Item talis ignis posset extingui per niuem. Item quare quedam videntur de die ꝛ de nocte. Alia vero de nocte tantum non potest dici quod de se etiam hic distinguit talia a coloratis ꝛ lucidis.
Item opz medium esse illuminatum ergo nichil videtur de nocte in tenebris.
¶ Undecimo lumen dicitur esse .q. formale coloris san tho. de veri. q 2. ar. 4. ad 4. ꝛ ypostasis colorū ergo lumen nichil aliud est quam formale coloris vnde lux pura apparet alba. Forte concedis quod lux sit tota essentia coloris. Sed contra tunc summa albedo deberet videri de nocte quia ibi esset summum lumen. Item aliqui lapides sunt valde obscuri ꝛ tamen habent intensam albedinem. ꝛ aliqua multum habent de lumine. ꝛ tamen non sunt alba vt patet de vitro rubeo illuminato. Item omnia lumina sunt eiusdem speciei vt videt dicere S. T. de po q 4. ar. 2. ad. 3. Sed non omnes colores sunt formaliter eiusdem speciei. Item tunc albedo ꝛ nigredo non formaliter ꝯtrariarentur sed poti⁹ nigredo esset priuatio scilicet carentia luminis.
¶ Duodecimo lumen non est qualitas prima nec secunda ergo non est qualitas. Item queritur in qua specie q̄litatis. Si in tertia seqtur ꝙ habet cōtrariū.
¶ Tertiodecimo ar ꝙ res nō vr̄ p spēm q2 q̄rit i q̄ pdicamento est ista spēs. Forte dicis ꝙ est i. 3. spē q̄litatis. Cōtra oē ꝙ est i. 3 specie q̄litatis est sensibile sz talis q̄litas nō est sēsibilis igr̄. Itē nichil est asserēdū nisi inferat euidēter ex primo principio vel ad sēsū sz iste spēs nō vident q2 vt dictū est nō sūt possibiles q̄litates nec passiōes q2 tales sūt sensibiles vt pz de rubedine causata ex verecundia. Itē i sēsu tactu⁹ nō opz ponē spēs sz sufficit ver⁹ calor. Nec res i celo causāt talia accidētia licet ibi possēt videri.
¶ Quartodecimo ar vtrū ista species ē eiusdē rōnis cum obiecto vl nō. Si primū seqt ꝙ cōtraria sūt i aere qr̄ p idē mediū videtur albū ꝛ nigrū. Itē tūc aer eēt colorat⁹. Si scdm Cōtra lumē ē eiusdē rōis cū luce ergo ꝛ spēs cum colore Ans pz q2 aliās non secretur. Si lumē quod est apud nos sit accidēs ꝙ lux solis sit accidēs ꝛ hoc est san. tho. de ve. q. 9. l. 7 m.
Item color non habet esse spirituale ergo nec species ab eo producta q2 agens est tale in actu quale est passū in potentia: Item calor ꝓducit in medio calorez eiusdem spēi. Item nichil pōt facere cognoscere alterum nisi sit ei simile similitudo autem non est differentia secundū spectē ergo species que est i medio est eiusdē rationis cum obiecto.
¶ Quintodecimo vtr ista spēs est extensa vl nō. Si primū cōtra diuiso speculo in qualibet parte videt totū. Sz secūdū. Contra nichil mouetur nisi extensū. sz tales spēs mouet ad motū obiecti. Itē queritur in q̄ sūt iste spēs. Forte dicis ꝙ i toto aere. Contra seqret ꝙ idē accidens eēt i duob⁹ subiectis scz i materia ꝛ forma aeris. Forte dicis ꝙ hec faciūt vnum

Cōtra ad corruptionē respect⁹ nō seqtur corruptio alicui⁹ absoluti corrūpat ergo de⁹ illū respectū vnionis ꝛ sic habet intētū Itez nulla cognitio que fit per speciē est intuitiua ergo si vis⁹ videret p species seqtur ꝙ visio est noticia abstractiua.
¶ Sextodecimo ar ꝙ color non sit obiectū vis⁹ q2 species videtur ꝓbatur q2 visio fit p lineaz rectā et breuissimā pono ergo ꝙ color cui⁹ species est in speculo sit michi ꝓpinquior q̄z speculū tunc nō video ipsum i speculo q2 video eū p lineā breuiorē ergo tunc video speciē Itē si color videt in speculo vel hoc ē intuitiue vl abstractiue nō primū q2 p talē iudicam⁹ de situ rei sz illud quod videtur in speculo apparet esse vltra speculum.
¶ Decimoseptimo ar ad idez si denarius vel lapis ponat in disco vacuo ꝛ post repleatur aque post repletionem aque videtur ꝛ non ante sed hoc nō esset nisi species denarii videretur. Item aniph. secundū phi. videbat seipsū in aere ergo videbat speciem sui ipsius in aere. Item nullus color est obiectum adeq̄tum visus vt pz iductiue. Forte dicis qd color vniuersalis est obiectum visus. Contra visus precedit itellectū sz nichil est vniuersale nisi per intellectum ergo color in vniuersali non est obiectum visus. Itē aliqd videtur ꝙ non est coloratū. s. color ꝛ scutuz cuius vna medietas est alba ꝛ alia nigra nulla enī species colorati dicitur de illo toto album enim ꝛ nigrū copulatim non est ens per se ergo non est species.
Itē arguit de illo quod habet colorē citra gradum mediū illd vr̄ tamen nō pz dici coloratum. Itē aliqs color non pōt videri. s. christi i eucharistia.
¶ Decimooctauo lux videtur ergo color non est obiectum adequatū. Forte dicis ꝙ lux primo videtur q2 videtur per seipsum non autem color nisi secūdum ꝙ color formaliter est idem cū lux Sz contra lux producit calorem non autem color. Si ꝯcedatur qd color nō est lux ergo nō p se primo videt q2 lux p se. primo vr̄ vmbrā etiā sui paruuli vident circa noctē.
¶ Ad 1. dicitur negando ꝯñam quia color q̄tum est ex se producit species sz medium nō est receptiuum nisi sit illuminatum. Et si dicatur ille qui est in obscuro videt ea que sunt in lumine ergo species causātur in loco in quo non est lumē. respondet San. T. ꝙ mediū eius qui est in obscuro aliquomodo illuminatur q̄tum scz sufficit ad imutationē ipsius lecti.
14 Si dicit vis⁹ est vna potētia ergo nichil videt nisi sub vna ratione quod non esset si color esset per se visibilis non p virtutē luminis q2 tunc essent due rationes p se visibiles scz lumē ꝛ color. dicit S. T. ꝙ color nichil aliud ē q̄z lux quedā quodāmodo obscurata ex admixtione corporis opaci vnde non habet virtutem vt faciat mediū in alia dispositione qua sit susceptiuum coloris qd tū potest facere lux pura. Aliud argumentum est sophisticum
¶ Ad. 2. dr̄ ꝙ hoc ē p accidens. Sed querit per qd lux solis corrumpit visum an scz hoc sit ꝑ suā speciez quā ꝓducit i oculo precise videtur ꝙ non secundūz san. t. quia qualitas intētionalis non producit effectum naturalem. Ad aliud verum est in generatiōe substātie ꝙ idem disponit ꝛ agit formā tamen i arte alius facit arma bellica ꝛ alius bellat per ipsa.
¶ Per hoc pz ad tertium. Nec est simile de fantasmatibus: que sunt res corporales ꝛ intellectus est i corporeus ꝛ ideo ex se non sufficiunt facere intellectionem. Sed circa primū argumentū querit quare

non ita bene existens in loco claro videt existens in loco obscuro. sicut econuerso. Dicendum quod plus requirit de luce ex parte visibilis ꝙ ex parte videntis.

¶ Ad quartum dicitur ꝙ ille proprietates equiuoce ⁊ methaphorice attribuuntur lumini. Non enim est idem numero lumen quod procedit recte ⁊ quod obliquatur frangendo. Sed illud quod non potuit facere luminosum in directum propter obstaculum facit per reflexionem vnde si virtus luminosi esset exhausta quando peruenit ad opacum tunc nulla ibi esset reflexio. Si dicatur perfectum ⁊ imperfectum non sunt simul. Sed in aere est radius rectus ergo in aere non est radius reflexus alias duo lumina essent simul. Forte dicis quod sunt vnum lumen. Contra tunc radius rectus esset infinite virtutis quia radius rectus ⁊ reflexus faciunt vnum ergo est ibi maior reuerberatio quam si solus esset radius rectus tunc queritur iterum de illo lumine reuerberato.

Sed dicendum quod reflectitur non per lineam rectam sed per lineam obliquam. Ex hoc videtur ꝙ non quodlibet lumen causatur immediate a sole quia secluso alio lumine nunquam causaretur lumen reflexum.

Si dicatur si lumen causaret aliud lumen tunc deberet causare ipsum orbiculariter circa se sicut color ⁊ sic non deberet lumen reflecti plus ad vnam partem quam ad aliam. Item si candela ponatur a latere tunc per foramen producitur lumen in partem oppositam candelle ⁊ non foramini. Sed de hoc in 7. phisi. nec lumen solis venit ad nos per motum quia non est idem numero sicut lapis qui mouetur. Sed lumen quod est in medio causat aliud lumen quod est hic apud nos. Et si dicatur lumen egreditur a sole: ergo mouetur. Dicatur eodem modo sicut prius egreditur enim tamquam effectus a causa ⁊ calor ab igne. Dicatur lumen figuratur ergo est corpus antecedens probatur quia transit per foramen rotundum vel angulare tunc enim prope foramen est angulare licet remote fiat rotundum. Dicendum quod est per accidens ⁊ sic etiam est quantum.

¶ Ad 5 negatur consequentia quia non est generans principale sed instrumentale vt dicit S. T. in 2. dis. 13. ar. 3. ad. 3. Si dicatur lux est species ignis secundum phisi. ergo est substantia vnde ignis diuiditur per carbonem flammam ⁊ lumen. Dicendum ꝙ arist. hoc dixit gratia exempli. Ad aliud videtur ibidem ad. 2 sancti. T. dicere ꝙ coniunctio ⁊ separatio luminum non est nisi secundum intensionem ⁊ remissionem luminis. Si dicatur vnum corpus opacum oppositum duobus luminaribus causat duas vmbras quod non esset nisi in medio essent duo lumina quia vmbra non est nisi priuatio luminis. Item a duobus luminaribus quorum lumina transeunt per vnum foramen fiunt duo fulgores in pariete opposito quod non esset nisi in foramine in quo coniungantur subiectiue manerent distincta essentialiter.

Item in memoria mea possunt manere due species duorum hominum alias non possem eorum recordari: ergo duo accidentia eiusdem speciei possunt esse simul.

Dicendum ꝙ due vmbre non sunt in eadem parte medii ⁊ ideo non probatur plura lumina esse simul nec per vmbram probatur quod prius fuit aliud lumen sed quod fuit magis intensum ⁊ in foramine non sunt duo lumina realiter distincta. Sed de his alias. De ferro dictum est. 4. phisi.

¶ Ad. 6 negatur maior de lumine ⁊ quidam negant de colore vel de alia qualitate relicta in oculo quia si quis diu inspexerit corpus album super quod oritur lux diei tunc si claudat visum adhuc videtur sibi ꝙ videat album. Et si quis diu aspexerit viridarium ⁊ postea ponatur in tenebris adhuc videtur sibi quod videat viridia. Forte dicis quod videt colores preteritos. Contra visio est notitia intuitiua que est de re existente per quam scimus rem esse vel non esse. Sed istud est dubium quia si alia qualitas causata in oculo videatur tunc color non esse obiectum adequatum visus. Ad aliud negatur maior. Sed hic dicitur esse intentionale quia habet esse debile non sicut entia rationis aut motus sed quia solum ordinatur ad representandum aliud. Si dicatur qualitas naturalis remanet in subiecto remota causa sua sed non sic est de lumine. Item quare lumen magis videtur superosculum quam color. Dicendum quod hoc non est de ratione qualitatis naturalis vt patet de motu ⁊ tempore ⁊ angelo qui non est sine deo. De colore dicitur quod si sit supra visum tunc prohibetur illuminatio pupille ⁊ medii ⁊ per consequens visio.

¶ Ad 7. dicitur ꝙ lux solis est per se visibilis. Color etiam est per se visibilis licet non videatur sine lumine. Nec forte inconuenit lumen videre licet non sit reuerberatum quia existens in tenebris videt lumen candele. Nec forte inconuenit species per accidens videri.

¶ Ad. 8. dicunt quidam ꝙ illuminatio nata est fieri in instanti scilicet corpus luminosum in instanti crearetur in aliquo loco. Sed tunc argumentum philosophi contra empedoclem non concluderet. Item Commenta. ⁊ S. T. dicunt quod illuminatio que fit in instanti sequitur motum localem. Ideo dicitur ꝙ lumen solis secundum quamlibet lineam rectam fit in instanti. Et de hoc dictum est. 8. phi. Ad aliud sufficit nobis quod non sit ens pure intentionale. Quidam dicit quod lumen non est species lucis quia non est similitudo eius cum sit eiusdem speciei cum luce. Et quando antequam sit super nostrum orizontem videntur radii non adhuc dicimus videre lucem solis. Alii tamen oppositum affirmant. Sed vtrum lumen videatur per speciem que sit in potentia visiua S. T. de veri. q. 10 ar. 8 ad 10. videtur dicere ꝙ sit sicut de colore. Ad aliud dicitur ꝙ non est simile de intentione que est in anima ⁊ que est in aere. Ars enim que est in intellectu artificis vel domus secundum suum esse intentionale vel finis vt est in intentione potest esse causa rei.

¶ Ad. 9 dicunt quidam sicut aer non dicitur coloratus ita non dicitur lucens ⁊ concedunt aerem posse denominari a specie si esset sibi nomen impositum. Sed dico ꝙ est ens incompletum ⁊ imperfectum ⁊ ideo non denominat.

¶ Ad. 10. dicit albertus in libro de homine. ꝙ causa lucentie est triplex. Prima est in corruptis quando calido natura partes ⁊ partes ignis euolant ⁊ exterius trahentes secum humidum naturale ad superficiem. Secundo in vermiculis non habentibus sanguinem quia partes ignee congregantur.

Tertio propter conseruationem caloris in loco frigido vt in piscibus. Quidam dicunt quod in colore duo sunt materiale scilicet ⁊ formale. Formale secundum. Albertum in libro de homine est esse coloris quo est actu in potentia actiua immutandi visum ⁊ hoc scilicet esse visum habet color a luce ⁊ propter hoc color dicitur esse extremitas perspicui vnde dico quod lux non est formale coloris absolute sed in comparatione ad mouendum visum. Notandum ꝙ albertus tenet lumen celi ⁊ elementorum non esse eiusdem rationis

et speciei quia lux solis est incorruptibilis ⁊ lux solis videtur esse proprium eius S. T. aliter videtur dicere de po. vbi supra. Et nota ꝙ formale coloris secundum vnum modum est materiale eius si cōparetur in ordine ad hoc ꝙ est esse actu visum. S. T. hic lec 14. dicit ꝙ aliquomodo lux est substantia coloris ⁊ lec. 15. dicit ꝙ visa de nocte habēt aliquid lucis ex sua compositione. Notandum tamen ꝙ ignis in sua spera non videtur licet habeat lucem lec. 14. propter raritatem.

¶ Ad vndecimū dicitur ꝙ lux est qualitas actiua solis ⁊ ideo est prima simpliciter ⁊ albertus videtur eam ponere in prima specie qualitatis libro de homine S. T in. 3 ponit lumē in tertia specie nec oportet ꝙ habeat cōtrariū: qꝛ est qualitas celi. Si dicaꝺ omnis qualitas passibilis fit successiue verum est si habeat contrarium.

¶ Ad decimūtertiū. Quidā dicunt ꝙ ari. non posuit omnes species qualitatis: quia venenum per aliquam qualitatem inficit hominē ⁊ illa nec est passio nec passibilis qualitas: quia a nullo sensu potest sentiri speculum etiam confortans visum aliquid causat in oculo ⁊ tamen non videtur in qua specie ponatur illud Sed tamen possent ista poni in prima vel tertia specie. Nec sine ratione doctores ponunt species ad saluandum apparētias quibus baculus pro parte existens in aqua videretur fractus. De sensu tact⁹ dicetur postea qui sensus immutatur intentionaliter

¶ Ad. 14. dicitur ꝙ species est alterius ratiōis nec est simile de lumine ⁊ Notandū ꝙ duplex est similitudo scꝫ esse nature. Secūdo per immutationē ꝫ et hoc modo conceptus dicit similitudo rei San. T. de ve. q 8. ar. 11. ad 3.

¶ Ad decimūquintū dꝛ ꝙ est extensa per accidens Ad aliud dicitur ꝙ corrupta vnione non manet totū ⁊ per consequens nec accidens.

¶ Ad decimumsectum dicitur ꝙ aliquando idem videtur per lineam breuem ⁊ longuam ⁊ illa visio est intuitiua tamen propter reflexionem contingit errare circa situm rei non autem circa distantiam. Quidam querit an sint due visiones quando idem videt in se ⁊ in speculo. Dicendum ꝙ non.

¶ Ad decimumseptimum dicitur ꝙ species non videtur per se. Ad aliud dicit albertus ꝙ illi quorum visus debilitatur in tempore humido nō vidēt ymaginem coram oculis suis nisi aer inficiatur vt speculum. Sed videtur eis propter fluxum ymaginū a loco cellule ymaginatiue ad organum sensus communis sicut accidit in melencolicis. Ad aliud dictum est supra an sensus sit singularium.

¶ Ad decimumoctauū dicitur ꝙ lux ⁊ color circūloquuntur totale obiectum ipsius. Color etiam si cōparetur ad lucem dicitur obiectum materiale visus. Sed per respectum ad substantiam dicitur formale illud tamen quod proprie videtur est coloratū. 1 pte. q 45. ar. 4 ad primum.

¶ Notādum ꝙ albertus circa visionem mouet plura dubia.

¶ Primo videtur ꝙ nullum visibile debet apparere maius ꝗꝫ sit oculus: qꝛ species coloris qui imprimitur oculo nō est maior ꝗꝫ oculus ꝗ est suū subiectū

¶ Secūdo ꝙ omnis res debet apparere dupla ꝓpꝫ duplicē speciē quā causat in duob⁹ oculis.

¶ Tertio videtur ꝙ dextra debet videri sinistra quia dextra rei vise est contra sinistram partem oculi ergo sigillatur ibi.

¶ Quarto quare est ꝙ aliquis diu vectus in nauiꝫ iudicat res moueri.

¶ Quinto quare aliqui vident melius a longe. Aliꝗ autem melius de prope ⁊ in lumine lune.

¶ Sexto quare iuxta terram deponens oculos longius videt ꝗꝫ stans erectus.

¶ Ad primum dicitur ꝙ a colorato' procedit piramis cuius basis est res visa ⁊ semper tendit ad acutiem vsꝗꝫ ad oculum ⁊ semper est maior prope rem visam Et ideo oculus videt maiorē rem ꝗꝫ sit ipse met. Si tn̄ piramis terminetur ātēꝗꝫ veniat ad oculū ita ꝙ angulus nō sit in eo tunc res nō videtur.

¶ Ad secūdum dicit auicenna virtutē visiuam esse in neruo qui vocatur optic⁹ qui est cancellatus in anteriori parte cerebri ⁊ quasi triangulum ⁊ ibi cōueniūt species duorum oculorum ⁊ sic res videtur vna ⁊ aliquando due quando quis per digitum parūper disiungit istos neruos Monoculo tamen hoc non contingit forme tamen duplices in oculis aliquātulum impediunt rectitudinem visus. Et ideo sagittator claudit vnum oculū licet aliꝗ putēnt ꝙ hoc sit vt virtus vnita sit fortior.

¶ Ad tertiū dicitur licet dextrum visus sit contra sinistrum intuentis tamen ad rem terminatur ⁊ ideo non peruertitur iudicium Ad quartum dicit albertus ꝙ ibi remaneret species motus Sed contra dictū est supra ꝙ sensibile commune nullā speciem imprimit sed forte aliquam aliam qualitatem.

¶ Ad Quintum et Sextum patebit in libro de sensu et sensato.

¶ Circa hec queritur quinꝗꝫ Primo an sonus sit obiectum auditus Sc'do an odor sit obiectum olfactus. Tertio an sapor sit obiectum gustus Quarto an tact⁹ sit vnus sensus Quinto an sensus sit susceptiuus specium sine materia.

AD primum sic proceditur videtur ꝙ sonus non sit obiectum auditus quia silentium percipitur ab auditu ergo non tantum sonus Forte dicis ꝙ silēcium non sentitur per se sed per accidens Cōtra supradictum est ꝙ quies est sensibile commune ⁊ per se ergo etiam silencium sentitur per se Sed contra est philosophus.

¶ Respondeo dicendū ꝙ primo determinandū est de sono: qꝛ sonus spiritualior est Et est duplex secūdū philosophū et San. Tho. lec. 16 scilicet in actu quando res actu sonat ⁊ in potentia ⁊ sic dicim⁹ cāpanam quiescentem habere sonum bonum: ⁊ mollia non habent sonum nec actu nec potentia: sed dupliciter aliquid est in actu scꝫ per modum permanentis vt color ⁊ per modum transeūtis vt sonus ꝗꝫdiu est generatio eius Et si queratur in quo est sonus subiectiue an in campana vel in aere. Sciendū ꝙ tria requiruntur ad sonū scꝫ percutiens percussum ⁊ medium in quo fit percussio Causatur enim ex vehementi percussione in qua fit violenta fractio aeris ⁊ ideo corpora mollia non sonant. Requiritur autem medium: quia non fit sine motu locali. Tunc dicitur ꝙ son⁹ est in medio in actu. Et ideo dicit philosoph⁹ ꝙ son⁹ in actu est mediꝫ ⁊ auditus non autem subiecti sonabilis vnde circa soni due sunt opiniones: quidam dicunt ipm̄ esse in percutiente Aliꝗ autem in medio violenter diuiso. Item quidam dicūt sonum realem non possa

esse in aqua qꝛ pisces infra aquam non faciūt sonū sed bene si asceudāt. Alij dicūt oppositū ꝙ immo bea-ei in celo loquunf. Cōtra phi.tex.76. ponit mediū soni differre a medio odoris quia mediū eius est aer nō aūt odoris sed etiam aqua.

¶ Preterea notandum ꝙ 4 requiruntur ad hoc ꝙ corpora faciant sonū primo ꝙ sint dura ⁊ ideo lana cadens non facit sonū nec alia nisi forte compꝛimātur. Secundo ꝙ sint lenia ve sit aer vniformis eꝛ sua fractione. Tertio ꝙ sint cōcaua vt aer inclusus non possit statim exire sed vna pars percutiat aliam ⁊ sic fiant multi ictꝰ ⁊ multiplex sonus. Quarto requirif vehemens percussio. Si autem queratur de medio. Dicendum ꝙ mediū propꝛissimum est aer: sed minꝰ proprium est aqua. Primū patet quia faciliter rarefit ⁊ cōdensatur ⁊ melius audif sonꝰ in aere. Ex hīs patet a quo causaf sonus an a percutiente vel a percusso ⁊ dicendū ꝙ ab vtroqꝫ: qꝛ percutiens percutit aerem percussum autem propter suam duritiam facit ipsum resilire. Si dicatur percussum est passum ergo non est actiuum negatur cōsequentia respectu diuersorum.

¶ Notādum preterea ꝙ phi. determinat de scda generatione soni qua fit per reuerberationem ⁊ vocaf echon vnde generatio soni in aere consequitur motū aeris sicut videmus arculos fieri in aqua quando in ea aliquid proijcitur ⁊ semper fiunt maiores donec cesset motꝰ aque si autem ante cessationem ponaf ibi obstaculū tunc ille girationes incipiunt fieri in contrariū ⁊ sic est de sono. Si enim anteq̄ cesset inueniat obstaculum tunc iterum reuertif ad locū vnde exiuit ⁊ sonꝰ sic rediens: qꝛ non potest vlteriꝰ procedere ꝑcutit iterū aerem ⁊ redit sicut pila proiecta cōtra parietem ⁊ ille sonus dicif echon ⁊ sic audimꝰ vocem similem cū illa quam.i.formauimꝰ.

¶ Notandū secūdū philo. ꝙ in omni sono fit quedā reflexio: sed propter debilitatē non percipiꝰ sicut lumen perueniens ad opacū aliquomodo reflectif: licet non tantū sicut ab aqua vel a corporibus fulgidis. Et sciendū ꝙ iste sonꝰ fit in locis concauis vt in puteo vel valle vel per antiquos parietes ⁊ dicit Albertus ꝙ in ista reflexione idem aer numero reflectif: qꝛ nos audimus primam dictionem per easdē litterationes.

¶ Notandū preterea. Circa auditū ꝙ ipse est de natura aeris ⁊ ideo dicif ꝙ in organo auditꝰ est quidā aer inclusus q̄ recipit sonū existentē in aere exterio ri vnde quando ille motꝰ pertingit ad pelliculam q̄ dicif meringa continens aerem illū intrinsecū tunc mutatur organū ⁊ audif sonꝰ vnde iste aer non habꝫ in se sonū: sed speciem eiꝰ est enim immobilis vt percipiat omnes differentias soni ⁊ retinef per illā pelliculam. Ex quo patet ꝙ ad auditum duo concurrūt scilicet iste aer connaturalis ⁊ ꝙ sit immobilis. Et ideo dupliciter corrūpif auditꝰ. Primo si ille aer destruaf vt in homine q̄ diu est in aqua et ideo natura fecit foramen auris tortuosum ne ex subito ingressu audiꝰ corrūpaf. Secūdū impedimentū est motꝰ ipsius aeris ⁊ ideo illi quibꝰ videf ꝙ semper in auriculis habeant sonū non sunt boni auditꝰ: qꝛ intꝰ existens prohibet foris existens. Si q̄raf in quo est ille sonus quem audiūt q̄dam in suis auriculis postea dicef si querif an in quolibet aer ille connaturalis mouef videtur ꝙ sic ex textu 84. patet ex experientia si quis obstruat cum manu auriculam. Si q̄ratur que sunt differentie soni dicendum ꝙ sunt acutum ⁊ graue. Acutus est qui in modico tempore peruenit ad auditum ⁊ fit per velocem motū vel ex frequentia motuū. Et ideo corda cithare magis extensa acutus sonat. Grauius autem opposito modo diffinitur. Querit albertus li. de homine de causa mutationis vocum quare scilicet vox mulieris est acutior ⁊ vox iuuenum in hominibus. In quibusdam autem animalibus in iuuenibꝰ est vox grauior: sicut vox vituli grauior est q̄ vox vacce. Dicendum ꝙ in iuuentute homo habet debilem virtutem mouendi ⁊ instrumenta vocalia sunt eadem ⁊ ideo quādo est vir format vocem grauiorē. Vel causa grosse vocis est tardius motus aeris tarditas autē prouenit ex virtute motiua.

¶ Notandum preterea ꝙ vox est species soni ⁊ solū fit ab anima vnde inanimata non dicunf propꝛie vocare vt musicalia vnde differt vox ab alijs sonis: qꝛ diutius durat ⁊ habet quandam melodiam ⁊ discretionem quia fit ab anima vnde vox est repercussio aeris respirati respirant autem animalia sanguinem habentia non tamen omnia: quia piscis non respirat nec vocat licet cum branchijs in achelo idest in illo flumine faciat sonum vt dicit philosophꝰ. Et ponit San. Tho. lec. 18. quatuor genera animaliū non habentium sanguinem. Primo que habet mollem carnem exteriꝰ pulpi ⁊ sepie. Secūdo animalia mollis teste vt cancri. Tertio dure teste ostree. Quarto animalia anulosi corporis vt apes ⁊ formice que non habent vocem. Si queratur quare animalia respirant. Dicendum ꝙ hoc est propter refrigerium cordis ⁊ pulmonis vnde pulmo se habet circa cor sicut follis recipiens aerem valet tamen secundo respiratio ad formationem vocis sicut lingua ad gustum et ad locutionem. Vox tamen fit per artheriam vocalem tanq̄ per propriū organū: quia aer tractꝰ ad cor repercutitur ad arteriam vocalem ⁊ causat vocem. Et est arteria vocalis vena vel aliquid simile quod est iuxta guttur ⁊ continuatur lingue ⁊ pulmoni. Si queratur quomodo diffinif vox dicit philosophꝰ ꝙ est repercussio aeris respirati ab anima ad arteriam vocalem cum ymaginatione ad aliquid significādū. Et ideo in tussi non est vox secundum philosophum quia non est ibi significatio. Ex hīs patet ꝙ aer non est principale in formatione vocis: sed anima que vtitur aere vt instrumento ad vocem formandā. Per hoc ꝙ dicitur ad arteriam vocalem excluduntur soni qui fiunt ab alijs partibꝰ corporis nec oportet oēm vocem significare ad placitum: quia voces brutorū significant naturaliter appetitum anime cum aliqua ymaginatione. Operationes enim animales dicunf que ex ymaginatione procedunt.

¶ Conclusio responsiua. Sonus proprium est obiectum auditus. Probatur sicut supra de colore ꝓbatum est.

¶ Contra hec arguitur. Philosophus determinās de visu nō determinauit quomodo fit color. ergo hic non est determinandum quomodo fit sonꝰ. Itē sonꝰ nunq̄ est: qꝛ partes eius nō sunt cū sit ens successiuum. ergo non auditur.

¶ Secundo querif in quo est sonus. Si dicaf ꝙ sit in aere sequif ꝙ campana non audif: sed aer substantia enim non auditur nisi per accidens quod est in ea. Item tunc mendacium ⁊ peccatum essent in aere: qꝛ vox falsa est sonus. Si ergo sonus est in aere sequif

ꝙ vox sit in aere.

¶ Tertio arguitur adidem: quia color non est in medio: sed species eius: ergo sonus non est in aere sed species eius. Item si dicaꝛ ꝙ sonus sit in campana. Contra campana causat sonum: ergo nõ est subiectũ eius patet consequentia: quia alias idez esset in actu ⁊ in potentia respectu eiusdem. Cum qꝛ phi. dicit ꝙ sonus est motus aeris. Item si sonus est subiectiue in percutiẽte queritur in quã manu est nõ in ambabus: quia idem accidens non est in duobus subiectis nec est maior ratio de vna ꝙ̃ de alia. Item si sonus esset in campana tunc nullꝰ esset sonꝰ echõ: quia sonus semper maneret in campana. Item nisi sonus esset in aere tunc quando aliqua lente mouenꝛ possent facere sonum nec auditio campane ĩpediretꝛ per ventum

¶ Quarto queritur quid est sonus si enim sit motꝰ aeris sequitur quod est sensibile commune. Item qꝛ motus est causa efficiens eius: ergo nõ est sonꝰ. Aliquando etiã pcipimus sonũ nõ pcipientes motum. Nec videtur qd aliud sit sonus

¶ Quinto vel generatio soni est naturalis vel violenta non primũ: quia generatur ab extrinseco Nec secundũ: qꝛ auditus naturaliter patitur a sono: ergo sonꝰ est eius naturale. Item queritur q̃d per se sonat vel percutiens vel percussum si primũ. Cõtra pcutiens non producitꝛ speciem soni. Nec scd̃m: qꝛ fractio aeris principaliter est a percutiente.

¶ Sexto queritur de sono echon vel est idem numero cũ sono precedente vel non si p̃mũ: sequitꝛ ꝙ sonꝰ non est ens successiuum sed permanens: qꝛ inter primum sonum ⁊ sonũ echon est tempus mediuz Si sit alius Contra habet eundem figuram cum primo. Forte dicis ꝙ est idem specie Contra queritꝛ a quo produceretꝛ ille idẽ sonꝰ specie. Non a monte reuerberante: quia ille nescit facere sonum ita distinctum sicut est vox nostra. Non enim est animal: ergo nõ causat vocem.

¶ Septimo duo accidentia non possunt esse simul sed per eundem aerem audiuntur duo soni oppositi ergo sonus non est accidens. Item contraria non possunt simul esse. Sed aliquando soni contrarianꝛ Sonus enim est passibilis qualitas que semper habet contrarium.

¶ Octauo arguitur ꝙ vox non est cum ymaginatione: quia possumus loquꝛ per imperium voluntatis tantum ⁊ ex quodam desiderio Item animalia non agunt ex ymaginatione: sed ex instinctu nature. Et propter hoc dicit Auicen. ꝙ apes eodemmodo construunt casas: ⁊ aues nidos: ergo ex instinctu nature formant vocem.

¶ Nono arguitur ꝙ nulle voces significant ad placitum: quia naturale est hominũ loqui Item oportet causam simul esse cũ effectu. Sed primus impositor non est cũ qualibet voce ergo vox non habet virtutem significandi a primo impositore Item posset queri an auditus est vnus sensus vel non. Si primum contra quia in sono sunt multe contrarietates Sunt enim acuti graues. Debiles / fortes leui et et asperi vnius autem contrarietatis est tantũ vnus sensus.

¶ Decimo arguitur ꝙ sonus non fit in aqua: quia sonus fit p fractionẽ aeris. Item pisces qui sunt in aqua non formant sonum. Et circa hoc queritur an pisces habent auditum vel non. Si primum contra non habent auriculas Si secundum contra piscatores cũ percutiũt aceres ⁊ timpana superaquã ⁊ qñꝗ vadũt cũ silentio ne pisces audiant.

¶ Undecimo arguitꝛ ꝙ corpora mollia causant sonũ quoniam tonitruũ fit in nubibꝰ Nubes aũt sunt corpora mollia ⁊ ex fractione panni lanei fit sonus. Itẽ si sonus per se auditꝛ sequeretꝛ ꝙ noticia intuitiua esset de hoc quod non est Aliquando enim audimus sonũ postꝙ̃ factꝰ est vnde qñ videmꝰ aliquem a longe diuidere arborẽ tũc per aliquod paruum tempus postcontactum audimus sonũ. Item auditio est de aliquo sono diuisibili habente diuersas partes sed ille partes non sunt simul cũ sonus sit ens successiuum ergo auditio est de eo quod non est.

¶ Duodecimo arguitꝛ ꝙ sonꝰ non fit cũ motu: qꝛ nõ habet contrariũ ergo fit in instanti. Item queritꝛ an idem sonus audiatur a diuersis vel non Si primum contra idem sonus non potest esse duabꝰ auriculis. Item arguitꝛ ꝙ auditꝰ non sit de natura aeris: quia tunc esset nobilior visu qui est de natura aque qꝛ aer est perfectior aqua Itẽ organũ auditꝰ est animatuz cũ sit pars aĩalis ꝙ̃ non est aer connaturalis.

¶ Tertiodecimo vel vox est diuisibilis vel indiuisibilis. Non primum quia ista littera a. est indiuisibilis Nec secundũ quia vox est sonꝰ. sonus autem est ens successiuũ habens partes Item alique sunt voces non significatiue ergo vox non semper fit cum ymaginatione significandi Item arguitꝛ ꝙ vox ⁊ sonus sunt in animalibꝰ non habentibꝰ sanguinem: qꝛ grilli ⁊ cicade ⁊ locuste non habent sanguinem ⁊ tamen cantant. Et albertus magnꝰ dicit hic. C 87. ꝙ ex pectꝰ est ꝙ grilli cantant per magnũ tempꝰ capitibus computatis. Sirene etiam computantur inter pisces maris vel monstra ⁊ tam dulciter cantant ꝙ audientes soporant sed sapientes auribꝰ opturatis transeũt obiicientes eis lugenas vacuas quibus ludant donec naues pertranseat vt dicit Albertꝰ magnus libro. 24. de animalibus.

¶ Ad primũ dicitꝛ ꝙ sonus aliter sit ꝙ̃ alia obiecta qꝛ non habet esse permanens. Aliud dicatꝛ sicut de motu tertio phisicoꝝ Et si queratꝛ per quid copulãtur partes soni. Dicendũ ꝙ per sonatũ esse sicut partes motus per mutatum esse.

¶ Ad scd̃m dicitur ꝙ sonus licet sit ĩ aere tamen est effectiue a campana Et hoc sufficit in voce etiam non est malicia licet dicatur mala denominatione extrinseca. Contra tũc fortes pulsans campanã audiretꝛ: quia in eo est effectiue.

¶ Ad tertiũ dicitꝛ ꝙ in medio aliquãdo est sonꝰ realis. Aliquando vero species eius. Si dicatur Color ⁊ species coloris non sunt simul ergo nec sonus realis ⁊ intentionalis Item aliquando sonꝰ realis cãpane peruenit vsqꝫ ad auditũ: ergo sonꝰ non indiget spetie vt audiatꝛ. Dicenduz ꝙ non inconuenit in aliqua eadem parte esse sonum ⁊ speciem eius Tamen in aere connaturali est tantum species soni in aere vero exteriori moto ad motũ cãpane est sonꝰ realis sicut in visibili realis color.

¶ Ad quartum dicitur ꝙ sonus realiter distinguitꝛ a motu vt patuit.

¶ Ad quintum dicitur ꝙ sonus est res naturalis licet forte fiat ab aliqua violentia sicut ignis est res naturalis licet generetur ex cõtactu lapidum Quidam dicunt ꝙ percutiens per se auditur. Sed contra nulla substantia per se auditur. vt patet in visu ꝙ

nod videt per se substantiam. Dicitur q nō est simile qz visibile non producit colorem.

¶ Ad sextum videtur q non sit idem sonus numero nisi vnitate continuationis. Sed contra: qz omne quod reflectitur in puncto reflexionis quiescit: sed sonus non est sine motu: ergo in ista reflexione sonus desinit esse. Dicendum sicut in octauo de motu proiectorum.

¶ Ad septimum dicatur sicut supra de diuersis coloribus.

¶ Ad octauum dicitur q regulariter vox fit per ymaginationem: et in animalibus ymaginatio fit ex instinctu nature: vnde species duorum alborum vt ees quedam sunt idem non autem vt intentiones propter habitudines ad diuersa quorum sunt representatiua. Si queratur vtrum vt intentiones important aliquas entitates realiter numero differentes videtur q non sicut nec color intensus et remissus secundum San. Tho.

¶ Ad nonum quidam dicit q naturale est loqui secundum sententiam feminalem: sed non loqui isto vel illo modo. sicut de lege nature est punire furem: sed non isto modo vel illo. Ad aliud patet ex summulis. Quibusdam videtur q non est vnicus auditus in nobis: quia habemus duas aures. Sed contra tunc vnus sonus iudicaretur duo. Et ideo ille differentie sunt accidentales: vel aliter dicetur in questione de tactu.

¶ Ad decimum dicitur q sonus proprissime fit tantum in aere. De piscibus autem dicit San. Tho prima parte. q. 72. q dubium est de memoria piscium. Basilius dicit q non habent. Sed hoc Augustinus improbat Concedo tamen q habeant auditum: sed vtrum in celo possit audiri sonus et cantus beatorum. Hoc pulchre tractat de Lambaco in libro suo de delicijs paradisi.

¶ Ad vndecimum dicitur q ex magna violentia aliquando cum corpore molli fit sonus. De alio dictum est supra.

¶ Ad duodecimum negatur consequentia. Ad aliud dicitur q idē auditur a diuersis per diuersas species. Et licet aer sit nobilior in se Non tamen in mixto.

¶ Ad decimumtertium dicitur q vox est diuisibilis in se Non tamen aliquādo quo ad nos. Alia soluuntur ex dictis et in summulis de diuersitate vocis puerorum et bestiarum videatur albertus magnus nono de animalibus et decimonono in fine vbi dicit q si in eadem fistula femina suffet cū viro tamen acutior erit sonus sufflationis mulieris q̄ viri et puellarum q̄ vetularum.

Ad secundum sic proceditur. videtur q odor non sit obiectus olfactus quia nō quilibet odor potest percipi a quolibet olfactu qz asinus non sentit odores rosarum aut lilium conuallium. Forte concedis Contra sequitur q olfactus eius specie differt a nostro quod videtur contra philosophum dicentem hic q homines et alia animalia habent eundem sensum olfactus. Sed contra est philosophus.

¶ Respondeo dicendum q difficilius est determinare de odoribus q̄ de colore et sono quia inter cetera animalia. homo habet peiorem odoratum cuius ratio est: quia homo inter cetera animalia habet maius cerebrum in proportione ad alias partes corporis. Cerebrū autem est frigidū et humidū Non autē odor cuius organū est prope cerebrū: sed tam odor q̄ organū sibi proportionatū consistit in calido et sicco Et ideo olfactus in nobis impeditur a cerebro vnde odores distinguimus referendo ad sapores: nec percipimus odores nisi sint excellentes et faciant delectationem vel tristitiam homo autē est boni gustus: qz gustus est quidam tactus q̄ melior est in nobis q̄ in omnibus alijs animalibus: qz cōplexio hominis in qua fundatur maxime accedit ad mediū et ideo organum tactus est denudatum ab extremis. Ex quo sequitur q homo est prudentissimū animaliū: qz habet optimam complexionem vnde homines qui sunt meliores tactus sunt magis ingeniosi vnde dicit phi. q molles carne aptos mente dicimus signū autē bone complexionis secundū alber capi. 94. est tenuitas vnguium et subtilitas capillorum hec enim indicant lucidos et subtiles esse spiritus cordis venientes ad cerebrum. Preterea

¶ Notandum q odor sentitur per medium quod est aer et aqua quod probat phi. qz tam animalia aquatica q̄ in aere viuentia siue habeant sanguinem siue non percipiūt odorem a longe. Alias a longe non currerent ad nutrimentum nisi mouerentur ab odore. Preterea sciendū q quidam dixerūt omnes sensus perfici tactu vt dicit Sanc. Tho. lec. 20 et dicebant q oporteret sensum et sensibile ad hoc q fiat sensatio. Aliter tamen in visu et in alijs. Unde dicebant q a visu egrediebantur linee visuales vsq ad visibile. Et ex earum contactu visibile videbatur. In alijs autem sensibus dicebant econuerso scilicet q sensibile veniat vsq ad sensum vt gustabile ad gustum vnde dicebant q ab odorabili resoluitur quedam fumalis euaporatio que est subiectum odoris et peruenit vsq ad olfactum antiqui enim non cognoscebant aliquā immutationem spiritualem et hanc opinionem tenēt plato et auicē. vt patz ex alberto. c. 25. si enim odor sentiretur per speciem tunc non sentiretur ipso ablato sicut nec coloris species manet ipso ablato sed sentimus locum in quo fuerunt poma: ergo. Sed contra sensibile positum supra sensum non sentitur: ergo odor realis non peruenit vsq ad olfactum. Item sicut dicit albertus in occisione magna facta in terra grecorum aduenerunt vultures et tigrides nunq̄ ibi visi tracti ab odore cadauerū per quingentas leucas nō potuisset autem per tantum spacium illa cadauera circulariter per fumalem euaporationem extendi. Item tūc duo corpora essent: scilicet aer et illa fumalis euaporatio. Dicendum ergo q odor per certam distantiam realiter multiplicatur Sed per residuū spacium solum causatur species eius. Primum patet quia alias per ventum odoratio non impediretur sicut nec visio coloris. Secūda pars patz per antedicta vnde bene conceditur q odor realis fit cum aliquali euaporatione.

¶ Circa hec mouet San. Tho. dubiū lec. 19. Primo videtur q aptitudo mentis magis respōdeat bonitati visus q̄ tactus quia visus est spiritualior et plures differentias rerum demonstrat. vnde visus et auditus dicuntur sensus disciplinе.

¶ Secundo dubitatur cum tactus sit in nobis certissimus quare species odorum denominantur magis a speciebus saporum q̄ a qualitatibus sensibilibus que percipiuntur per tactum.

¶ Tertio dubitatur quia. T. C. 95. dicit quod aliqua habent suavem saporem et non suavem odorem: ergo species odoris non debent denominari a speciebus saporum.

¶ Quarto dubitatur an homines et alia animalia habent olfactum eiusdem speciei videtur enim quod sic propter identitatem obiecti et quia ab eodem corrumpitur: scilicet a gravibus et excellentibus odoribus et sulphure: Videtur autem quod non: quia homo odorat dum attrahit aerem respirando. Alia animalia autem scilicet que non habent sanguinem non respirant: ergo non habent eundem olfactum.

¶ Ad primum dicit San Tho. duas rationes primo quod tactus est fundamentum omnium aliorum sensuum: quia diffunditur per totum corpus. Et ideo habens meliorem tactum habet meliorem naturam sensitivam et meliorem intellectum. Sensus enim est dispositio ad intellectum. Secunda ratio quia bonitas tactus sequitur bonitatem complexionis modo predicto Notabilitas autem anime sequitur complexionem corporis: quia omnis forma proportionatur sue materie ut dicit philosophus in libro suo de phisonomia.

¶ Ad secundum dicitur quod odor et sapor sumuntur ex commixtione qualitatum: scilicet sapor ex calido et humido aqueo Et odor ex sicco humido aereo. ex quo patet quod multum conveniunt.

¶ Ad tertium dicitur quod quedam habent proportionalem odorem et saporem scilicet dulcem odorem et dulcem saporem: quia sapor consistit in humido aqueo equaliter digesto odor autem consistit in sicco aereo contemperato. Contingit autem quandoque esse commixtam utramque substantiam scilicet subtilem aeream et aqueam grossiorem secundum debitam proportionem et sic est suavitas saporis et odoris Si vero sit debita proportio in uno et non in alio tunc in uno erit suavitas et non in alio et sicut est de dulci et amaro que sunt extrema in saporibus et transferuntur ad odores Ita dicendum est de saporibus mediis scilicet acetosum et austerum idest stipticum aut ponticum acutum pingue Ex quo patet quod odor denominatur similiter sicut sapor cui ut in pluribus respondet quod sufficit.

¶ Ad quartum dictum est supra. Et phi. respondet hic quod diversitas in modo respirandi non est ex diversitate sensus sed ex diversa dispositione organi sicut oculi hominum differunt ab oculis quorundam animalium qui habent quoddam fragma idest palpebras ad cooperiendum: sed animalia duro oculo statim vident sine motu palpebre sic etiam in odoratu hominis est quoddam cooperculum quod aperitur per respirationem et sic homo olfacit. Si queratur in quo differunt odor et alia sensibilia a colore Dicendum quod color nullo modo immutat nisi spiritualiter. In aliis autem fiunt aliquando quedam immutationes naturales ut dictum est quod ab odorabili potest resolui fumalis evaporatio que tamen non pertingit usque ad olfactum.

¶ Contra hec arguitur Primo contra rationem positam et commen. de fumali evaporatione posset enim dici quod vultures venerunt ad illa cadavera: quia per ventum usque ad illam distantiam dilata fuit aliqua pars illius evaporationis fumalis. Item non videtur quomodo posset alias sentiri. Forte dicis quod sentitur per suam speciem Contra eque impossibile est illam speciem multiplicari usque ad tantam distantiam Item vel illa species est res naturalis vel spiritualis. si secundum Contra illa species est in subiecto extenso ergo est extensa et ultra ergo est corporalis

¶ Secundo perceptio odoris impeditur a vento vel mutatur. ergo est in medio secundum esse suum naturale Propter hoc enim visio coloris non impeditur a vento Item species producuntur in instanti sed odor ferentibus sentitur successive unde unus aliquando percipit ante alium ergo sentitur per evaporationem hec enim est causa quare res magis sentiuntur in estate quam in hieme quia calor solis fumos resolvit.

¶ Tertio arguitur quod nullo modo est fumalis evaporatio in perceptione odoris quia siccum est proprium subiectum eius sed in aqua non est siccitas quando ergo aliquid odoratur per aquam tunc nullus ibi potest esse odor realis.

¶ Quarto adhuc instatur quod odor multiplicatur realiter quia Avicenna dicit quod odorifera per hoc quod odorantur desiccantur et contrahunt rugas quod non esset nisi ibi esset realis defluxus odoris Item odor diffunditur per fumalem evaporationem que est aliquid reale.

¶ Quinto. dicunt venatores. quod bestie silvestres appropinquantes locum in quo debent quiescere faciunt quosdam magnos saltus ut interrumpatur vis canibus ne inveniantur ab eis. ergo ab illis resolvuntur quidam vapores. per quos canes insequuntur eas forte dicis quod ab illis bestiis non relinquuntur nisi species. Contra tunc per olfactum posset sentiri illud quod non est. Item aliquando aer inficitur per multos odores ergo malus odor multiplicatur realiter.

¶ Sexto arguitur quod homo non habet peiorem odoratum quia a nobiliori anima fiunt nobiliores potentie. Item homo percipit odores rosarum quos non percipiunt alia animalia Nisi enim homo perciperet omnes odores tunc philosophi non possent de eis disputare quia deficiente sensu deficit sciencia.

¶ Septimo homo per manus licet sint frigide tamen bene percipit calida. ergo licet odoratus ut propter cerebrum frigidum hoc non impedit quin bene percipiat odores Forte dicis quod olfactus hominis in se est melior. Contra vultures perceperunt olfatu cadavera per. 500 miliaria Et canes percipiunt leporem per olfatum quem non percipit homo.

¶ Octavo arguitur quod homo non habet meliorem tactum quia omnes sensus sunt instrumenta intellectus maxime autem visus et auditus. Igitur habet meliorem visum Item communiter dicitur nos aper auditu precellit aranea tactu. Vulpes odoratu. linx visu simia gustu ergo aranea habet meliorem tactum quam nos

¶ Nono tactus et gustus sunt de natura terre secundum philo. in de sen. et sensa. sed in hominibus minus dominatur terra quam in aliis animalibus ergo habet peiorem tactum minor patet quod animalia habent carnes magis duras.

¶ Decimo arguitur quod bonitas tactus non confert ad intellectum vel molles carnes quia tunc mulieres et pueri essent semper magis ingeniosi Item tactus est materialibus aliis sensibus intellectus autem est immaterialis ergo tactus minus confert ad intellectum quam alii sensus.

¶ Undecimo queritur in quo est odor realis si in aere contra qualitates secunde non sunt in elementis si non contra remotis pomis ab archa adhuc ibi ma-

net odor postq̃ sunt comesta. Forte dicis q manẽt spẽs. Cõtra ille species nõ sunt obiectũ olfatus.

¶ Ad primũ dicitur q illa euasio nulla est quia paruum sulphur sine vento sentitur per totam camerã si cõburatur. De illa specie dicitur q vocatur spiritualis licet sit extensa per accidens. Quidã dicũt q nullomodo habet partes. Sed contra tunc ita bene sentiretur res a longe sicut prope q2 esset eadẽ species numero per quã sentiretur. Item diuidatur aer per aerem tũc etiã diuiditur species odoris qui adhuc sentitur in vtraq3 parte aeris

¶ Ad secundum conceditur q per aliq8 spacium fit odor realis per aliud autem nõ sed species et si tantum ibi sit ventus videtur q sensatio non impediatur. Si dicatur. Ex hoc sequitur duo corpora esse simul quia in aliqua parte simul sunt fumalis euaporatio et aer. Dicendum q aer cedit quia est fumalis euaporatio. Sed queritur quando poma auferũtur e cista an ibi remanent tantum species pomorũ odoriferorum vel aliquid aliud non primum q2 species nõ remanẽt re absente si scdm. Queritur de illo accidente in quo est vel qualis substantia est.

¶ Ad tertium aliquando fit sensatio sine ista euaporatione.

¶ Ad quartum patet ex dictis et cum dicitur odor esse fumalis euaporatio est predicatio causalis. Et per hoc patet ad quintum.

¶ Ad sextum dicitur q odoratus nõ est virt9 propria hominis vel hoc per accidẽs vt habeat melius cerebrum vnde aliquãdo quis leditur in vno vt melius se habeat in alio. Ad aliud dicitur q odoratus hominis est melior extensiue.

¶ Ad septimũ patet q non est simile.

¶ Ad octauũ supra dictũ est. Ad aliud dicit Albertus magnus q illud dictum est falsum capitulo. 23. Sed contra Aranea sentit vermiculos et extremitate sui retis ergo habet bonum tactũ. Respondet q hoc est falsum nichil spisse pellis et frigide cõplexionis et habens humiditatem viscosam precellit in tactu: sed habet tactum quasi stupidũ cuius signum est quia aranea etiã cum tangitur cũ igne lente et nõ cito sentit. Et ideo perceptio vermiculorũ tangentium rete. est propter motum retis quia continuum est. Mota autem vna parte continui mouetur totũ continuũ. De natura autẽ aranee loquitur Albert9 lib. 26. de aĩalibus. Ad cognoscendũ bonum odoratum dicit Albertus. lib. 19. q canes nobiles paruũ lepores et alias feras per vestigium odoris indagãtes habent bene expositum et breuem nasum et sunt boni olfatus. Nec est verum q semper canes longi sint boni olfatus. Quidam ex predictis inferunt q aliquãdo odorabilia confortant cerebrũ si sit nimis frigidum. Item q habentes bonũ odoratũ sunt minus sapientes quia signum est q non habent bonũ cerebrũ. Sed vtrum ex odore aliquis possit nutriri videtur q sic q2 democritus quattuor diebus vixit odore mellis. Et quidã alius odore panis calidi tribus diebus Et quare odores tendũt sursum. Sed de hijs videantur aristotelis problemata.

¶ Ad nonum dicitur q bonus tactus sequitur optimam proportionem terre ad alia elemẽta. Sed tũc queritur cum alij sensus sequantur debitam proportionem quare non oẽs sunt meliores in homine q̃ in aliis animalibus. Dicendum q est propter coniunctionem ad cerebrum.

¶ Ad decimum dicitur q mollities potest prouenire ex bona complexione et sic arguit bonitatem intellectus. Alia est ex habundantia fleumatis et hec non arguit. Ad aliud dicitur q licet sensus tactus sit materialior tamen est fundamentũ omnium aliorum Et ideo habentes bonum tactum habent corpus bene dispositum et melius intelligũt sicut artifex habens bona instrumenta melius operatur. Dicit tamen Albertus q bonam dispositionem per inertiam nature potest destruere. et q errant dicentes bõitatẽ ingeniũ esse ex bonitate ymaginatiõis quia bonitas ymaginandi prouenit ex complexione frigida et sicca et dicit capitulo. 23 q aliqui propter bonitatem complexionis videntur esse dij terrestres omnia per seipsos intelligentes. Sed queritur quare homo inter cetera animalia habet maius cerebrum. Dicendum primo q hoc est vt sensus interiores melius et distictius in ipso ordinentur. Alij dicũt q cor hominis est valde calidum et refrigeratur per frigiditatem cerebri et quia in flegmaticis magis habũdat humiditas que conuenit cerebro. ideo in ipsos dicitur esse peior odoratus.

¶ Ad vndecimum dicitur q odor aliquando est in aere vnde aer dicitur fetere. Aliqui autem in euaporatione cum fumo Sed contra in aere nõ est sapor ergo nec odor. Non sequitur. Unde quidam dicunt in aqua esse saporem sine odore.

AD tertium sic proceditur videtur q sapor nõ sit obiectum gustus. q2 gustus est quidam tactus. Sed sapor non est obiectum tactus: g non est obiectũ gustus. Sed cõtra est philosophus.

¶ Respondeo dicendũ q circa gustabile oportet considerare obiectũ mediũ et organũ sicut in aliis sensibus. Sensibile enim positum supra sensum non causat sensationem. Et ideo oportet q vbiq3 sit mediũ. Sed duplex est mediũ scz intraneum et extraneum. Extraneũ vt dicit San. Tho. lec. 21. est illud q8 nõ est pars aĩalis visus g auditus et olfatus percipiunt sua obiecta per medium extraneum. scilicet aerem vel aquam vel aliquid aliud Aliquãdo enim auditus fit per vitrum. Sed gustus et tactus percipiunt sua obiecta per mediũ intraneũ. Nam caro est mediũ in sensu tactus. gustus autẽ est quidam tactus q2 gustabile scz sapor radicatz in humido q8 est proprie tangibile Sed hic obijcit phi. quia si aliquod corpus saporosum dissoluatur in aqua vt pote mel tunc si nos sumus in aqua distantes tamen sentiem9 saporẽ ergo gustus sentit per extraneũ. Dicendum q in tali dissolutione sapor venit vsq3 ad linguã proquãto aqua immutatur a tali corpore que tangit linguam sicut si succarũ ponatur in potu vel mel.

¶ Preterea. Notandũ q nihil sentitur per gustum sine humiditate t. c. 102. Nam sicut color fit actu visibilis per lumen ita sapor fit actu gustabilis per humidũ. Et ideo habem9 saliuã in ore per quã humectantur illa que sumuntur ipsa tamẽ nõ semper sunt humida.

¶ Notandum q organum gustus est quidã neruus diffusus supra latitudinem lingue quod nõ est actu humidum sicut organũ visus nõ est actu intẽse coloratum sed est humidũ in potentia gustabile vero est humidũ in actu. Sensus autẽ debet esse talis in potentia quale est obiectũ in actu vnde si lingua sit va

de humida vel valde sicca non gustat quia si primũ tunc in ea fit sensus primi humidi et nõ superuenientis similiter cum quis gustauerit fortem saporem si postea gustet alium nõ percipiet quia adhuc manet gustus prioris saporis in ligua et propter hoc febricitantibus dulcia videtur amara qꝛ sentiunt amaritudinem infectionis que est supra linguam.

¶ Conclusio responsiua sapor est propriũ obiectũ gustus probatur sicut de colore Si queratur an gustus sit tantũ vnus sensus. Dicendum ꝙ sic Sed cõtra habet duo obiecta scꝫ potum et cibum Dicendũ ꝙ conueniũt in vna ratione. Sed contra pot⁹ consistit in frigido et humido qꝛ circa ipm est sitis. Cibus autem non vnde morales phi. aliam virtutem ponũt circa cibum et aliũ circa potũ. Sed dicendũ ꝙ conueniũt in vna ratione saporis. Sanc. Thom. lec. 12. Mouet dubiũ. An sensus gust⁹ distinguatur a tactu. si non sequit ꝙ nõ sint quinqꝫ sensus. Respõdet ꝙ gustus ⁊ tactus possunt dupliciter cõsiderari Primo quantũ ad modum sentiendi ⁊ sic gustus est quidam tact⁹ nam in tangẽdo suũ obiectũ percipit. Aliomodo quantũ ad obiectũ et tũc distinguuntur qꝛ sapor non est aliqua qualitas simplex sed causat ab eis Similiter gustus radicatur in tactu. vel aliter dicit potest accipi prout est discretiuus saporũ. Et potest accipi vt est tactus quidã prout discernit qualitates tangibiles scꝫ alimenti Unde per gustũ iudicatur aliquid esse nimis calidũ. Et philosoph⁹ dicit tertio ethi ꝙ circa delectationes gustus primo modo non est temperentia sed secũdo modo. Preterea notandũ ꝙ gustus non solũ percipit gustabile sed etiam nõ gustabile sicut visus nõ visibile vt puta tenebras Quilibet enim videt (nisi sit cecus) ꝙ sũt tenebre extincta candela. ¶ Sed sciendũ ꝙ aliquid dicitur gustabile tripliciter scꝫ quia habet bonũ gustum vel prauũ vel paruũ. Et opposito modo dicat de non gustabili. Si queratur de speciebus saporis Dicendũ ꝙ sunt septem. Et cõtinentur in hĳs versibus. dulcis et austerus salsus quoqꝫ pinguis amarus. Ponticus acutus. species sunt iste saporis vt patebit in de sensu et sensato.

¶ Cotra hec arguit. Saliua est illud per qđ ligua gustat alia vel ipsum humidũ ergo saliua est primũ obiectũ gustus et nõ sapor. Itẽ humor saliualis primo immutat gustũ ergo est obiectũ eius

¶ Secũdo arguitur ꝙ gust⁹ nullomodo sit tactus quia visus nullomodo est tact⁹. ergo nec gust⁹ licet vterqꝫ presupponat tactũ. Item si visus ledatur a calido tũc organũ visus hoc sentit ergo visus debet ita bene dici tactus sicut gustus.

¶ Tertio Cineres sentiũtur a gustu et tamen non sunt humidi. Similiter nec sal desiccatũ.

¶ Quarto arguit ꝙ sapor nõ fundatur in humido quia tunc magis humidũ esset magis sapidũ Nam ad intensionem subiecti sequitur intentio proprie passionis.

¶ Quinto arguit ꝙ non oportet sensum esse denudatũ ab eo quod sentit qꝛ oculus est colorat⁹ alias vnus homo non videret oculũ alterius. Item omnis potentia potest ad actum. Sed gustus est humidũ in potentia. Et quilibet alius sensus est in potentia ad suũ obiectũ ergo visus potest esse actu colorat⁹ et gustus humidus

¶ Sexto arguit ad idẽ. Nã est actus mouentis ⁊ moti ergo idẽ est actus sensibilis et sentientis. Sed actus sensibilis est color vel sapor igitur. Item lingua carpe est boni saporis ergo organũ gustus ꝙ nõ est denudatum ab eo quod sentit.

¶ Septimo arguit ꝙ gustus nõ sentit nõ gustabile Nam ois sensatio est cognitio ⁊ cognitio est similitudo sed in gustu nulla est similitudo ad nõ gustabile Item sensus exterior est potentia passiua et reducit ad actũ per suum obiectũ. sed non gustabile non est actiuũ igitur. Item nihil videt sine lumine. ergo nõ videmus tenebras.

¶ Octauo arguit ꝙ realiter gustus sit tactus quia ex eisdẽ sumus et nutrimur sed illa ex quib⁹ sumus sunt tangibilia ergo illa eadẽ etiam sunt gustabilia. Item nos nutrimur et augemur per mixta. non in quantũ habent saporẽ sed qualitates primas ergo circa eas est gustus.

¶ Nono arguit ꝙ organũ gust⁹ non est neruus existens precise in lingua quia sm Auicennã neru⁹ gustatiuus etiã est in palato. Item in quibusdã animalibus nõ est lingua sicut in ciconĳs et in quibusdaꝫ piscib⁹ et tamen habent gustum.

¶ Decimo vel organum lingue est tantũ vnum vel duplex si primũ hoc est cõtra Gregoriũ et Damascenum vt refert Albertus. quia in serpentib⁹ sunt due lingue vnde sicut deus dedit nobis duos oculos ita dedit et duas linguas. Nec secundũ vt communiter dicitur.

¶ Undecimo arguit ꝙ sensibile positũ supra sensũ sentiatur quia tact⁹ percipit ignem si ponatur supra carnẽ alias non causaretur dolor. Itẽ gustus percipit sensibile positum immediate supra linguã vnde infirmus percip't amaritudinẽ que non est in cibarĳs sed immediate supra linguam

¶ Duodecimo arguitur ad idẽ Aliqui habẽt paruum sonũ in auriculis quem semper audiũt. Item stans prope campanã audit sonũ qui peruenit vsqꝫ ad auditũ suũ. Item aliqs videt oculos suos scilicet in speculo. ergo sensibile quod est supra sensum sentitur. Item si neru⁹ tactus diuidat hoc bene sentit. Item agens naturale prius agit in propinquum qꝫ in distans ergo visus pri⁹ videt se qꝫ alia. Item si aliquis diu moueat circulariter tunc si velit quiescere videnť sibi omnia moueri. Talis ergo aliquid videt et non nisi illud quod remansit in oculo. Item vt habet in lib de sen. ⁊ sen. quando aliqs verberatur super oculũ. videt fulgor quidam qui erit et tamen ille est supra sensum. Item odor aliqñ peruenit vsqꝫ ad olfactũ. Et supra dictũ est ꝙ diu respirans albũ si postea auertat oculos adhuc videt illud quod remanet in oculo supposito ꝙ prior albedo sit annihilata. Item dictũ est ꝙ lumen perueniens vsqꝫ ad oculum videtur.

¶ Tertiodecimo vel sapor producit species in medio vel non si primũ ergo illud quod est valde sapidum potest a longe gustari sicut odor potest a longe odorari propter species quas producit in medio. si secundũ contra sensibile positũ supra sensum nõ sentitur ergo producit species in medio. Forte dicis ꝙ producit species tantũ in carne. Cõtra tũc res non gustaret qñ saliua mediat inter carnem et gustabile Item dictũ est ꝙ gustabile indiget humido saliuali sed hoc est falsum in gustatione vini.

¶ Ad primũ dicit ꝙ humidũ saliuale solũ instrumentaliter concurrit ad gustũ ⁊ non obiectiue.

¶ Ad scđm dicit ꝙ non est simile vt pꝫ ex supradi

etiã quã non immutatur gustus nisi immutetur tactus. Sec⁹ aũt est de aliis sensib⁹. vide san. Tho. 1 pte q. 78. arti. 3 Ad quartũ vbi dicit ꝙ gustus nõ distinguitur a tactu in genere sed a tactu quantũ ad species que per totũ corpus diffunditur.

¶ Ad tertiũ dicitur ꝙ statim quãdo ponitur super linguam fit commixtio cũ humido lingue et ita dicatur de sale.

¶ Ad quartum dicit ꝙ non sequit quia non quodcũq; humidũ est subiectũ saporum sed grossum per mixtũ siccitati terrestri et secundũ ꝙ aliter et aliter permiscetur aliter et aliter recipit saporem.

¶ Ad quintũ dicit San. Tho. hic lec. 23. ꝙ organũ visus differt ab organo tact⁹ qꝛ organũ tact⁹ nõ denudatur a toto genere calidi et frigidi qꝛ componit ex elementis quoꝝ hee sunt proprie qualitates ⁊ sic fit in potentia organũ tact⁹ ad sua obiecta inquantũ est mediũ inter contraria. Mediũ autẽ est in potentia ad extrema Et propter hoc quãto animal habꝫ cõpletionẽ magis reductã ad medium tanto habet meliorẽ tactũ vt dictũ est de homine. Sed organum visus est penitus carens colore. Sed contra Omne mixtũ est colorstũ Negat nec organũ visus est oculus qui videtur. sed humidũ glatiale quod est in neruis supradictis. vel ipsi nerui. Fit autẽ visus in actu per speciem ipsum informantem.

¶ Ad sextũ dicit ꝙ aliud esse habet color in mouẽte et moto Nec lingua carpe est sensus vel organũ sensus sed mediũ. Neruus autem est organũ.

¶ Ad septimũ dicit duomodo ꝙ non oĩs perceptio est similitudo. Nam de deo et materia pima habetur cognitio et nõ per similitudinẽ Vel argumentũ procedit de hiis q̃ sentiũtur per se. Si dicatur. Sapor est obiectũ adequatũ visus ergo oppositũ eius non sentit Dicendũ ꝙ verũ est per se. Sed per accidẽs. Sed querit quomodo sensus exteriori sentit nõ gustabile. Si per accidẽs hoc maxime erit per speciez gustabilis sed hoc non quia quũ sentitur non gustabile tũc nõ habetur species gustabilis. Forte dicis ꝙ non reqritur species. Quidã dicunt ꝙ istas priuationes percipit tantũ sensus communis. Sed hoc est contra philosophum.

¶ Ad octauũ non valet cõsequẽtia Nutrimur etiã dulcibus et non tantũ qualitatibus primis.

¶ Ad nonum concedo totum.

¶ Ad decimũ dicit Albertus ꝙ habem⁹ duas linguas sed in nobis sunt coniũcte in serpente vero diuise vide 12. de animalib⁹ cap. 2. vnde in medio nostre lingue est linea scđm longitudinẽ ducta. Facta est autem coniunctio ne impediamur a comedendo. Ciconie etiam et alia habent linguã tortam vel aliquid loco lingue.

Ad vndecimũ dꝛ a philosopho capitulo de tactu ꝙ sensibile positũ immediate supra sensum idest organum non sentit Nullus enim videt oculos suos. Nec sentit calorẽ sui cordis. Dicũt etiã medici ⁊ experientia ꝙ si neru⁹ fuerit diuisus tũc non sentit pũcturam. scđm illã partem nerui licet bene secundum aliam Sed contra. in hieme quilibet sentit frigiditatem q̃ est in extremitate digiti oꝛũ et tamẽ illa pertingit vsq; ad neruũ qui est organũ tactus. Dicit a quibusdã ꝙ non sentit scđm illam partẽ cui immediate tãgitur qꝛ natura nõ procedit ab vno dissimilium ad alterũ nisi per mediũ idest nunus dissimile sicut etiã mobile localiter non mouetur de vno vbi ad aliud nisi per mediũ. Modo esse corpale obiecti et esse spirituale sunt multũ dissimilia. et ideo requiritur mediũ. De gustu dicitur ꝙ gustabile nõ immediate ponitur super organũ. Sed mediat caro.

¶ Ad duodecimũ dicit ꝙ ille son⁹ non ponit immediate sup organũ audit⁹ scđm esse reale. Nec inconuenit per reflexionem aliquẽ videre oculũ suum. Ad aliud dicit ꝙ agens citius agit in propinquum si sit natũ agere in tali distãtia. Et per hec patet ad alia Quidam dicũt ꝙ sensus exterior nõ videt motum sed sensus cõis decipit ꝓpter motũ p̃cedentẽ. De lumine dꝛ duomodo ꝙ peruenit vsq; ad oculuz nõ vsq; ad neruũ. Vel lumẽ aliqualr hꝫ esse spũale.

¶ Ad tertiumdecimũ dicit ꝙ sapor producit species in medio intraneo. Sed querit an gustus percipiat odores videtur ꝙ sic quia comedẽs aleca putrida iudicat ea fetere. Dicendũ ꝙ gustus nõ sentit per se odorem sed per accidens.

AD quartuz sic proceditur videtur ꝙ tactus sit vnus sensus qꝛ sunt tantũ quinq; sensus exteriores Si autem essent duo tactus tũc essent sex. Sed contra est philosophus.

¶ Respõdeo dicẽdũ ꝙ sensus tact⁹ non est vnus formaliter sed plures. Probat phũs. qꝛ vn⁹ sensus est tm̃ vni⁹ cõtrarietatis p̃ se primo. Sed inter q̃litates tãgibiles sunt due ꝯtrarietates. scꝫ calidi ⁊ frigidi. humidi ⁊ sicci ergo circa ista sũt realiter duo tact⁹. Scđo dꝛ ꝙ caro nõ est organum tact⁹ ptꝫ Primo sicut se hꝫ aer ad visũ ita se hꝫ caro ad tactũ Sꝫ aer nõ est organũ visus Itẽ tũc idẽ eẽt organũ gust⁹ et tact⁹ qꝛ in lĩgua sũt gust⁹ ⁊ tact⁹ Et sic caro ibi esset organũ virtutisq; qđ est falsum: qꝛ diuersoꝝ sensuũ sunt diuersa organa. Tertio dꝛ ꝙ semper inter tangẽs et tactũ cadit mediũ extrinsecũ si tactum sit corpus durũ qꝛ vel res tangitur in aqua vel in aere. Si primũ tunc videmus ad experientiam ꝙ ibi remanet humiditas inter illa duo corpora Sed humiditas aque nõ est sine aqua ergo ibi mediat aqua ⁊ multo magis aer si corpora dura se tangũt in aere licet mediationẽ aeris minus sentiamus quia aer est minus perceptibilis et spiritualior q̃ aqua. Quarto dꝛ ꝙ organũ tactus non habet in se qualitates tangibiles in actu cõpleto sed solũ in actu incõpleto. vt patet ex articulo p̃cedẽte. Quinto dicit ꝙ tact⁹ est tangibilis et etiã non tangibilis vt dictũ est supra de aliis sensibus: vnde Ouid. dicit ꝙ volens alteri cõplacere excutit pulueres. ꝙ si nulli sunt ipsuz excute nullũ Sed hic mouet San Tho. dubiũ qꝛ aer ⁊ aqua hñt tangibiles qualitates. ergo mediantibus eis non põt fieri sensatio tactus quia opꝫ mediũ esse denudatũ qualitatibus sensibilib⁹ scđm illũ sensum sicut dyaphanũ nullũ habet colorem. Alias per ipsum nõ viderem⁹ colores Respõdet Auerrois ꝙ nos nõ sentim⁹ purũ aerẽ vel aquã Sed tangim⁹ aquã ex permixtione extranei. Tamen in se non habet qualitates tãgibiles. Contra qđ est in potẽtia natũ est pati ab eo quod est in actu. Sed noster tactus est in potentia per mediã qualitatem. Elementa autem habent qualitates aliquas in extremo ergo tactus põt sentire aquam puram. Forte dicis ꝙ elementũ in quo animal viuit nõ habet qualitates in extremo sed solũ in medio qꝛ alias non esset cõueniens habitationi hoim. Itẽ si aer et

quantitates elemēta hērent aliqs in extremo esse q ipsa non possent alia per tactum cognoscere.

Sed hoc non saluat quin aqua pura possit esse calida quia potest poni super ignē. Item per aquam calidissimā possumus per tactū sentire corpus durum. Sed dices per aquā calidissimā non possumus scire si illud corpus durū sit calidū. Sed hoc omisso Dicendum est q elemēta possūt dupliciter cōsiderari vno modo secundū qualitates actiuas et passiuas et sic contrariant adinuicem. et se inuicem immutant in suis extremis. Alio modo secundum formas quas consequuntur ex impressione corporis celestis vnde elementum quod est propinquius celo plus habet de forma. Et quia ad formam pertinet cōtinere. Ideo corpus superius continet inferius sicut locus locatum. Non ergo vnum est locus alterius propter qualitates actiuas. Sed querit An aqua pura possit esse dulcis. Videt quod sic ex San. Tho. in 2. di. 14. ar. 5. ad 5 vbi dicit quod talis est in profūdo pelagi quia aristo. dicit in libro de animalibus q̄d piscis qui dicitur malarie inuenitur valde magnus in pelago vbi sunt aque dulces. Tunc respōdetur ad dubium quod tangibile sentitur per aquā vel aerem modice quantitatis quia habent qualitates tangibiles parum sensibiles et statim mutant per aliud tangibile ab extremis qualitatibus et sic non impediunt sensationem tactus. Ex his patet q secundum phm̄ nūquam duo corpora dura se tangunt.

¶ Contra hec arguitur. Auditus est tantum vnus sensus et tamen non est tantum vnius contrarietatis quia est grauis et acuti lenitatis et asperitatis. Forte dicis cum phō q ista habent aliquod cōe subiectum scilicet sonū sub cuius ratione formali immutant auditum. Secus aūt est de qualitatibus tangibilibus. Contra qualitates tangibiles habent vnum subiectum cōmune scilicet quātitate Forte dicis q quantitas non est subiectum capiendo subiectum pro gignere sed bene est subiectum inhesionis. Contra qualitates tangibiles sunt in eodem p̄dicamento ergo conueniunt in genere. Forte dicis q̄d non cōueniunt in genere proximo. Cōtra hoc cōplexum qualitas tangibilis est genus proximum ad quatuor qualitates. sicut sonus ad omnes sonos vnde S. T. 1. parte q. 78. ar. 3. ad. 3 dicit q̄d oēs ille contrarietates et singule conueniunt in vno genere proximo licet innominato et in q. de aīa ar. 13. ad. 17. tactus simpliciter est vnus sensus propter vnum modum immutandi Item inter qualitatem que est genus et istas quatuor qualitates non sūt infinita genera ergo habēt aliquod genus proximum.

¶ Scdo tm̄ est vnū organū tactus. quod est extensū per totum corpus per modū retis. Sed diuersi sensus habent diuersa organa ergo sensus tactus realiter est tantum vnus. Item accidens multiplicatur ad multiplicationē suorum subiectorum sed subiectū tactus est tantum vnum scilicet predictus neruus et isto modo probatū est q caro non est organū tactus igit.

¶ Tertio plus cōueniunt qualitates tāgibiles quod lux celi et color quia illa lux est incorruptibilis et tamen cōtinetur sub vnico sensu scilicet visu. Si dicatur q̄ lux et color plus cōueniunt quia lumē est formale coloris. Sed contra quia lux et color specie differūt.

¶ Quarto si essent duo sensus tactus propter duas cōtrarietates primas ergo oportet ponere plures quia delectatio sentitur per tactum in fricando et similiter verberatio et pruritus pedum. Item durum et molle Sed tunc est dubium an seclusa qualitate prima sentirem hoc esse durum et an tactus possit percipere saporem sicut durum et ex hoc sciretur an gustus ē tactus Itē caliditas et frigiditas sentiūt ab vno sensu quia cōueniunt in ratione tangibilis sed in hoc etiam cōueniunt omnes qualitates.

¶ Quinto arguitur q caro non est medium tactus sed organum quia tactus fit propter bonam complexionem reductam ad medium sed dispositio carnis est magis reducta ad mediū q̄ dispositio nerui quia nerui et ossa magis accedunt ad siccitatem et supra dictum est q̄d molles carne sunt apti mente.

¶ Sexto arguitur ad idem caro est organū animalis ergo habet aliquē sensum Item si quis ledatur in carne hoc sētit ergo in carne est sensus. Item in qualibet parte animalis est tactus et per cōsequens organum eius sed nō vbique est neruus igitur. Item caro tangit lapidem quia potest sibi cōtiguari. Et eodēm modo argueretur q quis potest tangere celū si sit in celo: Forte cōcedis cōtra nichil sentiretur per tactum nisi haberet qualitatē tangibilem scilicet caliditatē frigiditatem humiditatē vel siccitatem. Item ari in 2. de partibus animalium dicit carnem esse organum tactus.

¶ Septimo arguitur q inter tāgens et tactū nō semper cadit medium quia illa se tangunt quorum vltima sunt simul ex 5. phi. Itē qñ quis scindit sibi neruum tunc inter gladiu et neruū nichil mediat.

¶ Octauo arguitur ad idem secluso aere et aqua vel sortes posset tangere lapidem vel non: si sic. ergo medium extrinsecum non est necessarium nec primum quia hoc videtur absurdum Item sentimus aquā per tactum et tamen tunc nichil mediat. Item quādo sortes tangit lapidem stans supra ipsum vel mediat aer vel non. si primum quero quare non descendit. Forte dicis q aer qui est inter pedes et lapidem resilit. Cōtra quando plus aeris mediat at tunc non impediebatur descensus sortis ergo nec modo. Itē quādo sortes tāgit aliquod acutum tūc non mediat aer alias sortes non lederetur.

¶ Nono arguitur q corpora dura possūt se tangere quia duo celi se tangunt nec aliquid mediat. Item corpus spericum tangit corpus planum scdm geometriam. Item ponatur lapis sup aquam tunc pars q nichil mediat deinde cōgeletur ipsa aqua tunc duo corpora dura sūt immediata vel arguat de plūbo prius liquefacto. Item nisi sic tunc non esset difficile extrahere stillum ferreum a ligno quia inter ipsum et lignū semper mediaret aer vel aqua Est etiā cōtra experientiam.

¶ Decimo oportet mouens esse simul cū moto sed inter ea que sūt simul nichil mediat quando ergo mouēs et motū sūt corpora dura sequitur q sunt simul. Forte dicis q mouens scdm suam virtutem actiuam est simul cū moto vel q mouens proximū est simul cū moto. Sed cōtra phi. hic ponit differētiam inter sensum tactus et alios sensus quia mediū extraneū in visu auditu et olfactu se habet actiue pro quanto ipsū immutatum a sēsibili immutat sensum. Sed medium existens

um in tactu non se habet actiue sed simul immutaꝫ cū tactu vt simul ꝑcutitur clypeus ꝛ clypeatus. Et si dicatur clypeus est mediū ergo prius ꝑcutitur clypeus ꝙ̄ clypeatus Aliqñ etiā prius calefit medium ꝙ̄ sentiatur ignis a tactu. Dicēdum ꝙ non prius ꝑcutitur clype⁹ nec prius calefit medium extraneum ꝙ̄ tactus prioritate causalitatis ita ꝙ immutatio mediū sit causa immutationis tactus secundum expositores. Forte dicis qꝺ tangibile agit in tactum per medium ꝛ illud medium non est causa per se sꝫ per accidens immutationis tact⁹. Cōtra in omni motu oportet assignare aliquod mouens ꝓximū per se. si ergo istud medium extraneū sit solum mouēs ꝓximū p accidens. opꝫ dare aliud ꝙ sit mouēs p se. Itē mouēs remotū non mouet nisi p mouēs ꝓpinquū. Si ergo mouēs ꝓpīquū mouet p accidens seqtur ꝙ mouens remotū mouet p accidens. Ad primū dr̄ ꝙ ille solutiones sunt bone ꝛ tangunt a phō ꝛ quibusdaꝫ videtur ꝙ aristoteles tm̄ disputatiue ꝓcedit. Et vocat phūs sēsū tactus plures ꝓpter pluralitatē obiectorum ɔueniētium i sū in vna rōne vel diuersitatem dispositionū. Dein dr̄ ꝙ hoc ɔplexū qualitas tāgibilis immediate diuidit solū p duas differentias oppositas. ꝛ sic quodāmō est ibi vna ɔtrarietas. Alii tenēt ꝙ sensus tact⁹ scdm̄ rē est duo ꝛ tūc diceret qꝺ tangibilia nō ɔueniūt in vno gn̄e ꝓprio ipsis adeqto.

Ad. 2m. negat minor a scda opinione. Nec distinctio specifica accidentiū est a subiecto. Nichil autem ꝓhibet aliqua esse eadem subiecto ꝛ distincta secūdū spēm vnde si per totum corpus extenderetur gust⁹ adhuc distingeretur a tactu realiter.

Ad. 3. distinguitur ꝙ plus ɔueniant vel in essentia ɔcedo vel ꝗ̄tum ad immutationē sensus ꝛ sic negatur. Sed qritur an per sensum exteriorem qꝫ possit differentiā īter caliditatem ꝛ siccitatē si sic ergo opꝫ ꝙ sit vn⁹ sens⁹ exterior cognoscēs vtrumqꝫ.

Ad. 4. dr̄ qꝺ oīa alia tangibilia reducuntur ad istas qualitates. Si dicatur medicus p tactum sentit pulsum infirmi ergo quattuor qualitates prime non sunt obiectum adequatum tactus. Forte dicis ꝙ non sentit pulsū nisi per qualitates primas. Contra sequeretur ꝙ si quis percuteretur baculo nō habente qualitates illas qꝺ percussus nichil sentiret Forte ɔcedis qꝛ motus non est sēsibile per se ꝓpriū nec etiā subā. Cum ergo ibi nichil aliud sit sequitur ꝙ non sentit sicut nec per tactum sentitur celū. Ad aliud pōt dici ꝙ tangibile non est gen⁹ ꝓximū ad caliditatē ꝛ frigiditatē. Sed dices quod est ergo genus proximū. Item licet non sit genus proximū ad ista duo tamen videtur proximū gen⁹ ad oīa tāgibilia sicut color ad visibilia. Dicendum ꝙ oportet ꝙ sit proximū genus ad quālibet cōtrarietatē perceptibilem a tali sensu.

Ad 5. dicitur ꝙ neru⁹ habet meliorem ꝓportionem qualitatum nec carnes molles significāt bonū intellectum nisi ꝓpter tactū. Notandum in ꝙ S. T. opusc. 43. dicit ꝙ tactus est vis diffusa p ossa carnē ꝛ cutē nec inɔuenit idē diuersimode esse medium ꝛ organū. c. 3.

Ad. 6. dr̄ quod caro est ps organica quod sufficit Ad aliud negat ɔn̄a. Et dr̄ tactus esse vbiqꝫ qꝛ neruus per totū extendit non absolute quia esset penetratio corpoꝝ sꝫ qꝛ non pōt dari notabilis pars carnis quin in ea sit aliquid de neruo. Et notandum ꝙ tactus dupl'r capitur prīo ꝓ ɔiunctiōe corporū ꝛ sic lapis tāgit lapidē. 2. pro potētia tactiua. Sed queritur quare sens⁹ tactus sic inuenitur in qualibet parte corporis aīalis ꝛ non alij sensus. Dicendū qꝫ tactus ꝑcipit ea ꝙ̄ maxime possūt corrūpere vitā animalis. Non aūt alij Sꝫ nōne vis⁹ ꝑcipit plures ɔtrarietates scꝫ albū ꝛ nigrū pulchrum ꝛ turpe. Et si sic quare non ponūtur plures visus sicut tactus. Dicendū ꝙ visus nō ꝑcipit nisi primā ɔtrarietatē p se prio Secus autem est de tactibus quorum quilibet per se primo percipit vnam contrarietatem.

Ad. 7. quibusdam videtur ꝙ aristoteles disputatiue ꝓcedit ꝛ ꝙ nimis absurdū sit dicere. ꝙ duo corpora dura ꝛ plana nō pn̄t se tāgere qꝛ si esset vacuū possent ɔiūgi ꝛ tn̄ nichil mediaret. Itē in virga p media pte arida ꝛ ꝓ media pte viua est ɔiūctio duorū corpoꝝ. Et. s. t. in. 4. d. 12. q. 1. ar. 2. q. 4. dicit ꝙ aliqd pōt ɔseruari inter aliqua corpora solida absꝙ hoc ꝙ aer subītret. Sꝫ ɔtrariū motus fieret in instāti quādo illa corpora separarētur quia aer eque cito subintraret vnam partē sicut aliam. alias esset vacuum in aliqua parte. ꝛ sic ibi non est successio. Et per ɔn̄s mot⁹ esset in instanti. Sed cōtra hoc argumentū nō pl⁹ ɔcludit de corporib⁹ duris ꝙ̄ de aliis scꝫ quādo corp⁹ durū descēdit sup aliud icꝫ super aquā planā. Nō ei vr̄ ꝙ aer ꝙ̄ est i medio pri⁹ totalit̄ relinquat vnā ptē ꝙ̄ aliā. Et ideo possꝫ ꝓbabilit̄ teneri ꝙ duo corpora dura possunt se tangere sine medio. Si tn̄ hoc videaſ cōtra arist. Tūc dicaſ ꝙ duo corpora celestia pn̄t se tangere. Sꝫ in reb⁹ corruptibilibus duo corpora dura nō se tangūt ꝛ qñ scindit neruus aer insensibilis subintrat ꝛ qñ plumbū frigesit sup ferrum tunc ibi nō sunt duo corpora sꝫ pte materie vel ꝗ̄titatis ymmo continuantur vt dictum est. 5. phi. vel dicaſ ꝙ aer subintrat quando aqua congelatur. Nec experiētie ꝓbant quin aqua vel aer insensibilis mediet. Et per hoc pꝫ ad alia.

Ad. 10. dicitur pro mi... c ꝙ mediū extraneū concurrit p accidens ad sensationē idest non est de ratione sēsationis ꝙ ibi sit medium per accidens qꝫ per solum medium ītraneū potest fieri sensatio. Nec tamen sequitur ꝙ tāgibile non agat in sēsum nisi per accidens graue eni mouetur deorsū a generante per se ꝛ tamen non moueretur deorsū nisi remouētur prohibens quod est mouens per accidēs vel dicitur ꝙ mouens primum est in aere vl' aqua sꝫ ꝙ sit in tali subiecto accidit sibi quia si esset possibile qꝺ corpora se tangerent non esse necessariuꝫ quod esset in tali medio tamen illa virtus per se concurrit ad talem effectum.

AD quintū sic proceditur vr̄ quod sēsus non suscipiat species sine materia quia sensus cognoscit singularia que non sunt sine materia ergo nec species representant illa singularia. Item aliquādo sonus propꝫ cāpanam producit situm ꝛ odorabile producit odorē realem ꝛ non tantum specieꝫ ergo sensus aliquid recipit cum materia vt cum tactus immutatur a calore t. 125. recipiendo nō tantū speciem coloris sed calorem. Sed cōtra est philo.

Respondeo dicendum ꝙ sensus est susceptiu⁹ specierum sine materia Et hoc probat philo. Nam cera recipit figuraꝫ annulli sine materia scꝫ sine metallo vel sine auro ergo sensus suscipit species re-

cum sensibilium sine materia vnde licet color sit in auro tamen species coloris non est in auro sed in visu vel in organo mediante potentia visiua. Ex quo patet quod aliud esse habet color ⁊ species coloris quia species coloris habet esse spirituale ⁊ intentionale color autem habet esse materiale. Secundo dr ꝙ organuz sensus corrũpitur propter excellentiam sensibilium. Nam oportet inter organũ sensus ⁊ sẽsibile esse quandã proportionem. ergo dum ista proportio corrũpitur. Corrũpitur etiã organũ. Corrũpitur autem per excellens sensibile igitur. Ex quo infertur ꝙ in plantis non est sensus qꝛ non est ibi determinata proportio ⁊ complexio ad sensum requisita. Tertio dicitur ꝙlicꝫ oĩa corruptibilia patientur a qualitatibus tangibilibus. Non omnia tamen patiuntur ab aliis qualitatibus sensibilibus. sed aliqua. Unde aer aliquando est fetidus propter odorem. Si queratur in quo est potentia sensitiua subiectiue. Dicendum ꝙ est in toto organo. Circa hec dubitatur. Prio an noticia sẽsitiua exterior possit esse sine obiecto existente. Et cõmuniter dicitur qꝺ non est naturaliter possibile. Sic enim se habet sensatio ad subiectum sicut lumẽ ad corpus luminosuz Sed lumẽ non est sine corpore luminoso. Itẽ tũc periret oĩs certitudo de existentia rei quia diceretur ꝙ licet lapis videatur tamen non est. Ex quo infert ꝙ exterior sensatio non põt causari nisi a suo subiecto causetur sicut lumẽ non causatur nisi a luminoso Sed difficultas est de diuina potentia. An ipsa possit conseruare sensatione exteriorem sine obiecto. Et multi opinantur qꝺ sic qꝛ quicquid deus põt facere cuꝫ causa scḋa effectiue illud potest facere se solo si sit res absoluta. Non enim indiget deus causa secunda in sua actione. Item in intellectu põt a deo cõseruari intellectio de re non existente. Quidam dicuntꝙ illam qualitatem que est exterior sensatio deus posset causare se solo tamen tunc non esset sensatio necꝫ cognitio quia cognoscere est actio intellectus ⁊ actus vitalis ergo est ab anima effectiue quia sicut cognitio ẽ actio. ita cognoscens est agens per locum a cõiugatis. Si autem aĩa agit tũc patet ꝙ illa sensatio non est a solo deo. Item deus se solo nõ potest producere odiũ ergo nec sẽsationeꝫ. sicut nec errorem. Et ita dicitur probabiliter ꝙ si deus cõseruaret illam qualitatẽ que nũc est visio corrupto obiecto. tunc non diceretur sortes videre per illam qualitatem quia sequitur video sortem ergo sortes est. Sed ab aliis negatur ꝯña sicut non sequitur intelligo antichristum ergo antichristus est. Secũdo dubitatur. An obiectũ aliquid patiatur ex hoc ꝙ sẽtit Dicendum ꝙ non sed color dicitur videri tantum p denoiationeꝫ extrinsecã sicut antichristus intelligitur vel ymaginatur tñ hoc ꝙ est intelligi nullã entitatẽ in ea ponit Alias ab eterno res habuissent esse reale quia intelligebantur a deo. quãdo tamẽ res sentitur tunc in medio causatur spẽs ⁊ similiter in sensu ⁊ in intellectu qñ res intelligitur Si enĩ nichil reciperet in sensu tunc diu legẽdo non debilitaretur visus nec sẽsus corrumperetur ab excellente sensibili. Item dicit phũs ꝙ necesse est intelligentẽ fantasmata speculari ergo ad cognoscendum res ponende sũt spẽs ⁊ similitudines rerum vnde sensus vocatꝫ potẽtia passiua propter spẽm quam recipit.

¶ Contra hec aꝛ. Proprium est intellectus esse susceptiuum spẽrum sine materia vnde intellectus dicitur abstrahere ergo sensus non est susceptiuus spẽrum sine materia. Item queritur quid est recipere formã sine materia. Si dicas ꝙ est recipere qualitatem ⁊ non materiam ipsius agentis. tunc non solum sensus sꝫ quodlibet passũ suscipit formam sine materia. scꝫ aqua calorem sine materia ignis. ⁊ tñ phũs dicit ꝙ hoc ẽ ꝓpriũ sensꝰ. Forte dicis ꝙ species recipitur sine materia idest sine cõditionibus materie Contra sensus cognoscit singularia ergo cum conditionibus materie sunt hic ⁊ nunc. Forte dicis qꝺ spẽs sensibilis nõ est extensa. Et ideo dicitur recipi sine materia. Contra in qualibet pte medij est spes coloris. ergo hꝫ ptes. Forte dicis ꝙ eadẽ spẽs est in qualibet pte sicut aĩa in qualibet pte corporis. Contra idẽ accidens nõ est in diuersis subiectis. Corrupta etiam specie que est ĩ vna parte aeris adhuc manet in alia.

¶ Secundo aꝛ ꝙ non est ponenda talis spẽs in medio quia tunc daretur qualitas infinita quia vel color causat totã speciem suam in toto medio ⁊ non in qualibet parte sed partes eius in partibus medij vꝫ tam ipse ꝙ̃ quelibet pars eius causat spẽm suã in toto medio et in qualibet parte. Nõ primum qꝛ totum in qualibet parte potest videri ⁊ similiter q̃libet ps Nichil aũt videtur sine specie. Nec scḋm quia tunc in medio essent infinite species totales quia in qualibet parte est vna species totalis representans totum ⁊ quamlibet partem. Item in qualibet parte est species totius ⁊ in qualibet parte est species infinitarũ partium ergo in eadem parte sunt infinite species. Forte dicis quod faciũt vnũ Contra tunc per eundem conũ ⁊ pyramidem videretꝫ qꝺ totũ est pars: ⁊ ps ꝯñs vnũ appareret ita magnum sicut aliud.

¶ Tertio vꝫ talis spẽs est ens reale vel nõ. Si scḋm ꝙ̃ nõ repñsentat ens realẽ cũ sit ens rationis. Si. i. vel est qualitas prima vel secunda. Forte dicis qꝺ est aliquando color diminutus. Contra color potest manere sine obiecto. Nõ autem ista species. Item omis color ẽ visibilis. Forte dicis ꝙ species differt a colore. Contra illud quod specie differt a colore non facit cognoscere coloreꝫ sed magis impediret vñ philosophus reprehendit platonem dicens quod derisibile videtur vt dũ rerum que nobis manifeste sunt noticiam querimus alia entia in medium afferamus idest ydeas que non possunt esse rerum substantie cum ab eis differant.

¶ Quarto arguitur ꝙ spẽs nõ est aliquid distinctũ ab ipsa sensatione qꝛ omne receptũ in potentia sensitiua est cognitio ergo species est cognitio. Añs pꝫ qꝛ oẽ quod est in potentia vitali est cognitio. Item vel spẽs est sensatio vel per specieꝫ sẽtimus. Forte dicis ꝙ recipimus sẽsationẽ per spẽs. Contra spẽs est principium actiuũ sensationis ergo non est per sa principium receptiuum respectu eiusdem quia recipere ⁊ agere habent diuersa principia igitur.

¶ Quinto arguitur qꝺ sensatio posset naturaliter esse sine obiecto similiter noticia intuitiua quia a lꝗ est noticia intuitiua que nõ causatur ab obiecto quia noticia anime separate vel angeli non causatur ab obiecto effectiue. Item auditus est de sono qui non est quia capio vnam auditionem ⁊ quero an est de sono diuisibili vel indiuisibili. Non secundum quia nullus est talis. Si primum tunc vna pars est preterita. Si ergo illa auditio sit de toto ⁊ ptibus eius sequitur ꝙ sit de eo quod non est. Itẽ videmus

motū ergo prius z posterius que tñ non sunt z audimus silentium qȝ nichil est.

¶ Sexto arguitur ad idem. Experientijs cōibus qr irrudificatis videtur homini illud quod nō est enim putāt se scindere racemū z scindūt dᵒ gitum z castra vel canes Item timentes audiunt sonos terribiles Et habētes oculos molles si diu respiciant rubeū omnia videntur eis postea rubea ergo vident rubedinē licet non sit. Item si diu aspiciamus solem si postea claudamus oculos adhuc in conspectu nro versantur colores lucidi In firmi etiam per gustum iudicant aliquid esse amarum z tamen non est ergo in istis noticia sensitiua exterior pōt esse de eo quod non est. Forte dicis qȝ noticia sēsitiua est de aliquo quod est in sēsu quia S. T. dicit in primo qȝ primus visum est spēs rei vise que est in oculo.

¶ Contra visus nichil cognoscit nisi sit coloratum vel lucidum. Potentie etiam sensitiue non reflectūtur supra se. Forte dicis qᵒ sicut sensus exterior p accñs decipit ita p accidēs pōt eē de eo qᵒ non est Cōtra bñ sequitur naturaliter hoc sentitur ergo est Itē tunc naturaliter possem⁹ videre futura p accidens licet non existant.

¶ Septimo arguitur ad idē supponēdo qȝ res permanens non habet vltimum instans sui esse ex octauo phi tūc capio visionē cōtactius qui nunc desinit esse per vltimuȝ instans qr nunquā aliter desinit esse tunc ista visio nunc est ergo post hoc erit Iteȝ ex eodem arguitur capio minimo visibili z incipiat illud corrumpi z minui tunc visio illius post hoc erit quia nunc est z tamen illud visibile immediate post hoc erit corruptum per casum.

¶ Octauo vel deus potest facere visionem sine obiecto vel nō. Si primū. Contra tunc aliquis posset a deo decipi qr videret rem que non est. Forte dicis qȝ illa visio representaret rem non esse. Contra prius representabat oppositū ergo non est eadē visio nunc to qr eadē cognitio nō habet opposita obiecta Itē bene sequitur video albedinem ergo video aliquid ſȝ hoc est falsum qr illud quod videtur nichil est per casum. Item vel video omnem albedinem vł aliquā z aliquam non. Et pono qȝ deus successiue corruperit illam albedinē incipiendo a parte posteriori. Forte dicis qȝ video vltimam partem. Contra albedo est per accidens in infinitum diuisibilis ergo non habet vltimam partem.

¶ Nono ad idem deus se solo non potest in me causare assensū quo credam ipsum non esse ergo nec visionem non existentis.

Item tunc tangerem illud quod non est z nutrirer ex nichilo. Forte dicis quod si sine obiecto de⁹ cōseruaret illam qualitatem ipsa non amplius esset visio quia nō terminaretur ad obiectum exterius quia nichil esset ibi terminans. Contra visio est quid absolutum Si ergo illa qualitas esset sequitur qȝ esset visio quia non mutat spēȝ sed prius erat visio ergo z modo. Et vltra sequitur qȝ hñs eam est videns. Item queritur quid erit obiectum terminare visionē vel est aliquid causare vel nichil. Si primum sequit̄ qȝ pōt a deo suppleri.

¶ Decimo ar̄ ad idem qȝ aliquis possit videre non exñs p diuinā potentiam qr S. T. dicit in. 3 p q 76 ar. 8 qȝ oculi aliquando īmutātur tali īmutatione ac si expresse viderent exterius carneȝ licet a parte rei non sit caro z sic in sacramento aliquando videtur sanguis vel puer. Item deus videt futura q̄ nō sūt Et beati post diem iudiciū adorabunt. Et tamen videtur quod illa adoratio sit de mixtis que non sunt Item sensus interiores sunt de non existentibus memoramur enim p̄teritoꝝ z ymaginamur ea que nō sunt z in somnijs apprehendimus non existentia ergo per sensus exteriores possumus apprehendere que non sunt.

¶ Vndecimo ad idem ille qui mouetur in naui videt motum arbotum z tamen non est. Item quando baculus est pro media parte in aqua tunc sensus exterior iudicat ipsum esse fractum ergo sensus exterior est de eo quod non est Et idem patet quando p eleuationem oculi vna candela videtur due z quando visus iudicat illud quod videt in speculo esse vltra speculum.

¶ Duodecimo arguitur quod res que intelligitur semper est quia vnumquodqȝ intelligitur secundū quod est in actu ergo nichil intelligitur nisi sit Item bene sequitur antichristus intelligitur ergo aliquid est intellectum ab inferiori ad superius. Et vltra ergo antichristus est aliquid quia quandocunqȝ arguitur ab inferiori ad superius. Tunc illud superius vere dicitur de inferiori ergo si ibi arguatur ab inferiori ad superius oportet quod ly aliquid vere dicatur de antichristo.

¶ Tertiodecimo bene sequitur antichristus intelligitur ḡ aliquod intellectum est āntichristus p cōuersionē. Et vltra sequitur qȝ aliquid sit antichristus.

¶ Item si aliqua sensatio interior sit de non existente scilicet ymaginatio sequitur qᵒ sensatio aliqua sit abstractio z alia intuitiua sicut quidam dicunt de intellectione.

¶ Ad primum dicitur quod quidam dicunt species esse inextensas sicut relationes. Sed contra visio secundum perspectiuos fit per pyramidem. Pyramis autem diuisibilis est: ideo dico qȝ intellectus est susceptiuus specierum sine materia z sine conditionibus materialibus. Abstrahit enim ab hic z nūc z intellectio non recipitur in aliq̊ organo. Secus autem est de sensatione.

Ad aliud dicitur qᵒ species recipitur sine materia quia per eam res solum habet esse intentionale. Et ideo non est simile de calore recepto in aqua vł tamen qȝ non solum sensus est susceptiuus specieruȝ sine materia sed etiam medium vnde recipere rem sine materia est recipere rem non secundum esse naturale. ¶ Sed tunc inquiratur de primo subiecto huius passionis scilicet esse susceptiuum specierum sine materia quod conuenit etiam intellectui z sensui interiori z aeri vel aque. Sed nota quia sensus siue interior siue exterior recipit species cum cōditione materie z sic differt ab intellectu Sanctus Thomas de veri. q. 2. ar 5. 2m.

Ad secūdū dī qȝ spēs est finita z tota albedo cū qualibet parte non habet nisi vnā in medio extensaȝ cui⁹ quelibet pars representat totam albedinem et partes eius proportionabiliter. Nec tamen res videtur tanta a longe sicut de prope licet species semper representet eandem rem. Sed de hijs ad perspectiuos. Si dicatur ex quo color producit specieȝ orbicularius quare dicitur qȝ visio fit per speciem pyramidalem. Dicendum quod hoc est secundum lineas producentes a visibili vsqȝ ad visum.

¶ Quinto sensualitas nõ semper obedit rationi: ergo nec fantasia: quia non videtur quomodo voluntas producat actum fantasie: ergo non habemus actum fantasie quando volumus. Item arguitur ꝙ opinamur quando volumus: quia voluntas mouet omnes alias potentias ad exercitium: ergo est causa opinionis. Item opinari aliquando est in nostra potestate quia possumus si volumus tenere opinionem San. Tho. vel algazelis ponentis quinq; sensus interiores. Forte dicis ꝙ non possumus opinari nisi habemus rationem Contra possumus credere aliquam propositionem sine aliqua ratione: ergo ⁊ opinari. Antecedens patet: quia credit qui vult ⁊ periret meritum nisi quis vellet credere sine rõne thopica vt dicit san. tho 22. 1 q. 2. ar. 10. Item si occurrat preceptum de credendo tunc homo tenetur credere dato ꝙ pro tunc nulla occurrat sibi ratio. Plus autem est credere ꝙ̄ opinari.

¶ Sexto si non possem⁹ opinari sine ratione sequeretur processus in infinitum: quia capto primam opinionem: ⁊ quero vel educitur ex antecedente opinato vel scito si secundum tunc est scientia. Si primum tunc non est prima opinio

¶ Septimo arguitur ꝙ fantasia sit sensus communis: quia est circa idem obiectum. Item sensus dicitur communis: quia cognoscit obiectum diuersorum sensuum: sed fantasia etiam cognoscit obiecta diuersoꝝ sensuũ. Forte dicis ꝙ sensus dicitur communis quia est radix aliorum. Contra. Non est radix tactus sed fundatur in eo. Item sensus communis immutatur a sensu exteriori: ergo non est radix sensus exterioris quia posterius nõ est radix prioris. Forte dicis ꝙ dicitur sensus communis: quia solum est de sensatis ꝑ sensus exteriores. Contra sensus communis percipit etiam intensiones non sensatas scilicet differentiam albi ⁊ nigri. Illa autem differentia non est sensata. Itez si quis vertatur diu circulariter postea iudicat alia moueri: ⁊ tamen motus aliorum nõ fuit sensatus. Forte dicis ꝙ sensus communis non componit sicut fantasia. Contra leuato baculo canis fugit: quia habet fantasiam ꝙ aliquis vult eum verberare.

¶ Octauo arguitur contra rationem probantem ꝙ sentire non est intelligere: quia sicut intellectus non est falsus nisi per accidens sic similiter est de decensu. Et per idem destruitur ratio probans ꝙ fantasia non est idẽ ꝙ sensus in actu quia sicut sensus in actu est falsus per accidens ita etiam fantasia solum est falsa per accidens.

¶ Nono fantasia nihil apprehendit nisi per specieꝫ causatã a sensu exteriori: ergo si sensus exterior sit verus fantasia etiam erit vera.

¶ Item fantasia non est nisi de re presente ⁊ sensata: sed illa est vera. Forte dicis ꝙ sensus communis ⁊ fantasia sunt de aliquo non sensato scilicet de actibus sensuum exteriorum Contra actus sensus exterioris sentitur ab ea. Alias nõ esset verum dicere ꝙ video me videre idem etiam est actus quo cognoscitur res ⁊ ymago eius: ergo visus cognoscit colorem ⁊ speciẽ ei⁹: alias sensus communis esset de intensione nõ sensata cuius oppositũ dictũ est ꝑbãdo ꝙ sunt tm̃. 4. sensus interiores.

¶ Decimo arguitur ꝙ fantasia nichil possit cognoscere: nec sensus communis: quia quando in eodem species diuersarum rerũ sunt permixte tunc non possumus illa discernere. Sed in sensu communi ⁊ fantasia sunt species diuersorum sensibilium omnium sensuum: ergo impossibile est ꝙ distincte cognoscantur. Item quare aristoteles hic solum facit mentionem de fantasia ⁊ non de estimatiua.

¶ Undecimo arguiť ꝙ intellectus sit sensus: quia obiectum alicuius sensus est vniuersale quãdo enim formica mouetur ad querendum grana tunc non apprehendit aliquod granum particulare: sed vniuersale licet forte apprehendat aliquem locum determinatum ad quem intedit portare grana. Item sensus interior est incorporeus: ergo est intellectus añs ptꝫ quia alias turris cogitata haberet in potentia cogitatiua certam q̄ntitatem ⁊ extensionem quod videť falsum: quia aliquando cogitatum est multo maius ꝙ̄ potẽtia nostra cogitatiua. Itẽ si in brutis est fantasia reseruans species queritur quare non semper exeunt in actum.

¶ Duodecimo videtur ꝙ fantasia non sit potentis quia phi. dicit ꝙ est motus a sensu secundum actum

factus Mot⁹ aũt non est potentia vt pꝫ per species mot⁹ Et ex eadem diffinitiõe ꝓbatur ꝙ nunꝗ act⁹ fantasie est sine actu sensus exterioris quod est falsum in somniantibus.

¶ Tertiodecimo arguitur ꝙ animalia discurrant: quia determinare de fugiendo vel sequendo pertinet ad discursum: sed ouis per estimatiuam determinat de fugiendo. Forte dicis ꝙ discursus est per aliquod commune ⁊ vniuersale. Contra aliquis est discursus ex singularibus. Ouis etiam apprehendit vniuersale: quia apprehendit intensiones nõ sensatas ⁊ ꝙ ab omni lupo est fugiendum. Et illud vniuersale videtur abstrahere a multis singularibus. Ex hoc enim ꝙ videt bonum esse sequi istum pastorem ⁊ illuꝫ estimare põt omnẽ pastorem esse sequendum.

¶ Quartodecimo. Algazel diffinit fantasiaꝫ dicẽs ꝙ est virtus que operatur componendo ⁊ diuidẽdo quandoqꝫ ex hĩs que sunt in archa formarũ .i. ymaginatiua qñqꝫ ex hĩs ꝗ sunt in archa intentionũ id est memoria. Iteꝫ sensus communis distinguitur: ergo ⁊ fantasia brutorum.

¶ Quintodecimo multa sunt opera animalium que requirunt quadam prudentiam ⁊ studium. ergo discurrunt. Antecedens patet ex alberto magno li. 8. de animalibus vbi dicit se vidisse in germania mutem qui tenebat candellam comedentibus ad preceptum magistri sui. Est autem prudentia circa agibilia ex quibus nullum sequitur opus. Talia autẽ multa sunt in auibus vt patet in cantu philomene. Forte dicis ꝙ per illum cantum intendit vocare feminã suam: vel significare conceptum suum. Contra ipsa aduolat ad hominem bene cantentem: ergo amat cãtum propter se. Elephas etiam dicit adorare regem Et ibidem narrat quomodo quidaꝫ per deceptionẽ fecit ꝙ camelus cognosceret matrem suam quod cuꝫ camel⁹ sciuit interfecit auctorẽ sceleris. Et de equo narrat ꝙ post simile factum percipitauit se. Hoc autem videtur esse ex quodam discursu quo cognouit factum illud esse disconueniens. Item dicit ꝙ delphini magni regunt paruos ⁊ eum paruus moritur veniunt aliĩ ad exequias ⁊ portant eum super spatulas suas in profundum pelagi ⁊ custodiunt corpus ne comedatur a piscibus. Item dicit ꝙ delphines diligunt homines ⁊ custodiũt eos a periculis ⁊ ꝙ psittacus diligit imberbes ⁊ cum quidam psitacus fuisset separatus a nutritore suo multuꝫ tristabatur: quia sciuit ꝙ acceperat alium psitacum cum quo ludebat ⁊ huic inuidit prior psitacus. Item hyrundines videntur habere artem faciendi domos: quia dicit ꝙ commiscent lutum cum palleis ⁊ ponunt grauia inferius ⁊ leuia superius ⁊ ponunt plumas in nido. Et si passer intrauerit nidum suum tunc vocat alios hyrundines ⁊ obstruentes foramen suffocant passerem ibidem. Et docent pullos suos tempore egesti ouis posteriora aut extra nidum vertere vt stercus cadat extra nidum. Columbe etiam pugnant inter se pro femina: vnde Auicenna dicit se vidisse duos columbos pugnãtes ⁊ facta pugna femina iuit ad victorẽ hec aũt nõ fiũt sine aliquo iudicio: ꝗ in istis aĩalibus est ꝓpõ ⁊ diuisio vñ iob q̃s dedit gallo intelligentiã ergo intelligit aliquomodo.

¶ Sextodecimo Simplex apprehensio non sufficit in animalibus mouere appetitũ: ergo in ipsis est plenum iudicium. Item animal mouetur ad cibum ⁊ si non inueniat ipsum esse bonum recedit: ergo iudicat dere Item multa sunt animalia disciplinabilia vt patet in canibus. Canis etiam venaticus in sequendo feram quando venit ad biuiuꝫ sillogizat feram transmisse per alteram viarum deinde per odoratum subsumit ꝙ non transiuit per hanc ⁊ concludit ꝙ transiuit per aliam ⁊ currit post eam. Forte dicis ꝙ omnia ista sunt ex instinctu nature. Contra tunc non oporteret docere canes sicut nec lapidem qui ex natura sua descendit deorsum. Itẽ tunc omnes canes esse eque cauti ⁊ eque bene disciplinati: quia omnes habent eũdem instinctum nature hoc argumentum est Sanc. Tho. 12. q. 13. ar. 2. 3m. vnde ignarus putaret horologiũ regi prudentia non regitur nisi ab alio sic etiã est de animalibus. Si queratur quare vna formica hec ponit suum granum in isto loco ⁊ illa in alio et reuertitur ad eundem cumulum granorum an hoc sit per memoriam quam habet similiter quare ouis comedit hanc herbam alia dimissa dicenduꝫ ꝙ de se est ad vnũ determinata ideo prouenit a fantasia sed tũc queris de hac fantasia vide Sanctus Tho. ibideꝫ ad secundum.

¶ Decimoseptimo arguitur ꝙ nõ in quolibꝫ animali est sensus: quia aliqua animalia carent lingua ꝗ animal viuit sine gustu Item plante bene viuunt sine sensu ergo ⁊ animalia.

¶ Ad primũ dicitur ꝙ rõne corporis intellect⁹ subijcitur celo ⁊ sic aliquomõ ꝑ accidẽs voluntas vñ aliqui sunt magis leti in vno tẽpore ꝗ in alio propter dispositionem corporis.

¶ Ad scðm dicitur ꝙ fantasma ꝓpria virtute nõ agit in intellectum: sed hoc habet ab intellectu agente vt dici ibidem .f.t.

¶ Ad tertium incõtinẽs nõ dicitur vinci a passionib⁹ absolute: quia alias non esset puniendus: sed vincitur in quantum dat locum passioni. Si dicatur act⁹ intemperãtie est in corpore: ergo potest causari a celo: negatur consequentia: quia actio celi potest quoad cõcupiscibilem impediri.

¶ Ad quartũ dr ꝙ loquimur de fantasia informata per speciẽ. Ad aliud dictũ est supra.

¶ Ad quintum non est simile: vt postea dicetur de sensualitate Nec voluntas se sola sufficit mouere potentiam ad quemlibet actum nec sine ratione potest quis tenere opinionem vnius doctoris in actu autem credendi est ratio sumpta ab auctoritate diuina ⁊ nõ humana Sed de hĩs videtur Holcot in principio sententiarum quibusdam thomistis placet ꝙ ad credendum requiritur motus voluntatis cum speciali auxilio et ꝙ articuli proponantur: aliĩ dicunt ꝙ cum hoc requiritur persuasio vel miraculum ideo ad cornelium missus est petrus vide. S. T. 22. q. 2. ar. 9 3. ⁊ ar 1 3m. ⁊ in 30.

¶ Ad sextũ dictũ est in primo posteriorum.

¶ Ad septimum patuit supra ꝙ circa idem obiectũ aliter se habet fantasia et aliter sensus communis. Nec sensus communis dicitur radix: quia immutet alios: sed quia se habet sicut centrum ad circunferentiam.

¶ Ad octauũ dicitur ꝙ multis modis est falsitas in intellectu scꝫ in tribus operationibus. Non autem est tot modis in sensu exteriori. Sanctus Thomas hic lectione .6.

¶ Ad nonũ negatur consequentia. Et ad aliud negatur absumptum nec inconuenit sensum communẽ esse de intensione non sensata quãdo illa intentio ha-

bet sensibile pro obiecto.

¶ Ad 10. dicitur inquirendo an possumus sil plura intelligere. Ad aliud dictum est supra enumerando sensus interiores.

¶ Ad 11m. dicitur q solus intellectus facit vniversalitatem in rebus et ideo sensus interior nō ē circa vniversale sed circa aliquod individuum vagum Ad aliud dicitur quod sensus exterior ē quantus sicut sensus exterior Tamen non oportet quod sit tante quantitatis sicut suum obiectum Ad aliud dicitur quod bruta exeunt in actum per hoc quod movētur ab aliquo extrinseco vt dicit phi. 8. phisi.

¶ Ad 12. dicitur quod ibi potētia capitur pro actu nec ille motus est vniuocus cum alio motu phisico Et semper precessit aliquis actus in sēsu exteriori.

¶ Ad 13m dicitur quod omnia animalia agūt vno modo et ideo agunt ex instinctu nature Nec est verū quod omnem determinationem precedit consilium Sed forte instinctus nature. Natura enim non deficit in necessariis Si dicatur Scire est rem p causā cognoscere sed sic canis cognoscit istum esse suum inimicum quia verberauit ipsum ergo habet veram scientiam et discursum Negatur consequentia quia deus non discurrit et tamen cognoscit rem p causam

¶ Ad 14m. patuit supra quomodo ibi capitur cōpositio. Si dicatur canis aliquando decipitur sed falsitas non est nisi in compositione ergo in sensu est compositio proprie dicta vnde potentia cogitatiua hominis aliquādo format propositionem singularē Dicendum sicut supra dictum est quod non omnis veritas est in compositione nisi forte sicut in cognoscente. Concedo tamen quod sensus interior iudicat Non tamen componit Sed cognoscat effectum in causa vide San Tho. 1. parte q. 16. ar. 2. et q. 17. ar secundo. Quidam dicūt quod in brutis est discursus imperfectus et similiter compositio incompleta et per hoc soluunt omnia argumenta. s. t. 1. parte q. 96. ar. 1. ad 4m. dicit post philosophum primo n. ethica phisice in quibusdam animalibus esse quandā participationem prudentie ex instinctu nature ex qua cōtingit quod grues sequuntur ducē et apes obediūt regi. Et sā tho. tertio de anima lec. 4. dicit q fātasia nec componit nec diuidit Sz an apis mouetur a fātasia determinata videtur q nō ex s. t. tertio lec. 5.

A D 4m. sic proceditur videtur q intellectus non sit potentia passiua quia intellectus est nobilissima potētia sz potētie vegetatiue sunt actiue ergo et intellectus quia agēs est nobilius patiēte Sed contra est phi.

¶ Respondeo dicendum scdm s. t. 1 parte q. 79. ar. q intellectus est potentia realiter distincta ab anima quia est principium proximū operationis que distinguitur ab esse ipsius anime et quia in deo idem sunt operatio et esse et ipse deus ideo suus intellectus non distinguitur ab eo. Preterea Notandum quod pati tripliciter dicit Primo proprissime scilicet quādo aliquid remouet ab eo quod cōuenit alicui per suā naturam vt quando aqua amittit frigiditatem. Secundo quando aliquid remouetur siue sit conueniens siue disconueniens Tertio quando aliquid recipitur ad quod subiectum prius erat in potentia. Et sic intelligere est pati quia noster itellectus aliqñ est in potentia ad suum actum non enim semp actu intelligimus omnia intelligibilia sz aliqñ itelligit et aliqñ non sicut materia corruptibilium aliquando est sub vna forma aliquādo sub alia in principio autem vt dicit phi. est tanq̄ tabula rasa i qua nichil depictū

¶ Preterea notandum quod albertus et multi alii incipiunt 3m librum de anima i hac materia de itellectu ibi de parte autem anime vnde est textus C. 1. scdm s. t. ibi est lectio 7 3 de anima vnde ipse incipit 3m. a t. c. 128. ibi quod autem non sit sensus. Cuius ratio est quia fuerunt aliqui qui posuerunt sensum et intellectum esse idē. Manifestum est autē quod intellectus non est aliquid de sensibus exterioribus Et ideo oportebat inquirere an esset sensus iterior vnde et greci ibi icipiunt 3m. Sed hec disputatio ē modice vtilitatis vt dicit egidius. Ex hiis patet q intellectus non dicitur pati passione corruptiua q̄a non habet materiam sed perfectiua sicut superius dictum est de sensu in hoc tamen differunt sensus et intellectus quia intellectus non corrumpitur ab excellenti intelligibili. Tum quia sensus est affixus organo corporali Non autem intellectus licet debilitetur ex lesione organi sensus vā lesi in fantasia min⁹ bene intelligūt quia intellectus capit cognitionem a sensu

¶ Preterea sciendum q intellectus est in potentia vt omnia cognoscat: Et ideo phisophus dicit quod non habet aliquam determinatam naturā corporeā quia alias non posset itelligere omnia corpora quia vt dicit textus. Intus existens prohibet extraneum vnde itellectus dr possibilis quia sicut materia est in potentia ad formas materiales. ita intellectus est in potentia respectu intelligibilium Ex hiis infert quod intellectus caret organo corporali quia alias haberet aliquam determinatam naturam sēsibilium sicut alii sensus qui conformantur suis organis que proportionantur qualitatibus sensibilibus Ex quo sequitur quod species intelligibiles non recipiuntur in aliquo organo corporeo sed tantum in intellectu possibili vā dr locus specierum.

¶ Contra hec arguitur intellectus est principium intellectionis ergo non debet dici potentia passiua antecedens patet quia effectus non excidit suam causam in passione sed intellectio albedinis est perfectior albedine cum sit qualitas spiritualis que nobilior est corporali sicut visio dei est nobilior albedine ergo itellectio albedinis nō producitur ab albedine effectiue sed ab intellectu. Item operatio vitalis necessario causat a forma vitali sed intellectio est operatio vitalis igitut. Maior patet quia hec est differentia inter formam vitalem et non vitalē

¶ Secundo arguitur ad idem intellectus est perfectio igne sed ignis est actiuus ergo et intellectus patet consequentia quia quanto forma est perfectior tanto est actiuior. Item intellectio producitur effectiue ab obiecto ergo quando intellectus intelligit seipsum tunc est principium actiuum ipsius intellectionis.

¶ Tertio ad idem intellectio angeli non causatur ab aliquo extrinseco effectiue cum nullum corporeum possit agere in spiritum ergo est effectiue a suo intellectu. Alias etiam nulla esset causa quare potius intelligeret in vno tēpore q̄̄ in alio. Item actus credēdi ē meritorius ergo est ab intellectu nostro effectiue.

Item compositio et diuisio est operatio intellectus et similiter iudicare quia alias quero a quo causatur iudicium non ex solis terminis quia non semper est circa propositionem per se notam ergo concurrit intellectus. Item discurrere et silogisari fit ab intellectu et similiter secunde intentiones fiunt ab intellectu ergo et actus intelligendi et respectus rationis qui fiunt per actum comparatiuum nostri intellect⁹ ergo operatio intellectus est effectiue ab intellectu possibili.

¶ Quarto si intellectus possibilis haberet se pure passiue tunc non esset in potestate nostra qñ errare mus quia nullam haberemus potentiam per quam possemus producere assensum verum Item tunc in intellectu esset īfiniti actus quia quilibet actus causaret se solo noticiam sui absq͂ hoc quod intellectus possibilis agat.

¶ Quinto actus intellectus potest per intellectum intendi vel remitti secundum conatum intellectus Item habens habitum exit in actum non per solam actionem habitus quia tunc semper actu ītelligeret ergo oportet intellectum concurrere effectiue et actiue ad suam intellectionem.

¶ Sexto intellectio est actio immanens. Forte dicis quod intellectus est potentia passiua cum hoc tamen stat quod sit potentia actiua sicut dictum est supra de sēsu Sed cōtra San. Tho. hic. lec. 3. dicit quod omnes potentie partis sensitiue sunt passiue nec ē possibile quod vna potētia sit actiua et passiua Item si intellectus possibilis esset actiuus tunc non oporteret preter intellectum possibilem ponere intellectum agentem

¶ Septimo queritur que est causa totalis effectiua intellectionis. Forte dicis quod est species que est in intellectu. Contra intellectio est perfectio specie ergo species non est eius causa totalis. Tenet consequentia quia effectus equiuocus non excedit suā causam. Item sola species non potest causare discursum et assensum falsum. Sola etiam species nō est causa visionis quia aliquando visus leditur propter magnam attentionem quod non esset nisi visus actiue concurreret. Itē per speciem non formaliter videmus nec intelligimus quia tunc aer videret cū habeat speciē coloris Forte dicis quod illa species in aere est alterius rationis propter diuersa recipiētia Contra albedo que est in lapide et in equo est eiusdem rationis. Item in oculo ceci est species et tamen nō videt. licȝ aliquādo cecus videatur habere pulchrum oculum Ex quo patet quod p speciē non formaliter sētim⁹ nec intelligim⁹. ¶ Octauo arguitur q͂ species cum ītellectu nō sit causa intellectionis quia vnitas effectus dependet ex vnitate cause sȝ intellectus et species intelligibilis non sunt aliquid per se vnum ergo non sunt causa intellectionis.

Item ad formandum conceptum entis non videtur aliqua species esse necessaria ī ītellectu Forte dicis ad primum quod plures cause quando sunt subordinate possunt concurrere ad vnum effectū sicut duo trahentes nauē vel sicut man⁹ et baculus mouent pilā vel pater et mater generant filiū. Contra primū exēplum non est de causis subordinatis in secundo autē man⁹ dat baculo virtutē Nō sic autē ē hic quia intellectus non dat speciei virtutē Itē hoc totum ītellect⁹ habēs speciē videt̄ eē ēs p accidēs q͂a nō ē p se i aliq͂ spē ꝯ pricipiu ītellect⁹ erit ens p accidēs

¶ Nono arguitur quod intellectus non causet in se intellectionem quia nichil agit in seipsum quod patet q͂r agens est tale in actu quale est passum in potētia vt patet 8. phi. sequeretur ergo q͂ idem esset in potentia et in actu et quod idem esset efficiens et materia quod est contra philosophum secundo phis. vbi dicitur q͂ materia et efficiens non coincidunt Cuius ratio est quia causa efficiens est extrinseca non autem materia Item tunc idem referretur ad se relatione reali quod est falsū ex .5 meth. propter oppositionem talium relationum. Itē pari ratione posset dici de quolibet q͂ agat in se ipsum ꝛ periret discursus phi in 8. phisi.

¶ Decimo arguitur ad idem quia philosophus dicit in secundo de anima Si sensus esset actiuus tūc semper ageret ergo si intellectus sit actiuus respectu intellectionis sequitur quod semper intelligimus Forte dicis quod potentia actiua non sēper est in actu vt patet de potentia generatiua Nō enī homo sēp gnāt Et sic lȝ ītellectus possibilis se solo sit cā ītellectionis non tamen oportet quod semper intelligat Contra actiones distinguuntur per sua pricipia ergo impossibile est quod solus ītellectus causet diuersas intellectiones Phūs etiam dicit q͂ ītelligere est quoddam pati.

¶ Ad 1m. dicitur quod diuerse sūt circa hoc opiniones quidam dicunt quod solus ītellectus est causa ītellectionis quia est actio manens in agente et non factio nichil enim preter intellectum videtur posse agere in ipsum cum nichil sit prestantius eo Ex hoc enim probatur quod deus sit perfectissimus quia in omnibus agit. Sed contra secundum august. Omnis res quaȝ cognoscimus congenerat ī nobis noticiam sui Ab vtroq͂ enim parit noticia scilicet a cognoscente et cognito Item nisi obiectum in se vel per suam speciem que est in intellectu concurreret ad actualem ītellectionē sequeretur q͂ cec⁹ posset iudicare de coloribus quia posita causa totali ponitur effectus et secundum istos intellectus est causa totalis. Item tunc actus non distinguerent̄ essentialiter propter distinctionem obiecti quia essentialis distinctio non est ab eo quod non est causa.

Item tunc perfectionis intelligibilis non esset perfectior intellectio quia ab eadem causa precise non sunt duo effectus īequales si sit equalis conat⁹ Itē tunc intellectus videretur īfinite actiuitatis quia se solo est actiuus respectu omnium intellectionū et sic eminenter continet infinitas intellectiones quia causa totalis eminenter cōtinet omnes suos effect⁹ si sit equiuoca Item tota scientia virtute continet̄ in pricipijs ergo non est per solum intellectū. Alij tenent quod intellectio nullomodo est ab intellectu sed tantum ab obiecto: vnde ochain dicit in secūdo quod seclusa auctoritate nulla ratio cōcludit quod intellectus sit aliquomodo actiuus. sȝ contra potētia pure passiua nullomodo īdiget habitu sed in intellectu ponūtur habitus Ideo est tertia via media scȝ quod aliquid est in intellectu ad quod se habet pure passiue scȝ species ītelligibilis que producitur a fātasmate virtute ītellectus agētis vt supra dictū ē Secundum est actus inteligendi vel cōceptus et iste producitur partialiter effectiue ab intellectu possibili informato speciei sicut tamen postea dicetur intellect⁹ possibilis p isto statu lȝ sit īformat⁹ spē nō

potest exire in actum nisi per conuersionem ad fantasmata vt postea dicetur vnde in intellectu possibili pro nunc tria sunt scilicet species actus intelligendi et habitus. Ad primum intellectus possibilis non concurrit sed bene ad secundum cum specie et ad 3m. cum actu suo. Dicendum ergo quod causa partialis aliquando e perfectior et sic patet ad primum Nec inconueniens non viuum esse causam partialem vite quia sol generat hominem.

¶ Ad 2m. patet per idem vel dicitur quod non semper forma perfectio potest in perfectiorem effectum quia homo potest producere hominem et tamen angelus non potest producere angelum. S. T. 1. parte. q. 79 ar. 5. ad 3. dicit quod agens est nobilius patiente si ad idem actio et passio referentur non autem semper si ad diuersa intellectus est autem vis passiua respectu totius entis vniuersalis et per hoc patet solutio ad argumentum in oppositum ¶ Ad tertium patet quod hic loquimur de intellectu humano et quod argumentum non est contra opinionem nostram Sed vtrum actus credendi producatur ab intellectu cum aliqua specie vel potius eliciatur sine specie ab habitu fidei Dicendum quod in omni actu oportet intellectum se conuertere ad fantasmata et sic species concurrunt.

¶ Per hec patet ad quartum quintum et sextum Eadem enim potentia actiua non est passiua respectu eiusdem Nec species intelligibilis posset produci nisi poneretur intellectus agens vt dicetur

¶ Ad 7m. patet ex predictis quod species non est causa totalis quia in primo de anima dicitur quod anima est principium actuum suarum operationum.

¶ Ad octauum dicitur quod ignis per suam potentiam est causa vnius effectus quia calor quodammodo facit vnum cum igne Nec producitur ab intellectu et specie quasi a causa per accidens sed quasi a causis subordinatis.

¶ Ad 9m. dicitur quod nichil agit in seipsum quasi causa totalis efficiens et secundum eandem potentiam sed bene tamquam causa partialis et hoc modo exponantur omnes ille auctoritates Nec inconuenit secundum diuersa oppositas relationes esse in eodem vt quando animal mouet se. Tunc enim in eo e relatio mouentis ad motum et quandoque ambulatio est causa et effectus sanitatis.

¶ Ad decimum satis dictum est supra de sensu nec diuerse intellectiones sunt ab eodem principio totali quia per aliam speciem intelligimus hominem et per aliam speciem intelligimus asinum. Secundo dicitur quod non inconuenit diuersos actus esse ab eodem principio totali quia voluntas potest esse causa oppositarum volitionum et ideo argumentum superius factum non necessario concludit quo probatur intellectum se solo non causare quamlibet cognitionem quia tunc esset virtutis infinite. Contra non sequitur ad vnam volitionem requiritur aliqua perfectio et ad aliam volitionem alterius rationis requiritur tanta perfectio vel maior ergo quod potest producere hanc et illam e perfectius quam producens istam tantum et ita habens infinitas tales in sua potestate e infinite perfectionis sicut non sequitur sol potest producere infinitos calores ergo est infinite perfectius

Item illud argumentum equaliter curreret de causa partiali et de causa totali. Quidam instant quia dictum est quod in eodem sunt relationes opposite quia idem agit in se. Contra tunc idem esset in actu et in potentia. Forte dicis quod est in actu virtuali et in potentia ad actum formalem. Contra efficiens est causa extrinseca causa actiua est principium transmutandi aliud in quantum aliud ergo nichil agit in se Forte dicis quod ly aliud non importat aliam rem sed aliam formalem rationem Contra alietas rationis formalis non facit aliud quia tunc bonitas dei esset aliud a sua scientia que secundum multos habet aliam eorum formalem De his dicetur postea de voluntate Sed dubitatur cum intelligere sit actus intellectus quare philosophus dicit quod e pati Et vtrum intellectus possibilis debeat dici intellectus passiuus Dicendum secundum aliquos quod intelligere dicitur pati quia quod per aliquam qualitatem dicamur intelligere hoc non est pro eo quod illam producimus vnde si a solo deo in nobis produceretur per eam diceremur intelligere Sed contra intelligere essentialiter est actus intellectus vnde si beatitudo poneretur in lapide per hoc quod eciperet non diceretur beatus ideo dicatur vt supra de sensu. Secundo quod intellectus non debet dici potentia actiua quia de se non agit sed requirit speciem ex parte sui et per hoc differimus ab aliis qui ponunt speciem ratione obiecti tantum et differt intellectus a sensu que per accidens patitur passione corruptiua ratione scilicet organi sed nonne intellectus impeditur leso organo dico quod sic.

¶ Dubitatur. An intellectus possibilis sit pura potentia in genere intelligibilium sicut materia prima in genere corporalium Videtur quod non quia accidens non recipitur nisi in aliquo existente sed species intelligibilis recipitur in intellectu vel anima per intellectum ergo anima secundum quod recipit species intelligibiles non est purum potentiale Dicendum quod anima nullam intellectionem potest producere nisi primo acquirat speciem quia non sunt sibi concreate Et ideo dicitur pura potentia que determinatur per species et non solum per fantasmata. Sed contra intellectus dicit magnam perfectionem et est pars anime que est actus ergo non est pura potentia absolute sed tantum in genere intelligibilium sicut oculus est pura potentia in genere colorum. Notandum secundum S. T. 1. parte q. 76. ar. 2. ad 2m. quod aliqui dixerunt intellectum passiuum esse apetitum sensitiuum in quo sunt passiones Alii quod est potentia cogitatiua Sed intellectus possibilis potest dici passiuus 3o. modo patiendi

Ad Quintum sic proceditur. videtur quod non sit necesse ponere intellectum agentem quia intellectus possibilis de se non in materialis sed inmaterialitas icoz autem est ratio intelligendi ergo intellectus possibilis ex sua inmaterialitate se solo producit intellectionem. Sed contra est aristoteles in 3o. de anima quia cum in omni natura sit agens et id quod est in potentia oportet hec duo in anima esse quorum alterum est intellectus agens et alterum intellectus possibilis.

¶ Respondeo dicendum secundum S. T. 1. par. q. 79. secundum opinionem platonis nulla necessitas erat ponere intellectum agentem ad faciendum intelligibilia in actu nisi forte ad prebendum lumen

intelligibile intelligēti. Posuit enim plato formas rerum materialium sine materia subsistere. Et p cōsequens eas intelligibiles esse quia ex hoc aliqd est intelligibile actu q̄ est immateriale ⁊ hec intelligibilia vocabat species siue ydeas quarꝫ participatione intellectus dicebatur habere de rebus scientiam Sed quia Aristoteles non posuit formas rerum naturalium subsistere sine materia. Forme autem ī materia existentes nō sunt intelligibiles actu sequebatur q̄ necesse erat ponere aliquod agēs per quod natura que est in potētia intelligibilis fieret intelligibilis in actu scilicet p abstractionem specierū a conditiōibus materialibus. Nichil enim reducitur de potentia in actum nisi per aliquod agens. Et si queratur que res sit intellectus agens. Dicēdum q̄ quidam posuerunt hunc intellectum substantiam separatam qui quasi illustrādo fantasmata facit ea intelligibilia actu sed dato q̄ sit aliquis talis itellectus agens separatus nichilominus tamē oportet ponere in anima nostra aliquam virtutem ab illo intellectu superiori participatam per quaꝫ anima facit intelligibilia in actu sicut in alijs rebus naturalibus perfectis preter vniuersales causas agentes sunt ꝓprie virtutes indite singlis rebus ab vniuersalibus agentibus deriuate. Nō enim solus sol generat hominem sed est in homine virtus generatiua: Et ita in alijs perfectis animalibus. Nichil autem est perfectius in inferioribus rebus anima humana. ergo oportet q̄ in ipsa sit alia virtus deriuata a supiore ītellectu per quam possit fantasmata illustrare ⁊ hoc experimento cognoscimus dum percipimus nos abstrahere formas vniuersales a conditionibus particularibus quod est facere actu intelligibilia. Nihil aūt conuenit alicui rei nisi per aliquod principium formaliter ei inherens. ergo oportet virtutem que est principium huiusmodi actiōis esse aliquid ī anima. ⁊ ideo aristo. comparat intellectum agentē lumini quod est aliquid receptum ī aere ⁊ intellectus separatus secūdū nostre fidei documenta est ipē deus creator anime in quo beatificatur vnde ab ipso anima lumen intellectuale participat secundum illud. Signatū autem ē super nos. ⁊c. Si queratur quid est lumen intellectuale ⁊ quid facit itellectus agēs in anima separata dicit Sanct. Tho. de veri. q. ix. ar. i. q̄ est vigor intellectus ad intelligēdum ⁊ intellectus agens dat virtutem ad intelligendum S. T. q. de anima ar. xv. ad nonum.

¶ Contra hec ar. Primo sic tactus ⁊ visus sunt diuerse potētie contingit autem in ceco q̄ ex motu relicto in ymaginatione a sensu tact⁹ cōmouetur ymaginatio ad ymaginandum aliquid pertinens ad sensum visus. ⁊ hoc ideo quia visus ⁊ tactus radicant in vna essentia anime. Si igitur intellectus possibilis est quedam potentia anime pari ratiōe ex motu ymaginationis resultabit aliquid in ītellectū possibilem ⁊ ita non est necesse ponere intellectum agentem. ¶ Item intellectus agens ad hoc ponitur q̄ intelligibilia in potentia fiant intelligibilia actu fiunt autem aliqua intelligibilia actu per hoc q̄ abstrahuntur a materialibus conditionibus / ad hoc ergo ponitur inntellectus agēs vt species intelligibiles a materia abstrahant sed hoc pōt fieri sine intellectu agente. Nā intellectus possibilis cū sit immaterialis necesse est q̄ ímaterialiter recipiat cū omne receptū ad modū recipientis recipiatur. Nulla igitur necessitas est ponendi intellectum agētem.

¶ Secundo Aristo. in tertio de anima assimulat intellectum agenti lumini sed lumen non est necessarium ad vidēdum nisi propter medium quod facit actu lucidum. Color enim secundum se visibilis est et motiuus lucidi vt dicitur secundo de anima sed intellectus agens non est necessarius ad hoc q̄ faciat intellectum possibilem aptum ad recipiendum quia secundū se est in potentia ad intelligibilia. ergo. ⁊c.

¶ Item sicut se habet intellectus ad intelligibilia ita sensus ad sensibilia sed sensibilia ad mouendum sensum non indigent aliquo agente licet secundum esse spirituale sint in sensu qui est susceptiuus rerum sensibilium sine materia ⁊ in medio quod recipit spiritualiter species sensibilium quod patet quia in eadem parte medij recipiuntur species contrariorum vt albi ⁊ nigri. ergo nec intelligibilia indigent intellectu agente. Item ad hoc q̄ aliquid quod est in potentia reducatur ad actum ī rebus naturalibus sufficit id quod est in actu eiusdem generis sicut ex materia que est in potētia ignis fit actu ignis per ignē in actu. ergo ad hoc q̄ intellectus qui ī nobis est in potentia fiat in actu non requiritur nisi intellectus in actu vel ipsamet intellectualitas vt quādo ex cognitione principiorum venimus in conclusionum/ vel alterius sicut cum aliquis discit a magistro igitur non est ponendus intellectus agens.

¶ Tertio si necessarium est ponere intellectum agētem hoc erit propter aliquam operationem eius necessariam ad actum intelligendi. Operatio autem eius non potest intelligi nisi in fantasmata vel in intellectum possibileꝫ sed nec sic nec sic igitur. Assumptum probatur quantum ad vtramqꝫ partem ⁊ ī primo q̄ non agat in fantasmata q2 si sic hoc esset vł aliquid imprimendo vel aliquid abstrahere nō primū quia virtus que recipitur in corpore nec eadem fm spectem potest esse nisi in corpore est mere corporea non obstāte q̄ sit effectiue a spiritu creato vel icreato sed quecunqꝫ virtus impressa fantasmatibus ab intellectu agente est in corpore vt de se patet nec eadem secundū spectem potest esse nisi in corpore quia in corpore ⁊ spū nulla est communis proprietas recipiendi aliquid vnū vniuocū ergo illa virtus si esset est corporea sed per talem virtutem non potest mouere fantasia intellectum possibilem cū sit pure corporea ea ratione qua non potest secūdum se. ergo talis virtus frustra ponitur cum tota ratio ponēdi ipsum sit vt det fantasmatibus rationem mouendi intellectum possibilem. Maior patet quia de re est iudicādum q̄ sit corporea vel incorporea ex hoc q̄ natura rei requirit ⁊ non ab agente extrinseco equiuoca quo potest produci tam corporeum q̄ꝫ incorporeum. Minor declarata est igitur. Item si angelus non potest in materia corporali imprimere formam immediate multominus hoc posset itellectus agēs sed fantasia est aliquid corporeum ergo intellectus agens nullam formam potest fantasmatibus imprimere ⁊ sic patet primum membrum minoris propositionis scilicet q̄ intellectus agens non agit in fantasmata īprimendo. Secūdū pars ꝓbatur scilicet q̄ non abstrahit vel remouet aliquid quia illa abstractio vel esset realis vel secundū rationem. Non realis quia vel esset realis separatio alicuius preexistis actu in fantasmatibus sicut separatur lapis ab altero lapide vel sicut sepatur accidēs a subiecto ꝑ corruptionem accidentis vel aliomodo virtute diuina vel talis abstractio vocaretur eductio alicu⁹ de potētia ad actū sicut forma dr̄ deduci de potētia subiecti. Primū nō pt̄ dici q2 nihil in actu ē fantasma-

tibus quod designat in esse ad presentiā intellectus
agentis neq₃ per corruptionem neq₃ per translatio
nem ad intellectum possibilem tanq₃ prius esset in
fantasmatibus ⁊ postea in intellectu quia forma nõ
migrat de subiecto in subiectum. Nec secundum po
test dici quia cum aliqua forma educitur de potētia
in actum ipsa eductio est in illo tanq₃ ĩ subõ de cu⁹
potētia educit. Si ğ intellect⁹ agēs de potētia pas
siua fantasmatū educeret aliquam formam siue esse
species intelligibilis siue quecunq₃ alia forma ipsa
educta esset in fantasmatibus sicut in subiecto ⁊ ita
intellectus agens ageret in fantasmata aliquid im
primēdo ⁊ sic rediret primū membrum prius impro
batum talis ergo abstractio non potest esse realis.
Nec potest esse secūdum rationem tantum quia om
nis actio rationis est cognoscentis circa cognitum
obiectiue sed intellectus agēs non agit circa fantas
mata sicut cognoscēs circa cognita quia neq₃ intel
lectus agens fantasmata cognoscit nec sua actio est
cognitio ymmo p̃supponitur omni cognitioni intel
lectuali secundū ponentes ipsam ergo sua actio cir
ca fantasmata non est abstractio secundū rationem.

¶ Quarto ar. ad idē q₂ querit ad quid talis abstra
ctio fieret non vt representaretur quidditas intelle
ctui absq₃ cõditionibus indiuiduantibus quod di
cunt ponentes intellectuȝ agentē agere circa fantas
mata abstrahendo ea secūduȝ rationē a conditioni
bus materie quod dicebat plato fieri circa ydeas se
cundū rem ⁊ ideo sicut ydee separate secundum rem
ab indiuiduis materialibus essent secūdum se intel
ligibiles vt ponebat plato sic quidditas secundum
rationem a fantasmatibus ⁊ conditionibus indiui
duantibus est secundum se intelligibilis istud enim
nichil valet. Primo / quia nullo modo ostendit quo
modo intellectus agens separaret secundum ratio
nem quidditatem a cõditionibus indiuiduantibus
sub quibus representantur in fantasmatibus ⁊ sic q̃
facilitate hoc dicūt potest negari cum probatum sit
q̄ talis abstractio non potest esse. Item secūdo quia
stante reali impedimento alicuius actionis impos
sibile est sequi actionem vt patet in trabe impedien
te descensum lapidis ⁊ tenebris impedientibus vi
sum q̃diu enim trabs manet sub lapide ⁊ tenebre
sunt in medio nec lapis potest descendere nec ocul⁹
videre sed illō quod impedit representationē quid
ditatis vniuersalis est indiuidualis cõditio fantas
matum vt dicunt cum ergo illud nunq₃ amoueatur
a fantasmatibus per quancunq₃ actionē intellectus
agentis sequitur q̄ fantasmata per illam abstractio
nem rationis nunq₃ poterunt representare quiddi
tatem vniuersalem. Aliter autem nõ representatur
quidditas intellectui nisi per fantasmata secunduȝ
istos ergo talis abstractio non sufficit.

¶ Quinto ad idē quia consequentia quam faciunt
nulla est non enim sequitur separatio realis quā po
nebat plato sufficiebat secūdum ipsum ad faciendū
ydeas per se intelligibiles ergo separatio rationis
quam tu ponis sufficit ad faciendum quidditatem
per se intelligibilem sicut non sequitur realis amo
tio trabis sufficit ad hoc vt lapis descēdat ergo am
motio eius s̄m rationē sufficit ad illud ⁊ sic pȝ q̄ in
tellectus agens non agit imp̄mendo nec abstrahen
do. Sed diceret aliquis hec diuisio nõ sufficit quia
intellectus agens agit in fantasmata dādo eis vir
tutem mouendi intellectum possibilem non aliquid
imprimendo nec abstrahendo sed solum assistendo ⁊
ponitur simile quia lumē dat colori virtutē mouen-
di visum / ⁊ tamen nichil imprimit colori nec ab eo
aliquid abstrahit sed tātū assistit ⁊ eodēmodo de in
tellectu agente ⁊ fantasmatibus. Sed contra mira-
bile videtur q̄ aliquid det alteri virtutem nec tamē
influat nec impedimentum tollat sed solum assistat
hoc enim implicat contradictionē scilicet q̄ det vir
tutem nichil dando sed ⁊ exemplū procedit ex igno
rantia lumen enim non requiritur ad videndum pro
pter colorem vt det ei virtutem mouendi visum sed
ex se hoc habet sed propter medium ⁊ organum que
non sunt susceptiua actionis coloris nisi sint illumi
nata ergo non oportet ponere intellectum agentem
ex actione eius circa fantasmata.

¶ Sexto arguitur secunda pars principalis videli
cet q̄ non sit necesse ponere intellectum agentē p̄p̄
aliquam actionem eius in intellectū possibilē quia
actio eius in intellectū possibilem non potest intel
ligi nisi duobus modis. Primo q̄ intellectus agēs
solus agat in possibilē fantasma autem nihil nec co
agat sed solum se habet obiectiue. Secundo q̄ tam
intellectus agens q̃ fantasma agant in intellectum
possibilem tanq₃ duo imperfecta agentia supplētia
vicem vnius modo quo duo homines trahūt nauē
quorū neuter sufficeret. Primum non potest dici q₂
si ad cognitionē non requiritur q̄ obiectū vel repre
sentās obiectum aliquid agat in potentia sed soluȝ
q̄ ei representetur cum sensus sufficiat ad represen-
tandum obiectum sibi propositum sine alio mouēte
non videtur quare intellectus non sufficiat ad illud
idem absq₃ hoc q̄ preter obiectū sibi p̄positū ponat
intellect⁹ agēs mouēs ipm nisi dicatur q̄ fantasma
nõ sufficienter repñtat obiectū intellectui possibili
nisi per actionē intellectus agentis circa ipm sed de
hoc non agitur sed solum nunc queritur de opatiõe
intellectus agētis in possibilem an sit necessaria ad
actum intelligendi supposita presentia obiecti ⁊ pa
tet q̄ non sicut ad sentiendum non requiritur aliud
agens. sed tantum presentia obiecti. Itē idē manēs
idem et respectu eiusdem semp natū est facere idem
potissime si agat ex necessitate nature sed itellectus
agens agit ex necessitate nature ⁊ manet semper idē
secūdum se ⁊ in ordine ad possibilem q̃tuncūq₃ fan
tasma varietur ergo ab initio creationis anime sem
per fecit idem in intellectu possibili non obstante di
uersitate fantasmatum que ei obijciuntur quia non
agūt nec coagunt. Igitur per vnum intelligere cau
satum ab intellectu agente intellexit intellectus ab
initio ⁊ semper itelliget omnia sibi representata qđ
est inconueniens. Item quod semper exigitur ad ef
fectum est causa eius propinqua vel remota ad fan
tasma preexigitur semper intellectioni ergo est cau
sa eius propinqua vel remota.

¶ Septimo arguitur ad idem improbādo secundū
membrum scilicet q̄ intellectus agens ⁊ fantasma
simul agunt in possibilē. dicunt eñ quidam pro ista
opinione q̄ duo agentia possunt tripliciter concur
rere ad aliquid faciendū. Primo quādo vnū influit
in alterū et illud alterū agit per illō quod est sibi in
fluxum sicut sol illuminat lunam ⁊ luna per receptū
lumen illuminat aerem. Secūdo quando vnū nõ in
fluit in alterū nec ecõuerso sȝ vnū causat dispositio
nē ⁊ relinquū formā principalē sicut mollificās cerā
ipsam disponit ⁊ sigillum impressum ĩtroducit prin
cipalem formam vel sigillans ⁊ sic concurrunt duo
ad figurandū cerā. Tertio quando nec vnum influit
in alterū nec vnū causat dispositionem ⁊ relinquum
formā / sed sicut duo iperfecta agentia quoꝝ quodli

bet habet de se virtutem agẽdi sed imperfectũ. Jũcta autem simul supplent vicem vnius perfecti agẽtis sicut de duobus trahentibus quorum neuter de se sufficeret ꝛ isto modo concurrunt intellectus agẽs et fantasma ad causandum intellectionem in intellectu possibili. Sed cõtra quia hic nihil ꝓbatur sed assumitur quod queritur. supponitur enim ĩ hac responsione ꝙ sit dare intellectum agẽtem habentem virtutem mouendi possibilem. Nos autẽ hic querimus vtrum ex aliqua operatione possit ꝓbari intellectum agentem esse partem anime ꝛ per omnẽ modum ꝛ ratio quibus isti ponunt intellectum agentẽ cum fantasmate agere inpossibilẽ põt esse ꝙ sit dare sensum agentem. qui vna cum obiecto sensibili agat in sensum passiuum quod nõ ponitur igitur nec illḋ deber poni. Et ꝙ sit eadẽ rõ vtrobiqꝫ patet quia ꝙ fantasmata sine intellectu agente non sufficiant ad mouendum intellectum possibilem ad intelligendũ hoc est vel propter excessum perfectionis actus ĩtelligendi respectu fantasmatum vel quia fantasmata cum sint corporalia non possunt agere in intellectuꝫ qui est potentia spiritualis vel quia secundũ se non possunt representare vniuersale quod prĩo apprehẽditur ab intellectu. Non primum quia sicut intelligere est quedam forma altioris gradus q̃ sit quodcunqꝫ fantasma sic sensus est altioris gradus q̃ sit q̃cunqꝫ qualitas sensibilis ꝛ sicut est intellect⁹ agẽs erit et sensus agens. Nec secundũ quia pono ꝙ fantasma agit impossibilem ĩtellectum per propriã virtutem q̃uis imperfectam et non virtute recepta ab intellectu agente ꝛ idem dicũt de intellectu agẽte. Nec tertium potest dici/quia fantasmata secunduꝫ se non representant nisi singularia. sed secũdum hãc opinionem intellectus agẽs nichil influit fantasmatibus nec aliquid ab eis aufert sed solum coassisit ergo fantasmata. ratione intellectus agẽtis nõ pl⁹ representant vniuersale q̃ sine eo nisi ipsemet intellectus agens ipsum representaret quod nullus dicit. Item quod primum intellectum a nobis est vniuersale vt isti dicunt siue sit verum siue falsum cõtradicit cuidam dicto istorum. Dicunt enim alibi ꝙ intellectus vniuersalis sumitur ex hoc ꝙ intellectus noster apprehendit conformitatẽ vnius singularis ad alterum ꝛ sic prius concipiuntur singularia ꝛ cõformitas eorum adinuicem q̃ habeatur concept⁹ vniuersalis non ergo concipitur primo vniuersale. Et sic patet ꝙ intellectus agens non est ponendus propter actionem in fantasmata vel in intellectum possibilem.

¶ Ad primũ dicitur a sancto Tho. in questiõe quã fecit de anima ar. iiij. ad 8m ꝙ ex specieb⁹ receptis ĩ ymaginatione a sensu tactus ymaginatio nõ sufficeret formare formas ad visum pertinẽtes nisi preexisterent forme per visum recepte ĩ thesauro memorie vel ymaginationis reseruate non enim cecus natus potest ymaginari colores. Ad aliud dicitur ꝙ intellectus possibilis nõ sufficit ad hoc ꝙ species q̄ sunt in ymaginatione particulares fiant vniuersales in intellectu possibili quia conditio recipientis nõ potest transferre speciem receptã de vno genere ĩ aliud modo species vniuersalis ꝛ particularis differũt secundum genus.

¶ Ad secundum dicitur ꝙ non est similitudo q̃tuꝫ ad omnia quia intellectus agẽs facit intelligibilia esse intelligibilia in actu lumen autem non facit visibilia potentia esse visibilia in actu quia color est per se visibilis. Ad aliud dicitur ꝙ doctor qui est actu sciens non potest causare sciẽtiam in adiscente tãq̃ interius agens ꝛ ideo preter tale agẽs in actu requiritur agens intrinsecum quod est intellectus agens. Si dicaẽ contra predicta sicut hec est vera color est per se visibilis ita ꝛ ista quidditas rei materialis est per se itelligibilis sed ꝓpter ꝑmũ phi. dẽ ꝙ lumẽ nõ requiritur propter colorem. ergo intellectus agens non requiritur ad hoc ꝙ ĩtellectus possibilis possit intelligere ꝙ autẽ quidditas sit per se intelligibilis patet quia est per se obiectum intellectus. Item dictum est ꝙ si quidditates essent per se subsistẽtes nõ oporteret ponere intellectum agẽtem sed quidditates angelorum per se subsistunt ergo sine intellectu agente possumus eas intelligere. Itẽ sicut se habet sensus ad sensibilia ita intellectus ad intelligibilia quia vtrobiqꝫ est potẽtia passiua sed nõ oportet ponere sensum agentem. ergo nec intellectum agẽtem. Forte dicis ꝙ sensus est potentia pure passiua ꝛ iõ reducitur per se in actum a solo sensibili. Contra in omni natura que quãdoqꝫ est in potentia ꝛ quãdoqꝫ in actu oportet ꝙ aliquid sit agens ꝛ aliud principium passiuum in eodem genere sed estimatiua quandoqꝫ in potentia ad sensationem ergo oportet ponere sensum interiorem agẽtem. Per hanc enim rationem probatur ꝙ in nobis preter intellectum possibilem est ponendus intellectus agens. Dicendum ꝙ quidditas est per se intelligibilis secundũ ꝙ abstracta est ꝛ non secundum esse quod habet in particularibus. Licet Sanc. Tho. prima parte. q. lxxxiiij. ar. vij. dicat ꝙ natura rei materialis nõ potest complete ꝛ vere cognosci nisi cognoscatur vt in particulari existẽs. De alio verum est si quidditates essent a nobis intelligibilis. Modo nõ cognoscimus quid est substantiarum separatarum. De sensu autem quidã opinantur ꝙ oportet ponere sensum agentem / quia anima est principium actiuum suarum operationũ. Forte dicis ꝙ actus sentiendi est a sensu in quo recipitur. Contra. eadem virtus non est principium per se actiuum et per se receptiuum eiusdem. nec sensatio est a sola specie. quia tunc species esset nobilior sensu quia nobilius est agere q̃ recipere quia agere plus accedit ad nobilissimum ens ꝛ secundum philosophum. Beatius est dare q̃ recipere. Itẽ illḋ est nobilius cui⁹ nobilissima opatio melior est nobilissima opatõe alterius. & oẽ actiuũ nobili⁹ ẽ receptiuo. Forte dicis ꝙ spẽa nobilior est q̃tũ ad suã ṽtutem. Tũc queritur de ista ṽtute an sit simplicit nobilior sensu. ꝛ que res est. Eodem modo ꝓbatur ꝙ sensibile se solo non est principium totale ꝛ proximum actus sentiendi. quia de actu sentiendi q̄ est in animali potest esse scientia ergo in animali est aliquod principium actiuum eius. Contra hanc opinionem insiaẽ quia tunc essent plures sensus exteriores q̃. v. Iteꝫ vel q̄libet sensus exterior haberet alium sensum agẽtẽ. Et in quo esset subiectiue iste sensus agẽ. Ideo dicit San. Tho. ꝙ talis sensus non est ponendus qꝛ sensibile cũ sit quoddã particulare nõ ĩprimit in sensum nec ĩ medium speciem alterius generis sed semper est particularis sed species recepta ĩ intellectu et in ymaginatione genere differunt ꝛ ideo ad habẽdum talem speciem vniuersalem oportet ponere intellectum agentem. Propositio autem assumpta videtur dubia scꝫ ꝙ semꝑ in eodẽ genere vbi est pricipiũ passiuum. sit etiã actiuũ qꝛ in celo est principiũ actiuum ꝛ ĩcorruptibilib⁹ est principium passiuum quod tamen non est eiusdem generis quia corruptibile ꝛ ĩcorruptibile genere differũt. Si dicas ꝙ res

patitur ratione materie que incorruptibilis est tũc principium passiuum aque non est eiusdem generis cum actiuo ignis. Item deus est principium actiuũ et tamen non respondet sibi passiuum eiusdem gñis.

¶ Ad tertiuz dicitur a quibusdam ꝙ vna virtus recepta in corpore est magis spiritualis ꝙ̃ alia maxime propter ꝓpinquitatem ad aliquod immateriale et ideo vnum plus mouet intellectum ꝙ̃ reliquum. Si queratur que entitas sit illud quod recipitur in fantasia ab intellectu agente an sit species vel sensatio videtur ꝙ non nec est verum ꝙ intellectus nihil possit in corpus agere quia quando sensualitas obedit rationi. Tunc ratio mouet iudicium sensitiuum vt postea dicetur.

¶ Ad secundam partẽ dicitur ꝙ intellectus abstrahit speciem a fantasmatibus idest in se trahit ⁊ recipit speciem productam a fantasmate. quod fit intelligibile actu. per quod intellectus possibilis reducitur in actuz quando aspectus eius inclinatur ad inferiora ex vnione corporis. vt dicit San. Tho. i. q. de anima. ar. xviij. ad vndecimuz vbi dicit. Si quis certe consideret intellectus agẽs ſm ea que phũs de ipso tradit non est actiuum respectu intellectus possibilis directe sed magis respectu fantasmatũ Nec est ymaginandum ꝙ eadẽ species numero que prius erat in fantasia postea ponatur in intellectu deputata quia accidens nõ migrat de subiecto in subiectũ Et sicut cum lumine visus recipit speciẽ coloris pomi sine specie dulcedinis que tamen est cũ colore pomi ita intellectus possibilis recipit speciem quidditatis rei materialis cum intellectu agẽte sine specie particularium conditionum in quibus reperitur illa quidditas vnde argumẽta procedunt ex malo intellectu abstractionis. Alij opinãtur ꝙ intellectus agens nil reale producit in fantasmatibus nisi forte obiectiue ita ꝙ facit quidditatem ĩ eis apparere nõ apparẽtibus conditionibus indiuiduantibus ⁊ sic in fantasmatibus est intelligibile in actu nõ formaliter sed obiectiue sic theologi dicunt vnum angelũ aliũ illuminare licet in eo nil effectiue producat. S. T. de veri. q. ix. ar. v. secundum.

¶ Ad quartum iam dictum est quomodo separata causat speciem vniuersalem in intellectu. Nec incõuenit fantasma in virtute intellectus agentis aliqd producere in intellectum possibilem. De illa autem virtute quidam dicunt ꝙ non recipitur ĩ fantasmatibus sed illa virtus concurrit ad eundem effectum ad quem concurrunt fantasmata scz respectu intellectus possibilis vnde super hoc postmoduz recitabũtur tres opiniões Ex predictis satis patet ꝙ sextũ argumentum nihil concludit contra nos.

¶ Ad septimum videtur ꝙ illa distinctio heruei in secundo nichil probat nec sequitur fantasma se solo non potest agere in intellectum ergo nec in virtute intellectus agẽtis sicut calor se solo nõ generat carnem sed vt est instrumentum anime. Nec est verũ ꝙ singulare priо intelligatur licet ex conformitate singularium fantasia moueat intellectum ad hoc ꝙ recipiat similitudinẽ alicuius speciei. S. T. vbi supra videtur ponere intellectum agentem propter fantasmata. Circa predicta adhuc dubitatur quia nõ oportet ponere voluntatem agentem ꝙ̃uis volũtas aliquando actu velit ⁊ aliquãdo non ergo nõ oportet ponere intellectum agentem negatur consequentia vt patet prima parte. q. lxxxiij. ar. iiij. ad tertiuz. voluntas enim mouetur ab intellectu ⁊ hoc sufficit Vtrum autem intellectus moueat eam effectiue postea dicetur. Secundo dubitatur an oporteat in angelo esse intellectum agentem quia nõ semper actu considerat vnam ⁊ eandem rem ergo ad hoc ꝙ suus intellectus reducatur de potentia ad actum requiritur in eo intellectus agens. Item res materialis non est actu intelligibilis quia intelligibile actu est immateriale vt dicit S. T. Ad hoc ergo ꝙ actu intelligantur ab angelo requiritur intellectus agẽs.

¶ Tertio dubitatur an in nobis sint realiter duo intellectus videtur ꝙ non quia potentie distinguntur per obiecta sed omnes intellectus nostri habẽt idẽ obiectum ergo est tantum vnus intellectus.

¶ Item quilibet intellectus intelligit sed in nobis non sunt simul plures intellectiones. Forte dicis ꝙ intellectus agens non habet intellectionem sed eaz producit in intellectu possibili. Contra sequeretur ꝙ intellectio esset actio transiens quia non est in eo a quo producitur. Item tunc omnes intellectiones essent eiusdem speciei quia sunt ab eodem principio scilicet intellectu agente. Item tunc operationis esset operatio quia intellectio est operatio ⁊ producitur per operationem intellectus agẽtis.

¶ Quarto dubitatur an fantasma se solo possit producere speciem in intellectu possibili videtur ꝙ sic quia intelligim⁹ per conuersionem ad fantasmata.

¶ Item vel species intelligibilis immediate ꝓducitur ab intellectu agẽte vel mediate scilicet mediãte fantasmate. Si secundum tunc queritur quomodo fantasmata cum sit corpus potest ĩmediate agere in intellectum qui est incorporeus. videtur enim ꝙ per nullam virtutẽ naturalem aliquod corporeũ possit immediate agere in spiritum.

¶ Quinto dubitatur an intellectus agens semper sit in actu videtur ꝙ non quia in homine dormiente nichil agit. Sed contra tunc oporteret ponere aliũ intellectum per quem intellectus agens reduceretur ad actum sicut necesse est ponere intellectum agentem per quem ĩtellectus possibilis reducatur ad actum. Item intellectus agens virtute continet omnes formas intelligibiles ergo est deus quia ipse solus omnia continet. Respõdetur ad secundũ dubiũ ꝙ in angelo non est intellectus agens. Sanct. Tho. prima parte. q. liiij. ar. iiij. quia ab instanti sue creationis res materiales habent in eo esse immateriale pro quanto habet omnium rerum species sibi cõcreatas nec accipit cognitionem a rebus materialibus. Si dicatur. angelus intelligit vniuersale sz vniuersale fit per abstractionez. ergo angeli cognoscũt res per abstractionẽ. Itẽ abstrahere est cognoscere prius sine posteriori. Sed hoc potest angelus. Dicẽdum ꝙ hic non loquimur de tali abstractione.

¶ Ad tertium dubium dicitur ꝙ potentie distinguũtur per diuersum modum se habendi ad idem obiectum scilicet actiue ⁊ passiue San. Tho. prima parte. q. lxxix. ar. vij. ⁊ ideo intellectus agens ⁊ possibilis distinguntur realiter. Et licet intellectio nõ sit subiectiue in intellectu agente: tamen est subiectiue in anima in qua est intellectus agens. Ad aliud dictum est supra. Nec forte inconuenit ꝙ operationis sit operatio / quia operatio voluntatis dependet ab opere intellectus. Sed contra quinto phisi. dicitur ꝙ ad actionem non est per se motus. ergo actionis vel operationis non est actio.

Forte dicis ꝙ intellectio non est actio predicamentalis. Contra omnis actio generãs qualitatem absolutam est predicamentalis sed ex actu intelligendi generatur habit⁹. ergo est actio predicamẽtalis.

Negatur consequentia quicqd sit sicut nec illuminatio est actio predicamentalis. Si dicatur omnis actio est eiusdem speciei cū suo termino sed calefactio terminatur ad qualitatem ergo etiam calefactio nō est actio predicamentalis. Negatur maior.

¶ Ad quartum dubium dicitur ꝙ corporeum subiectiue recipit aliquid a spiritu quia in celo recipit motus ab angelo. Et ita est possibile e conuerso virtute intellectus agentis loquendo de actione spirituali ⁊ non phisicali fantasmata. ergo instrumentaliter agunt sed intellectus agens principaliter. Sā. Tho. de veri. q. x. ar. vi. ad septimum. ⁊ prima parte q. lxxxiiij. ar. vi. ad secundū. Alij dicunt ꝙ fantasma se habet vt materia Sanc. Tho. prima parte. q.

¶ Ad quintum dubium dicit San. Tho. i. parte. q. lxxix. ar. iiij. ad fin. ꝙ q̄tū est ex parte intellect⁹ agētis semp intelligimus. Quod autem ī vno tempore ītelligamus actu hoc quidā attribuūt voluntati. s; hoc non sufficit quia omnis volūtas presupponit actū intellectus. Alij attribuūt celo. Contra illud nō est nisi causa rationis ⁊ vlīs. Dicunt ꝙ melius est illam scire ꝗ̄ nichil. Aliqñ pueniēt ex alia occasione. Secundo dicitur ꝙ intellectus agens continet formas intelligibiles sicut lumen visibilia propter hoc tamen non est infinite virtutis.

Circa hec queruntur .v. Primo/an in intellectu sit memoria. Scd'o/an necesse sit intelligētē cōuerti ad fantasmata. Tertio an q̄dditas rei materialis sit obiectū intellect⁹. Quarto/an ītellectus nr̄ cognoscat singularia. Quīto/an cognoscat sb̄as separatas.

Ad primū sic proceditur videtur ꝙ in intellectu non sit memoria qr supra dictū est ꝙ memoria est potentia sensitiua interior ergo non est intellectus. Sed cōtra arguitur ex philo. quia habit⁹ sciencie est in intellectu ⁊ per illum possum⁹ rememorari.

¶ Respondeo dicendū ꝙ hic sunt duo dubia. Primum est de quesito. Secundum est verum memoria distinguatur ab intellectu. Quantū ad primū auicē. dicit ꝙ in parte sensitiua reseruantur species sed hoc putat impossibile esse in intellectu vnde dicit ꝙ cessante actu intellectus cessat species vt dī. S. T. i. parte. q. lxxix. ar. vi. ⁊ q. lxxxix. ar. v. Sed cōtra species intelligibilis que est in intellectu non habet cōtrariū nec subiectū suū est corruptibile. ergo nec ipsa species quia accidens non corrumpitur nisi duobus modis scilicet per suum contrarium ⁊ ad corruptionem subiecti. Dicendū ergo ꝙ intellectus possibilis put cōseruat species quas prius acquisiuit dr̄ memoria ⁊ talis memoria non distinguitur realiter ab intellectu per. S. T. de veri. q. x. ar. tertio. Primum patet/quia oīne quod recipitur in aliquo recipitur ad modum recipientis sed intellectus est icorruptibilis. ergo ⁊ illud quod recipitur in eo. Scd'o patet quia quando potentia per se respicit aliqd obiectū tunc non diuersificatur secundum diuersitatē particularium differentiarum contētarum sub illo obiecto sicut visus non diuersificatur per albū et nigrum sed ītellectus respicit ad rationē entis ⁊ ideo nichil est ꝙ possit diuersificare intellectum ꝙ autē opinio auicenne sit contra phi. patet quia phi. dicit ꝙ intellect⁹ aliquando potest operari per seipsum. hoc autem non est verum nisi pro quanto species intelligibiles manent in eo. Unde tres sunt status intellectus. Primus est sicut ante addiscere quando scilicet ē in pura potentia. Secūdus quando est in potentia ad actum secundum id est ad operari. Tertius quādo actu intelligit. Notandum ꝙ memoria dupliciter capitur. Primo secundum ꝙ eius est apprehendere preteritum sub ratione preteriti ex parte obiecti Et tunc memoria non est in parte intellectius sed sensitiua tantum que est apprehensiua singularium qualia sunt preterita. Alio modo capitur pro omni thesauro spērum ⁊ sic capitur hic. Si queratur quomodo intellect⁹ possibilis dicitur fieri singula s philosopho. Dicendum ꝙ fit singula per assimilationem recipiendo speciē que est similitudo rei ⁊ hec species se habet ad ītellectum vt actus ad potentiam que faciunt vnum.

¶ Contra hec arguitur intellectus fit in actu p speciē intelligibilem ergo si species intelligibilis semp manet in intellectu sequitur ꝙ homo semper actu intelligit. Item non est eadem potentia que bene conseruat ⁊ bene recipit vt supra dictum est sed intellectus bene recipit ergo non cōseruat. Forte dicis ꝙ maior est vera in materialibus in quibus sicca bene cōseruant. Contra sequeretur ꝙ senes haberent maiorem memoriam ꝗ̄ viri quia sunt magis sicci.

¶ Secundo species ītelligibilis est ipsa intellectio sed intellectio non semper seruatur in ipso intellectu. ergo nec ipsa species. Maior patet qr aliās ī eodem intellectu essent due similitudines eiusdem rei scilicet ipsa species ⁊ actus intelligēdi. Sed hoc est impossibile quia vel sunt eiusdem rationis vel non. Si secundum queritur que earum est perfectior. Et quicquid dicatur oportet perfectiorem cōtinere imperfectiorē virtualiter. ⁊ sic non sunt simul sicut nec calor in summo et tepiditas.

¶ Tertio arguitur ad idem actus intelligendi non requiritur nisi ad faciendum obiectum esse presens intellectui ⁊ per hoc dicimur intelligere. Sed p speciem intelligibilem obiectum est presens intellectui ergo per solam speciē intelligimus. Item quero qd requiritur ad veram intellectionem vel ad cōceptū Si dicas oportet ꝙ sit similitudo rei ⁊ ꝙ sit in intellectu. hoc totum cōuenit speciei vnde per ipsam obiectum est presens ergo per ipsam intelligimus.

¶ Quarto vel species distincta ab intellectione ponitur in intellectu ad eliciēdum actum intellectus. vel propter aliud. Non primū qr actus intellectus sepe elicitur ab habitu vt patet de habitu sciencie. ergo non elicitur a specie ītelligibili. Item species nō est causa intellectionis quia causa equiuoca semper est nobilior effectu. Species autem non est nobilior intellectione. igitur. ⁊c.

¶ Quinto aristoteles non ponit in anima nisi tria scz passionem habitum ⁊ actum inquirendo quid sit virtus sed species nō est passio nec habitus ergo est actus. Forte dicis ꝙ est habitus quia ē qualitas de difficili mobilis vnde multi dicunt ꝙ habitus sciētie aliquando capitur pro collectione specierum. Contra habitus sciencie habet contrarium nō autē species quia propter hoc dictū est supra ꝙ species est incorruptibilis. Item sciencia est effectus demōstrationis non autem species intelligibilis. Nā aliquis habet speciem de homine qui tamen nō habet scienciam de eo et similiter de albedine. Item habitus sciencie causatur ex actu: sed species intelligibilis nō cātur ex actu. ꝗ spēs ītelligibilis nō ē habit⁹

¶ Sexto illud quod primo recipitur in potentia cognoscitiua est cognitio sed species intelligibilis est huiusmodi igitur. Maior patet. Nā ex eo dicit

potentis cognoscitiua quia recipit primo cognitionem. Item tunc intellectus esset in actu anteq̃ intelligeret. quia informaretur ista specie ante actum intelligendi.

¶ Septimo arguitur q̃ non est ponenda species intelligibilis ad cognoscendum res quia nichil quod est ignotum facit cognoscere rem. Sed species intelligibiles sunt ignote magis ipse res materiales. Itẽ queritur a quo producitur hec species itelligibilis. Non ab intellectu possibili quia est potẽtia passiua vt dicit philosophus nec ab intellectu agente quia intellectus agens est agens vniuersale quod non producit effectum particularem nisi mediãte causa particulari. Quod autẽ producatur hec species et non illa oportet q̃ hoc sit ab aliquo agẽte particulari nec a fantasmate quia ipsum non potest immediate producere intellectionem ergo nec speciez. Forte dicis q̃ fantasma est instrumentum intellectus agentis producentis speciem. Contra effectus non assimulatur instrumẽto. sed species assimulatur fantasmati quia est similitudo rei cuius habetur fantasma.

¶ Octauo non est ponẽda pluralitas sine necessitate sed nulla est necessitas ponendi speciem intelligibilẽ. Forte dicis q̃ oportet eaz ponere vt aliquid remaneat post actualem scientiam. Contra sufficit habitum remanere. Forte dicis q̃ species requirit vt intellectus possibilis disponatur ad intellectionem. Contra. Ad recipiendum speciem nõ requiritur dispositio in intellectu. ergo nec ad recipiendum intellectionem quia ad vtrunq̃ se habet intellectus possibilis passiue.

¶ Nono. noticia ĩtuitiua obiecti immediate terminatur ab obiectum. ergo ad talem noticiam in intellectu non requiritur species quia obiectum presens sufficienter representat se intuitiue. Item vel spẽs est eiusdem rationis cum obiecto vel non. Si primũ tunc in intellectu erit verus color. Si secundũ. Cõtra intellectus potest discernere inter duo que sunt eiusdẽ rationis ergo potest discernere inter duo specie distincta. Sed intellectus nõ discernit inter speciem et obiectum igitur.

¶ Decimo arguitur q̃ species non conseruantur in intellectu. quia species ista est materialis ergo per eam intellectus actu intelligit. Item tunc non indigeremus intellectu agẽte supposito q̃ prius habuerimus aliquam intellectionem quia ĩtellectus agẽs non requiritur nisi ad abstrahendum speciem. Modo species abstracta remanet in intellectu.

¶ Undecimo arguitur q̃ species sit corruptibilis licet non habet cõtrarium quia lumen est corruptibile et species in oculo. Item habitus corrumpitur sine cõtrario per solã cessationẽ ab actu. nec est verũ q̃ receptũ in incorruptibili sit incorruptibile ad modũ recipiẽtis vt patet de virtutibus et habitibus sciẽtie vel actu intelligẽdi simplici. Forte dicis q̃ solũ q̃litas habitualis nõ habẽs cõtrariũ est incorruptibilis si subiectũ est incorruptibile. Contra oẽ generabile est corruptibile p̃io celi sed spẽs gñatur. Itẽ tunc legẽs bibliã retineret necessario quodlibet verbum legendo de ipso habuit spẽm q̃d est falsum. vñ aris. in p̃dicamento qualitatis dicit per grauẽ infirmitatẽ scientiã amitti. Cõtra s̃m multos species est actualis intellectio et sic secundũ istos facile saluaretur q̃ species non manet. Itẽ s̃m hanc opinionez non possem alicuius rei totaliter obliuisci per quãcunq̃ grauem infirmitatem quia species quã acquisiuit est incorruptibilis. Hoc tamen est falsum. quis in nobis est reminiscentia. Itẽ quidam propter grauem infirmitatem oblitus fuit nominis sui. vñ aris. dicit in predicamẽto qualitatis q̃ habitus ab egritudine corrumpitur.

¶ Duodecimo qualitas spiritualis dependet ab illo a quo producitur vt patet i lumine sed species intelligibilis producitur a fantasmate quod ẽ corruptibile ergo et ipsa species. Item omne quod potest intẽdi potest remitti et totaliter corrumpi sed species intelligibilis potest intendi per multos actus. ergo potest corrumpi. Itez habeat quis in intellectu suo spectẽ mõtis aurei talis potest illam speciem amittere cum sit species ficta et falsa. Item absurdum est qualitates esse in intellectu et illud latere nos.

¶ Tertiodecimo presentia obiecti est causa presentie speciei et non econtra non eñ quia spẽs est in oculo ideo obiectum est presens sed econuerso ergo prima representatio obiecti non est per speciem ergo superflue ponitur species ad presentanduz obiectum. Itẽ quelibet species est forma naturaliter agẽs ad intellectionem et p̃ p̃ñs agit s̃m vltimũ potẽtie sue. Si ergo plures species conseruantur simul in intellectu sequitur q̃ in intellectu erunt simul plures intellectiones.

¶ Quartodecimo memoria est preteritoꝶ. Preterita autem sunt singularia sed intellectus non ẽ singularium ergo in intellectu non est memoria. Forte dicis q̃ in intellectu non est memoria. q̃ respicit preteritum ex parte obiecti. Contra tunc hõ nõ posset penitere de malis actibus preteritis quia per intellectum nõ cognoscit nec homo posset recordari preteritarum volitionum quia volitiones preterite vt preterite non possunt cognosci a sensu. Item tũc mali non possent cognoscere se esse iuste punitos q̃ punitio fit propter malum preteritum. Modo preteritum sub ratione preteriti ex parte obiecti non intelligitur. Item in intellectu est prima pars prouidentie que s̃m Tulliũ est recordatio preteriti. Nulla ẽt esset recordatio beneficij. Item possumus nobis prouidere de futuro. ergo intelligimus futurũ. ẽt et preteritum quod plus habet de veritate q̃ futuruz q̃ veritas preteriti est necessaria non autẽ futuri. Itẽ anima separata potest sperare si sit in purgatorio ergo cognoscit futurum vt futurum et sic de preterito scimus enim ad preteritum vt sic non esse potentiaz et ex isto argueretur q̃ singulare habet propriã speciẽ i intellectu alias non recordaremur ipsius q̃ fuit sed Contra species et habitus equaliter se habẽt ad omnes differentias temporis ergo nõ scitur per eas an res fuit. Item illa species est causata ex noticia intuitiua. ergo causat intuitiuam quia actus sequens et precedens sunt eiusdẽ speciei sed hoc est falsum/ quia de absente nõ habetur noticia intuitiua. Item San. Tho. i. q. lxxxix. ar. iiij. concedit q̃ anima separata cognoscit aliquod singulare ergo etiã preteritum vt sic.

¶ Quintodecimo tunc beati haberent recordationem eorũ que hic intellexerũt et p̃ p̃ñs suorũ peccatorũ et sic tristarentur quia vel volunt vel nolunt illud quod intelligunt si s̃m ergo habent displicentiam si primum ergo peccãt. Item nõ possumus reminisci ergo nulla est memoria añs patet quia qui reminiscatur vel est perfecte oblitus illius vel non si primũ ergo si per reminiscentiam redeat ad memoriam eius nesciet illud esse cuius recordationem quesiuit sicut arguit plato de seruo fugitiuo. si secũdum. ergo nõ reminiscitur.

¶ Sextodecimo arguitur quod in parte sensitiua non est memoria quia sensus non cognoscit tempus. ergo non memoratur preteriti ante probationem/ quia tempus est numerus motus secundum prius et posterius .iiij. phi. hoc autem percipi non potest sine collatione posterioris ad prius sed conferre et discurrere solum pertinet ad intellectum. Item oportet recordantem percipere actum suum sed potentia sensitiua non cognoscit proprium actum quia non reflectitur supra se et sic quando est presens non cognoscit actum suum ergo nec postea ymmo videtur quod sensus non cognoscit qualitates sensibiles. ergo non cognoscit actum suum vel alterius sensus.

¶ Decimoseptimo arguitur quod memoria et intellectus differunt realiter quia memoria distinguitur ab alijs sensibus interioribus ergo et in intellectu. Item potentie distinguuntur per actus sed intelligere et conseruare speciem sunt diuersi actus ergo memoria et intellectus sunt diuerse potentie.

¶ Decimooctauo intellectus hominis et angeli distinguuntur specie non obstante quod sint circa rationem communem entis. ergo ratio prius posita non concludit. Item licet voluntas sit circa bonum secundum communem rationem tamen aliqua contenta sub bono diuersificant appetitum quia alius est appetitus voluntatis et concupiscibilis et irascibilis. Bonum etiam continetur sub ente tamen voluntas est alia potentia ab intellectu. Item memoria est pars ymaginis representantis trinitatem sed in trinitate sunt tres persone distincte. ergo ista tria scilicet memoria intellectus et voluntas realiter distinguuntur; vide Sanc. tho. de veri. q. x. ar. iij. ad primum. sed contra. etc.

¶ Ad primum dicit San. tho. j. par. q. lxxix. ar. vj ad tertium quod species intelligibiles aliquando sunt in intellectu in potentia tantum. Aliquando in actu completo Aliquando medio modo et tunc dicitur intellectus in habitu et non in actu completo sed incompleto. Ad aliud dicitur quod ex conditione subiecti in spiritualibus omnia bene conseruantur quia subiectum est incorruptibile in senibus autem est nimia siccitas.

¶ Ad secundum suppono quod actus intelligendi et conceptus realiter distinguuntur vt dictum est in .j. periar. vnde actus intelligendi non est similitudo rei sed ipse conceptus nec inconueniens duas similitudines esse simul quando tantum vna est actualis et expressa et illud argumentum probaret quod habitus et actus non sunt simul ideo concedo quod perfectum et imperfectum sunt in eodem respectu diuersarum naturarum.

¶ Ad .iij. dicitur quod per speciem sit obiectum habitualiter presens.

¶ Ad quartum dicitur quod species elicit simplicem apprehensionem que non elicitur ab habitu scientie nec species est totalis causa vt dictum est.

¶ Ad .v. dicitur quod species aliquomodo continetur sub habitu non omnis tamen species est habitus scientie/ vt postea dicetur: sed dicitur habitus quia habet esse permanens in subiecto sicut ceteri habitus.

¶ Ad .vj. dicitur quod primo receptum est cognitio formaliter vel causaliter vel primum receptum ordine dignitatis et non generationis. Deinde concedo quod intellectus est in actu incompleto.

¶ Ad .vij. dicitur quod ignotum non est illud per quod aliud cognoscatur tanquam in obiecto sed bene ignotum est cum cognoscendi alterum quia species in aere sunt multis ignote et tamen causant visionem. Deinde dicitur quod hec species producitur a fantasmate in virtute intellectus agentis sed de hoc postea.

¶ Ad octauum dicitur quod necessitas est quando perfectio nature hoc requirit scilicet quod obiectum sit presens ante simplicem apprehensionem. Si dicatur sufficit quod sit presens in fantasmate. Dicendum quod non quia tunc non esset presens nisi in presentia mendicata ab alio/ et hoc vilificaret intellectum.

¶ Ad .ix. dicitur quod noticia intuitiua prerequirit speciem licet ad eam non terminatur. Ad aliud dicitur vt supra et magis patebit inquirendo an res cognoscantur in propria veritate vide. S. t. j. parte. q. lxxxviij. ar. v. aliquid dupliciter cognoscitur in alio. Primo sicut in obiecto cognito. Secundo sicut in cognitionis principio/ et hoc aliquando nescimus discernere.

¶ Ad decimum supra dictum est. Et ad aliud dicitur quod species non est actu completo nisi per intellectum agentem illustrantem fantasmata. vide San. Tho. de veri. q. x. ar. ij. ad. iiij. ij. vij.

¶ Ad .xj. dicitur quod per nullam obliuionem vel infirmitatem propria species corrumpitur sed bene species scibiles vel habitus scientie vel actus. et species que sunt in organo propter organi transmutationem.

¶ Ad .xij. negatur maior quia habitus est ab actu et tamen remanet post ipsum. Ad aliud negatur maior in non habentibus contrarium.

¶ Ad .xiij. dictum est quod presentia per fantasmata non sufficit nec est presentia sufficiens sub ratione cognoscibilis ideo oportet obiectum esse presens per speciem que est in intellectu. Ad aliud dictum est supra quomodo ex aliqua causa homo aliquando vtitur vna specie et non alia sicut etiam patet de habente multos habitus scientie. Quod autem vna species nunc producat actum intelligendi et non alia. hoc aliquando est quia eius fantasme efficacius imprimitur/ sed ponamus quod duo obiecta equaliter imprimant sua fantasmata. tunc quia habitibus vtimur cum volumus ideo vtimur vna specie relicta altera. primus tamen actus intellectus non causatur ab actu voluntatis.

¶ Ad .xiiij. dicitur quod intellectus est singularium per reflectionem non autem directe. Et ideo primo modo potest intelligi preteritum. Non tamen secundo modo. Et per hoc soluuntur argumenta.

¶ Ad .xv. dicitur quod cognoscunt mala. nec sequitur. ergo tristantur. Contra tristicia est de hijs que nobis nolentibus accidunt. Dicendum quod maximum gaudium excludit omnem tristiciam. Sed contra maxima tristicia non excludit omne gaudium quia demones possunt gaudere et delectari quia Aug. dicit super illud ps. qui tribulant me exultabunt si motus fuero. quod demon gaudet quando vir sanctus peccat. Dicendum quod beatitudo perfecta omnem tristiciam excludit non autem miseria quia secundum Ciceronem delectari in eo quod non decet est esse miserum. Alia argumenta satis patent ex dictis non enim inconueniens quod sensus percipiat tempus percipiendo magnitudinem vt dicit philosophus. Item non inconueniens quod vnus sensus recipiat speciem de actu alterius quam conseruat sed de actu supreme potentie in brutis videtur quod non possit esse recordatio quia sensus non reflectitur supra se. Item quod dictum est de distinctione intellectuum intelligendum est solum de intellectu humano vt patebit postea per circa obiectum S. T. in. q. de spi. cr. ar. vij. ad .j. nec sequitur visio potest eiusdem speciei in anima et in angelo ergo intellectus sunt eiusdem speciei ibi ad quintum. Quidam querunt an sicut beati non formant verbum ita nec angelus intelligendo se.

Tertium sic proceditur videtur quod non sit necesse conuertere se ad fantasmata in intelligendo/ quia magis dependet ymaginatio a sensu quam intellectus ab ymaginatione sed ymaginatio potest exire in actum non conuertendo se ad alium sensum ergo intellectus potest intelligere non conuertendo se ad fantasmata que sunt in sensu interiori. Sed contra est philoso.

¶ Respondeo dicendum per fantasmata intelliguntur species rerum que sunt in fantasia que est sens

fus lterior. et nota ꝙ hic est dubium quomodo intellectus dicitur itelligere per abstractionem a fantasmatibus: ⁊ tamen non intelligit nisi conuertendo se ad fantasmata. Quantū ad illud videnda sunt tria. Primo quid est abstrahere a fantasmatibus. Secūdo quo modo fit talis abstractio. Tertio vtrū intelligamus conuertendo a fantasmata. Quantū ad primū dicit herueus ꝙ duplex est abstractio vna est qua res intellecta dicitur abstrahi per hoc ꝙ intelligitur preter aliquid quod est ei coniunctum in re ⁊ hec abstractio non dicit aliquam actionem realem que fit in re abstracta sicut vniuersale abstrahitur a particulari sicut homo a sorte vel animal ab homine vel sicut mathematica abstrahuntur a naturalibus sicut circulus a cupro ⁊ de tali abstractione nō loquimur hic non enim simili modo dicimus speciē abstrahi a fantasmate sicut hominem a sorte vel circulū a cupro quia illa abstractio speciei a fantasmate est realis actio quia fit species in intellectu possibili que non predicatur de fantasmate a quo abstrahitur sicut homo predicatur de sorte a quo abstrahitur/quia species abstracta representat naturā sine conditionibus particularibus. Abstractio ergo qua dicitur intellectus abstrahere a fantasmatibus non est aliud ꝙ̃ quedam realis motio qua mouetur intellectus a fantasmate. vel ad speciem intelligibilem vel ad actum intelligēdi. Non est ymaginandū vt quidam videntur ymaginari ꝙ intellectus quasi precognoscens ea que sunt in fantasmate. videat ea ⁊ quasi accipiat vnum ex eis. Sic enim ymaginari ridiculum esset. ymo anteꝙ̃ intellectus quicꝙ̃ intelligat in virtute intellectus agentis. mouetur naturaliter a fantasmate. sicut visus non prius videns naturaliter mouetur a colore ⁊ sic patet primum. scilicet quid sit abstrahere a fantasmatibus. Dicitur autem talis motio abstractio cum qꝫ intellectus est superior causa quantum a fantasma a quo dicitur fieri abstractio tum quia ex parte itellectus est aliqua virt⁹ actiua que habet effectū causatum a fantasmate. ⁊ ideo videtur ꝙ quasi intellectus trahat ad se spēm. ¶ Quantū ad sc̄m quomodo scꝫ fantasma. virtute intellectus agētis moueat intellectum possibilem sunt tres opiniones. Prima est ꝙ intellectus agens agit in fantasmata non aliqd imprimendo fantasmati sed remouēdo vt̄ re vniuersali ⁊ singulari, p̄posita intellectus agens separat a natura vniuersali cōditiones indiuiduantes quibus impediebatur illa natura a mouēdo intellectū polēm ⁊ sic dicitur facere naturā vlēm ⁊ potentē mouere intellectū possibilē ista tn̄ separatio scd̄m eos non est secundū rē sed secundū rationē intelligendi istud aūt nō videt verum primo quia agens remouens prohibens licet nichil imprimat ei a quo prohibēs tollitur vt si dicatur ꝙ amouens columpnam nichil imprimat directe lapidi supposito tamen aliquid imprimit ipsi impedimēto quod remouet puta motum imprimit columpne impedienti quam remouet. Intellectus autē agens nichil imprimit non solum nature vniuersali sed nec conditionibus indiuiduantibus que ponuntur impedire ergo non potest dici ꝙ intellectus agens det virtutem fantasmati ad mouendum remouendo prohibens. Si dicatur ꝙ remouet illa non agendo aliquid sed subtrahendo influentiam sequitur ꝙ intellectus agens prius conseruabat conditiones indiuiduantes vel ꝙ saltem conseruabat id a quo conditiones iste conseruabantur. quia nullum agēs remouet aliquid subtrahendo influentiam suam nisi id ꝙ̃ mediate vel immediate cōseruabatur ab eo. hoc autem est inconueniēs. Si intellectus agens sit cōseruans conditiones indiuiduantes mediate vel immediate ergo ⁊c. Item illud quod habet esse secundū rationem tantum non est causa actionis realis sed predicta separatio est tantum secūdum rationem intelligendi. ergo per hoc fantasma nō potest realiter mouere intellectum. Item nichil agit nisi singulare sed per talem abstractionē fantasma non habet esse singulare vel reale ergo per talē abstractionem non conuenit sibi agere in intellectum. Sed secūda opinio dicit ꝙ fantasma dicitur mouere itellectū possibilem in virtute intellectus agētis non ꝙ fantasma aliquid recipiat i se sed magis ex parte effectus ita ꝙ fantasma ⁊ intellectus agens simul agunt in itellectum possibilem. nec vnum agit sine alio licet vnū nichil recipiat ab alio. sicut diceret ꝙ in aere est species coloris ī virtute luminis: quia species coloris non fit in aere sine lumine. Sed contra. secundū hoc non deberet magis dici ꝙ fantasma mouet in virtute intellectus agentis ꝙ̃ econuerso quia vtrunꝙ̃ requiritur. Tertia opinio dicit ꝙ intellectus agēs aliquid imprimit fantasmati in cuius virtute agit ⁊ illud impressum est aliqua immutatio spiritualis et quodammodo immaterialis non ex parte subiecti/ sed quia habet esse magis actuale ⁊ per consequens minus materiale quia potissima cōditio materie est potētialitas. Si dicatur istud impressum recipitur in organo fantasie ergo habet cōditiones indiuiduantes. ⁊ sic est materiale. Dicendum ꝙ verum est ꝙ est aliquomodo materiale vt dictum ē ex parte subiecti tamen tollitur ab eo conditio materie que est potētialitas vnde per ipsum fantasma fit magis potens ⁊ quia multis non placet ꝙ aliquid realiter imprimatur fantasmati ideo suadetur: quia fantasma mouet intellectum vel ergo habet virtutem mouendi de se vel ab intellectu agente. Si secundum sequitur ꝙ in se recipit aliquam virtutem. Si primum sequitur ꝙ fantasma est nobilius specie intelligibili. Forte dicis ꝙ non quia est causa partialis. Contra causa partialis se sola potest causare partem effect⁹ ergo fantasma se solo potest causare speciem magis remissam.

¶ Item si fantasma nichil recipit ab intellectu agēte sequitur ꝙ nō est instrumentum eius. Ex hoc enī ꝙ securis est instrumentū ideo nunꝙ̃ mouet nisi moueatur. si autem non est instrumētum sequitur ꝙ est perfecti⁹ suo effectu scilicet specie itelligibili alias non posses probare ꝙ intellect⁹ agens sit perfectior possibili vt dicit phi. quia non est causa totalis quia fantasma concurrit. Quarta potest esse opinio ꝙ solus intellectus agēs producit intellectionem ⁊ fantasma solum est causa sine qua nō ipsius intellectionis. Sed contra posita causa totali potest poni effectus sed secus habet intellectum ⁊ tamen nō potest iudicare de coloribus. De opinione autē. s. t. supra visum est disputando de intellectu agente ex San. Tho. in. q. de anima. ar. xviij. ad vndecimum.

¶ Quantum ad tertium dicitur ꝙ necesse est intelligentem pro nunc ad fantasmata conuerti quia vt dicit. s. t. i. parte. q. lxxxiiij. ar. vij. videmus ꝙ leso organo leditur intellectus. ergo actus fantasie requirit ad actum intellectus non solum in acquirendo sciētiam sed etiam in vtendo speciebus iam acquisitis. Et ideo frenetici qui sunt lesi in ymaginatione vel litargici in mēoria ipediunt ab actu itelligēdi. Scdo pꝫ qꝛ quando aliquis conatur aliquid itelligere for

mat sibi aliqua fantasmata p modū exēplorū r quā do volumus aliquē docere proponim⁹ sibi exempla per que addiscens possit sibi formare fātasmata cuius ratio est quia intellectus noster est circa quidditates que habent esse in aliquo particulari et ideo non perfecte cognoscuntur nisi cognoscantur vt in particulari existētes hoc autem fit saltem in nobis per ymaginationem et ideo oportet q intellectus conuertat se ad fantasmata vt speculetur naturam vniuersalem in particulari existentem. Item videmus homines ledi ex nimio studio ergo ibi concurrit e corpus. Ex his patet q conuerti ad fantasmata non est producere speciem quia producta specie adhuc īdigem⁹ hac cōuersiōe ad intellectionē naturalem quia de visione beatorum non loquimur ex hoc patet quare habens multas species potius vtitur vna q̃ alia.

Contra hec arguitur. Primo probando q non intelligimus res materiales per abstractionē a fātasmatibus quia quicunq intelligit rem aliter q̃ sit est falsus sed forme rerum materialium non sunt abstracte a particularibus quorum similitudines sunt fantasmata. Si ergo intellectus res materiales intelligat per abstractionem specierum a fantasmatibus erit falsitas in intellectu nostro. Item de ratione quidditatis materialis est q sit in hoc particulari existēs vt dicit. S. T. j. parte. q. lxxxiiij. ar. vij. ergo impossibile est intelligere quidditatem rei materialis nisi ītelligatur hoc particulare ergo nō intelligimus per abstractionem.

Secundo queritur quis intellect⁹ abstrahit speciem a fantasmatibus. Non potest dici q sit intellectus possibilis quia ille nichil agit. Nec est intellectus agens quia abstrahere est intelligere vnum sine alio sed intellectus agens nullam habet intellectionem igitur.

Tertio queritur quid est abstrahere a fantasmatibus. Forte dicis q est fantasmata causare spēm ī intellectu possibili. Contra sequeretur q fantasmata abstraherent a fantasmatibus quia supra dictuz est q causāt speciē in ītellectu possibili. Sz dices q abstrahere spēm a fantasmatibus est cōuerti ad fātasmata. Sed cōtra san. tho. ponit diuersos articulos circa ista ergo nō sunt idem. Itez secundū phm necesse est intelligentē fantasmata speculari ergo intellectus intelligendo nō abstrahit a fantasmatib⁹. Forte dicis q abstrahere est intelligere naturaz nō intelligendo singulare. Cōtra intellectus per reflexionem intelligit singulare. ergo tūc nō abstrahit a fantasmatibus. Forte dicis q abstrahere est intelligere rem sine materia. Contra materia cadit ī diffinitione rei naturalis ergo impossibibile est intelligere rem naturalem nisi intelligatur materia.

Quarto si intellectus intelligit per abstractionē a fantasmatib⁹ vel hoc est qr fantasma educit spēm de potentia intellectus possibilis r hoc non. qr species intelligibilis est forma spūalis r intentionalis que nō potest educi de potētia subiecti. vel hoc ē qr eadem spēs transit a fantasmate ad intellectum possibilem et hoc est impossibile quia accidens non migrat de subiecto in subiectum.

Quinto arguitur q non est necesse intelligentez fantasmata speculari quia habens scientiam potest exire in actum quando vult alias non differret addiscente. ergo habens habitū sciētie in intelligēdo nō necessario cōuertitur ad fantasmata. Item intellectus agens immediate agit in intellectū possibilem ergo non ē necessariū q cōuertatur ad fantasmata. Antecedens patet quia intellectus agens se habet sicut lumen quod immediate immutat visum.

Sexto arguitur q intellectus agens nichil imprimit in fantasmatibus quia omne quod recipitur in aliquo recipitur secundum modum rei recipientis ergo illud quod imprimitur fantasmati recipitur īdiuidualiter et materialiter et per consequens fantasma est eque in potentia sicut prius quia per nullum materiale potest deduci de potentia ad actum. Item sic dicit dominicus scilicet. q nichil imprimitur in fantasmatibus sed magis abstrahitur.

Septimo intellectus intelligit deum et substantias separatas. sed talia non cadunt sub fantasmatibus. Item posita causa totali ponitur effectus sed causa totalis actus intelligendi est intellect⁹ agēs et species intelligibilis. et ista sunt in anima seclusis fantasmatibus igitur. Item nos intelligim⁹ mathematicalia que abstrahunt a materia non autem a fantasmate ergo aliqua intelligimus sine conuersione ad fantasmata.

Octauo homo qui moritur habet magnum dolorem in corde dato q cetera membra sunt mortua tenendo secundum aliquos q vna pars moritur ante aliam et q cor est vltimum quod moritur in hoīe. Mortuo ergo capite stat q vita sit in corde et tunc homo potest dolere et tristari et per consequens cognoscere tunc autem non est fantasma.

Nono fantasma impedit intellectionē. ergo non requiritur. Antecedens patet ex Augustino dicente q quidam errantes de deo secundum corpus sapiunt quia nichil de eo sentiunt nisi quod in fantasia et in sensibus inuenitur.

Decimo estimatiua distinguitur a fantasia et similiter memoria. ergo virtute istorum ita bene pōt causari species in intellectu scz spēs mōtis auret sicut a fantasia ergo non est necesse intelligentem fantasmata speculari quia virtus cogitatiua est nobilior et propinquior ergo ipsa potius agit in intellectu. Item dormiens habet species in fantasia quia ipsa conseruat tamen illi non sufficiunt ad intelligēdum. Item anima separata intelligit et tamen non habet fātasmata. quia fantasmata sunt in corpore.

Undecimo si necesse esset intelligentē fantasmata speculari hoc maxie esset qr fantasmata cōcurrūt ad producendū spēm intelligibilē. sz hoc ē falsū qr nullū materiale pducit īmateriale. sed fantasma est res materialis ergo non producit speciē intelligibilem que est materialis. Itē causa ē nobilior effectu vel eque nobilis qr oīs causa ptinet virtualiter effectum vel formaliter et si contineat virtualiter tunc est nobilior. q̃ si cōtineret formaliter sicut sol est nobilior igne qr cōtinet virtualiter calorē quē ptinet ignis. Forte dicis q spēs fantasmatis nullomodo est causa speciei intelligibilis. Cōtra sm phm r. S. T. in tertio de aīa. lec. xij Intellectus mouet ab intelligibili. sicut sensus a sēsibili sz nō mouet īmediate ab ītelligibili q̃ mouet ab eo mediāte fātasmate.

Duodecimo. fantasma nichil ē. Probat qr fātasia nichil est. dixit eīn phūs r. S. T. lec. v. q fantasia non est sensus in actu vel in potentia nec est intellectus nec appetitus nec alia potentia vegetatiua vel motiua. ergo fantasia nichil est.

Tertiodecimo. si spēs reseruaret in oculo a deo tūc visus posset videre sine luīe ergo ex quo spēs seruat in intellectu seqtur q intellect⁹ pōt intelligere sine conuersione ad fantasmata. Item per habitus

infusos cognoscimꝰ credibilia ad quorū cognitionem non concurrit fantasia quia habitꝰ infusus vel interior inspiratio sufficit vt patet in beatis.

¶ Quartodecimo arguitur querendo a quo sit ista cōuersio ad fātasmata. Si dicas ꝙ sit ab intellectu agēte. Cōtra Abstractio nō reqrit intellectū agentem ergo nec cōuersio. Añs patet quia visus videt albedinē sine dulcedine ergo abstrahit vnū ab alio et tamē ad hoc nō concurrit intellectus agēs ergo ad hoc ꝙ intellectus abstrahat idest intelligat vnū sine alio non requiritur intellectus agens.

¶ Quintodecimo. illud a quo aliquid abstrahitur est prius notū sꝫ fantasmata nō primo cognoscunt ab intellectu nec singulare ergo intellectus non primo intelligit per abstractionem a fantasmatibus.

¶ Ad primū dicit a. S. T. j. parte. q. lxxxv. ar. j. ad primū ꝙ dupliciter cōtingit abstrahere. Primo ꝑ modū cōpositiōis ꝛ diuisiōis sicut cū intelligimus aliquid nō esse in alio ꝛ hoc non est sine falsitate nisi ita sit. Secundo per modum simplicis consideratiōnis et sic non est falsitas vt cū videmꝰ colorē pomi non videndo eiꝰ dulcedinem vel cū intelligimꝰ hominem non intelligendo conditiones illius particularis. Secundo respondetur distinguendo maiorē quia si aliter accipiatur ex parte intelligentis tunc est falsa qꝛ alius est modꝰ intelligendi et modus essendi ipsius rei vel si ly aliter se teneat ex parte obiecti et tunc est vera. Ad aliud dꝛ ꝙ esse in particulari est de ratione nature pro q̄to impossibile est naturā esse nisi sit in aliquo particulari.

¶ Ad secundum dicitur ex. S. T. ibidē ad quartū ꝙ fantasmata illuminantur ab intellectu agente et ab eis per virtutem eius abstrahuntur species intelligibiles illuminantur quidem quia sicut pars sensitiua ex coniunctione ad intellectum efficitur virtuosior ita fantasmata ex virtute intellectꝰ agētis reddūtur habilia vt ab eis intentiones intelligibiles abstrahātur. Si queratur quomodo intellectus agens abstrahit spēs intelligibiles a fantasmatibꝰ. Dicendū ꝙ hoc est pro q̄to per virtutē intellectus agentis possumꝰ accipere in nostra cōsideratiōe naturas specierū sine cōditionibꝰ indiuidualibꝰ. Et ꝑ hoc patet ad argumentū. Si q̄ratur. An solus intellectus agēs causet spēm i intellectu possibili. Dicit ibidem ad tertiū ꝙ fantasmata virtute intellectus agentis possunt imprimere in intellectum possibilē spēm representatiuam eorū quorū sūt fantasmata q̄tum ad naturam spēi ꝛ per hūc modum dꝛ abstrahi spēs intelligibilis a fantasmatibus nec ad productionē huius spēi cōcurrit itellectus possibilis ꝛ ꝑ hoc ꝑꝫ ad tertiū. Quidam dicunt ꝙ intellectꝰ agēs habet triplicē operationem. Prima est illustrando fantasmata. Secūda est ex fantasmatibꝰ illustratis abstrahere spēm itelligibilē. tertia ē ꝑ illā spēm determinare itellectū possibilem et primū est conuerti ad fantasmata. Si queratur que entitas sit illa illuminatio fantasmatum de hoc satis dictum est.

¶ Ad quartū dꝛ ꝙ spēs educit de potētia itellectꝰ possibilis ꝛ itellectio similiter lꝫ sit forma spiritualis.

¶ Ad quītū dicit ꝙ habēs sciētiā potest si vult faciliter sibi formare fātasmata ꝛ ideo differt ab adiscēte. Ad aliud dꝛ vt supra. Si dicatur ad itellectionē sufficit ꝙ res habeat esse immateriale sꝫ ꝑ spēm cōseruatam in intellectu res habet esse immateriale ergo tunc non indigemus operatione intellectus agētis maior patet quia omne immateriale est intelligibile. Forte dicis ꝙ intellectus possibilis est potentia pure passiua et ideo indiget actiōe itellectꝰ agētis. Cōtra a cognoscēte ꝛ cognito patitur noticia sm̄ augu. sꝫ intellectus possibilis est cognoscens ergo producit noticiā. Itē in angelis nō est intellectꝰ agens sm̄. s. t. ergo eorū intellectꝰ nō est potentia pure passiua. Forte concedis ymmo est ex toto actiua quia non cognoscunt per abstractionē a rebus. Cōtra tūc idē scd̄m idē ageret et reciperet cognitionē et moueret se. Itē si ꝓduceret cognitionē maxime produceret cognitionē sui sed hoc est falsum qꝛ illa est sibi connaturalis ꝛ coeua ergo producit tantum a generante substantiam eius. Itē actus angeli capiunt spēm ab obiecto vnde actus est ꝑfectior q̄ est ꝑfectioris obiecti ergo depēdet ab obiecto scꝫ in aliquo genere cause. Itē si itellectus possibilis se haberet tm̄ passiue seq̄ret ꝙ spēs esset ꝑfectior intellectu possibili qꝛ sicut viuū ē ꝑfectiꝰ quolibꝫ nō viuēte ita esse actiuū ē ꝑfectiꝰ quolibꝫ pure passiuo. Itē tunc intellectus possibilis diceret intelligere ꝑ accidens sicut aqua calefacit ꝑ accidēs scꝫ per calorē in ea productū ab igne. Itē itellectꝰ possibilis dꝛ generare prolē idest verbū mētis et ex noticia ꝑmissarū potest causare noticiā cōclusionis. Ideo cōceditur ꝙ intellectꝰ possibilis ē aliquomō actiuꝰ. Sed cōtra scd̄m ari. hic probantē itellectū agētē. idē respectu eiusdem nō habet rōnem receptiui et actiui. Itē tunc itellectus possibilis esset itellectꝰ agens quia esset actiuus nec posset probari ꝙ intellectus agēs sit nobilior vt habet. c. xix. Dicendū ꝙ respectu spēi intelligibilis itellectꝰ possibilis se habet tātū passiue. Sꝫ cōtra intellectus agēs solus facit de potētia intelligibili actu itelligibile scꝫ producēdo spēm ꝑ quā res habet esse imateriale ergo ꝓducta spe non amplius agit intellectus agens. Dicendum ꝙ in nobis actus intelligendi dependet quoad fieri et conseruari a spē que est in intellectu ꝛ a fantasmate et ab intellectu agente sicut visio ab obiecto.

¶ Ad sextum patet ex dictis.

¶ Ad septimū dicit ꝙ causa itelligitur per fantasmata sui effectꝰ. Ad aliud dꝛ licet mathematicalia sint abstracta a materia sensibili nō tm̄ a materia intelligibili sicut deus. Notādū ꝙ itellectꝰ intelligit semꝑ cōuertēdo se ad fantasmata ꝛ etiā abstrahendo conuertendo quidem inq̄tū intelligit vniuersale quod habet esse in singularibus. Abstrahēdo ꝓo inq̄tum intelligit vniuersale nō intelligēdo singulare. s. t. de veri. q. x. ar. iiij. vſ.

¶ Ad octauum negatur antecedens.

¶ Ad. ix. dꝛ ꝙ fātasma ꝑ accidēs ipedit itellectionē.

¶ Ad decimum dictum est supra de anima separata dicetur in sequentibus.

¶ Ad vndecimum. patet in corpore articuli.

¶ Ad duodecimum dicit ꝙ fantasia non est sensus loquendo de sensibus exterioribus.

¶ Ad decimūtertiū. dꝛ ꝙ ꝑ habitū infusū nūc nō cognoscimus nisi conuertendo nos ad fantasmata.

¶ Ad decimūquartu. dꝛ ꝙ visꝰ nō abstrahit vniuersale a singulari.

¶ Ad decimumquintum. negatur maior vel dicit ꝙ dupliciter contingit abstrahere scilicet priuatiue idest intelligendo vnum sine alio. Aliomodo positiue idest intelligendo vnum non esse in alio.

Ad tertiū sic proceditur videtur ꝙ quidditas rei materialis nō sit obiectū intellectꝰ qꝛ obiectū intellectꝰ est illud quod primo apprehēditur ab eo. Sꝫ ens ꝑmū quod apprehēditur ab intellectu. ergo

ens est obiectū intellectꝰ ꝛ non quidditas rei materialis. Sed cōtra intellectꝰ primo ꝛ per se intelligit quidditatē. Nō aūt quidditatē separatā vt voluerūt platonici ergo intelligit quidditatē existentem in rebus materialibus sed illud qđ primo intelligit a aliqua potentia est obiectum eius ergo quidditas rei materialis est obiectum intellectus nostri.

¶ Respōdeo dicendū ꝙ videndū est de duobꝰ. Primo. An nūc a nobis cognoscat quidditas rei materialis. Secūdo. An ipsa sit obiectū nrī ītellectꝰ. Quātū ad primū supponit ꝙ quidditas rei materialis ē natura alicuius cōpositi ex materia ꝛ forma. Quidam ergo dicunt ꝙ pro statu huiꝰ vie nō habemꝰ cōceptū substātie absolutū. sȝ solū cōnotatiuum. Nec habemꝰ de substantia noticiā intuitiuā sȝ abstractiuā qꝛ nr̄a cognitio hȝ ortū a sensu q̄ soluȝ cognoscit accidentia. ergo intellectꝰ nō cognoscit substātiā nisi vt stat sub accidētibus. ꝛ sic nō cognoscit intuitiue substātiā absolute. Alias posset qs scire naturaliter ꝙ in sacramēto altaris nō est panis. Et qꝛ distincta ꝛ ꝑpria noticia abstractiua ꝑsupponit intuitiuam. Ideo dicūt ꝙ de substātia nō habemꝰ absolutā notitiam ꝛ propriā. Sed contra. Aīa ſm istos cognoscit seipsam intuitiue ergo de aliqua substantia possumus habere absolutā noticiā ꝛ propriā. Item tunc periret predicamētū substātie ſm phm̄ quia nichil ponit in predicamento substātie nisi vm ꝙ absolute cōcipitur vel cōceptus absolutus. Item in predicamento ponūtur quedā noīa positiua vt corpus et aīal. Alia aūt sunt priuatiua vt irrationale incorporeū ad denotandū ꝙ de aliquibꝰ substātijs habemus conceptum propriū spēi ꝛ differentie. Forte dicis ꝙ bene habemus noīa absoluta substantie nō tamē habemꝰ ꝑpriū cōceptū. sed cōtra. Nomen vocale nichil significat nisi mediāte cōceptu. nec propositio vocalis est vera nisi qꝛ subordinatur mētali vere. Queritur ergo cui subordinatur ista sortes ē animal ꝛ qđ est predicatū eius in mēte. Non em̄ ibi predicatur connotatiuum ergo ꝑdicatū est cōceptꝰ absolutus substantie. Itē hō diffinitur a nobis q̄dditatiue. Itē septimo metaphisice dicit phūs. ꝙ substātia ꝑcedit accidēs cognitione. Et ī hoc tertio dicit ꝙ spēs lapidis est in aīa. ꝛ in primo dictum est. ꝙ aliqñ accidētia cōferūt ad cognoscendū qđ q̄d est. ergo possumus quidditatiue cognoscere substantiā. Dico ergo ꝙ cognoscimus substātiā ꝑ propriā spēȝ et propriū cōceptū vide. s. t. i. pte. q. lxxxiiij. dicit ꝙ intelligimꝰ corpa ꝛ alia ꝑ spēs quas accipimꝰ a rebus sensibilibus virtute intellectꝰ agētis. Fātasmata em̄ nō sufficiūt imutare intellectū possibilem sed oportet ꝙ fiant intelligibilia actu per intellectum agente vn̄ ar. vi. dicit ꝙ cognitio sensitiua non ē totalis ꝛ ꝑfecta cā intellectiōis sed magis quodāmodo media cā. Ex quo pȝ ꝙ non est vera opinio Auicēne. q̄ dicebat nos intelligere substātiā per spēs influxas ab intelligentijs. Nec est vera sententia platonis qui ponebat quasdā ydeas participari ab anima nostra vt sic intelligeremus oīa. vide ibidem ar. iij. ꝛ. iiij. Quantū ad scđm. Nericꝰ videtur velle ꝙ naturale ꝛ primū obiectū nr̄i ītellectꝰ est deꝰ sub ratione primi veri. ꝛ Scotus dicit ꝙ intellectꝰ nostri nullū est naturale obiectū primū ꝑ adequationē virtualē. idest virtualiter cōtinens oīa ꝑ se intelligibilia. Nō em̄ est substantia. vel deꝰ qꝛ accidētis ꝑpria virtute mouet intellectū ad sui noticiā. Itē nullum etiā est obiectū ꝑ adequationē cōitatis qđ dicatur in quid de oībus ꝑ se intelligibilibꝰ. Ens em̄ nō dr̄ de oībus qꝛ non de suis passionibus qꝛ cadit ī diffinitione earū sicut additū qꝛ dicūtur de eo ꝑ se secūdo mō Nec de vltimis differētijs. qꝛ ipē ꝑprie differrēt. Hijs tn̄ nō obstantibꝰ. ens est primū obiectū intellectꝰ nr̄i qꝛ vniuoce ꝯtinet quedā ꝛ reliqua virtualiter. Sȝ cōtra qꝛ differētie entis lȝ de facto ens nullas habeat differentias sunt quidditatiue vere res ergo sunt quidditatiue entia. Et ꝑ ꝯn̄s ens dicitur de eis quidditatiue añs pȝ qꝛ non sunt quidditatiue nichil qꝛ tunc illa de quorū ratione sunt non essent quidditatiue aliquid. Itē circūscribat ab vltimis differētijs oē quod est extra intellectuȝ quidditatiuū earū et tunc quero de illo quod remanet vł est aliquid vel nichil si primū ergo esse aliquid ē de intellectu q̄dditatiuo eius si secūdum ergo vltima differentia vt sic non constituit in spē positiuus. Sed dices ꝙ aliquid non ē q̄dditatiue ens sed passio eiꝰ Contra circumscribatur omne quod non est de intellectu quidditatiuo ipsius aliquid et tunc quero de illo quod remanet vel est aliquid vel nichil si ſm. ergo aliquid est nichil qꝛ aliquid oī alio circūscripto non est ens. Itē potentia non fert ī aliquid nisi sub propria ratione sui obiecti formalis sed intellectus concipit differentiam ergo cōcipit eam sub formali ratione entis. Item potest argui ꝙ ens predicatur in quid de suis passiōibꝰ qꝛ circumscribatur a bono ratio entitatis si adhuc ibi est ratio boni sequit ꝙ vnū nichil habet rationē boni quod est falsuȝ qꝛ bonū est quod oīs appetunt et ibi ly quod refert ens. Forte dicis ꝙ refert passionē entis. Tūc iterū quero quando diffinietur illa passio an in sua diffinitione vel descriptione ponetur ens vel alia passio ꝛ cuȝ in diffinitionibus nō sit circulatio nec procedit in īfinitū oportebit venire ad aliquā passionē in cuius ratione ponetur ens. Iteȝ de aliqua bonitate puta de iustitia ꝑdicatur ens q̄dditatiue ergo etiā de bono in cōmuni. Itē tūc essent plusq̄ decē coordinationes predicamētales qꝛ vt dr̄ pri. ethi. sicut ens diuiditur ita ꝛ bonū si ergo ens nō dicat q̄dditatiue de bono tūc coordinatio boni distinguet a coordinatione entiū et ꝑdicatum q̄dditatiuū sortis vt est bonꝰ bonitate transcendentali erit aliud ab eo vt est ens et sic erunt plura genera et coordinationes.

¶ Tertia est sentētia. s. t. scȝ ꝙ obiectū primū ꝛ ꝑ se nostri ītellectꝰ est ēs. Primū dico idest adequatum et qꝛ primo cōcipit per se vero qꝛ vnū quodqȝ est intelligibile ex hoc ꝙ habȝ rationē entis seu ꝙ ē actu sȝ materiale obiectū intellectus ꝛ cōnaturale ꝛ proportionatuȝ nobis ad intelligendum pro statu vie. est quidditas rei materialis. Non tn̄ est intelligendū ꝙ ratio talis quidditatis sit formale sȝ materiale. Sed est proprium idest proportionatū siue perfecte cognoscibile. et in ipsum immediate fert intellectus. Ne aliquid perfecte cognoscitur a nobis. nisi ipso cognito. Non est aūt sit ꝑprium ꝙ oē intelligibile sit quidditas rei materialis ꝛ eodē mō pōt dici primū. Notant dr̄ in statu vie. qꝛ beati clare cognoscūt deū q̄ nō est q̄dditas rei materialis. sȝ ꝑ isto statu nichil possumꝰ intelligere nisi per fantasma. quod ē de re materiali et similitudo alicuius materialis. Sed an sensus vel fantasia apprehēdat essentiaȝ rei Dicit Sanctus Thomas ꝑma pte. q. lvij. art. i. ad ij. ꝙ sensus siue ymaginatio nō apꝑhendit essentias rerum. sed exteriora accidentia intellectus aūt solus apprehendit essentias rerum. Quod aūt ens sit obiectū intellectꝰ dicit. s. t. i. pte. q. v. ar. ij. ꝛ de quidditate materiali. i. pte. q. lxxxix. ar. iij. Sed q̄rit. An

quidditas rei materialis sit aliqd distictũ a re ipsa singulari realiter. Plato dixit q̃ qdditates rex̃ sũt secũdũ rẽ separate a singularib⁹ ⁊ vocat eas ydeas. sed de hoc dictũ est satis ĩ logicalibus scʒ quõ hũanitas realiter distinguitur a petro ex hoc q̃ petrus liqd includit qđ hũanitas excludit quia humanitas solũ significat ea que sunt de rõne hoĩs. Quidditas tñ nõ reperitur nisi in aliquo singulari. Singulare aũt cognoscitur a sensu. Quidditas vero ab intellectu. Et qꝛ in angelis suppositum et natura non differunt. ideo ab eadem potentia cognoscuntur.

¶ Conclusio. Quidditas rei materialis ẽ obiectũ adequatuʒ nostri ĩtellectus. eomodo quo declaratũ est. quia non intelligimus nisi per speciem. species autem intelligibilis abstrahitur a particularibus. que sunt materialia et per cõsequens est similitudo rei materialis ergo obiectum intellectus est predicta quidditas quia obiectum potentie vel actus est secundum conditionem forme que est principium huius actionis. Si queratur vnde habet intellect⁹ possibilis q̃ non intelligit per suam essentiam sed ꝑ speciem intelligibilem. Dicenduʒ q̃ res materialis non est de se intelligibilis et ideo oportet q̃ habeat esse immateriale in intellectu per spẽm intelligibilẽ Item obiectũ potentie debet esse sibi proportionatum. sed intellectus noster nunc est cõiũctus scđm esse et separatus secũdũ rationẽ et hoc similiter conuenit quidditati rei materialis que est coniuncta supposito secundum esse et distincta ab ipso secundum rationem. ergo ipsa est obiectum intellectus.

¶ Contra hec arguitur Primo q̃ substantia non intelligatur a nobis. qꝛ nichil est qđ ꝑducat spẽm ei⁹ in intellectu. Accidens eñ nõ ꝑducit nisi spem accidentis. Nec potest dici q̃ ipsamet substãtia ꝑducit specieʒ sui ĩ intellectu qꝛ nichil agit in remotum nisi agat in propinquũ. sed substantia non producit speciem sui in medio nec in sensu exteriori ergo non ꝑducit spẽm in intellectu. Item necesse est intelligentẽ fantasmata speculari sed fantasma nõ repñsentat substãtiam qꝛ oẽs sensus solũ sunt de accidẽtib⁹ ergo fantasma non representat nisi accidentia.

¶ Scđo Nichil intelligitur nisi ꝑ sibi simile. Sʒ nichil quod est ĩ itellectu est simile substantie materiali qꝛ spẽs recepta in intellectu est accidens ergo est alterius gñis a substãtia. Sʒ ea q̃ sunt diuersorũ generũ non sunt similia. Itẽ tunc non oporteret per accidẽtia deuenire in cognitionem substãtie quia substantia per propriam speciem cognosceretur.

¶ Tertio hõ ⁊ asinus non possũt eodẽ cõceptu absoluto representari. ergo nõ habem⁹ cõceptũ a falta Tenet ꝯña qꝛ cõceptus animalis representat hominem et asinũ. Añs pʒ qꝛ act⁹ distinguũtur ꝑ obiecta Item species non est expressa similitudo rei. ꝑ hoc eñ differt a verbo ergo ꝑ spẽm nõ possum⁹ substantiam perfecte ⁊ distincte cognoscere.

¶ Quarto arguiẗ q̃ spẽs substantie in itellectu nostro a nullo põt ꝑduci qꝛ hoc maxie esset a fãtasmate. qꝛ spẽs intelligilis nõ est in fantasmate. Forte dicis q̃ est ibi ꝟtualiter ⁊ in itellectu formaliẗ. Cõtra sequereẗ q̃ fantasia esset nobilior ĩtellectu possibili quia perfecti⁹ ẽ habere aliqd ĩ actu ꝟtuali q̃ȝ ĩ actu formali vñ sol q̃ est ꝟtualiẗ calid⁹ est ꝑfectior igne q̃ est formaliẗ calid⁹. ¶ Quito dato q̃ spẽs itelligibilis sit in ĩtellectu adhuc tñ ipsa nõ põt ꝑducere itellectionẽ substãtie. in intellectu possibili qꝛ alias species eẽt ꝑfectior ĩtellectu possibili qꝛ agere ẽ nobilius q̃ȝ recipe ergo ꝑfectissim⁹ act⁹ spei est nobilior perfectissimo actu ĩtellectus possibilis. Itẽ solus ĩtellectus agens facit aliqua esse actu intellecta ergo species intelligibilis non facit actum intelligendi sicut nec lux visionẽ coloris sʒ disponit medium.

¶ Sexto tunc cecus posset iudicare de colorib⁹ qꝛ tota cã quare nõ potest de ipis iudicare ꝑ ĩtellectũ est qꝛ nõ cadũt sub sensu sʒ hoc non ĩpedit qꝛ iudicamus de substãtia que non cadit sub sẽsu. Itẽ forma que est in intellectu est immaterialis ergo per eam non cognoscitur quidditas rei materialis.

¶ Septimo arẗ q̃ q̃dditas rei materialis nõ est obiectũ intellect⁹ qꝛ nos nõ cognoscim⁹ q̃dditatẽ omniũ corporũ vt pʒ de celo. s. t. iii. q. de anima ar. xvi. tũ qꝛ nos ĩtelligim⁹ per abstractionẽ a cõditionib⁹ materie sʒ q̃dditas rei materialis nõ est sine ꝯditionibus materie ergo non est obiectum intellectus. Item phi. dicit hic q̃ ipsũ quod quid est: ẽ obiectuʒ intellectus et non loquitur de quo quid est ipsi⁹ q̃dditatis materialis igitur ⁊c.

¶ Octauo eadẽ potẽtia semꝑ habet idem obiectuʒ qꝛ potentie distinguũtur per obiecta sed obiectũ anime separate non est quidditas rei materialis qꝛ aĩa separata perfecte cognoscit aliam animam separatam. Item nichil sequens potentiaʒ variat obiectũ eius sed coniunctum esse materie accidit potentie ĩtellectiue ergo non variat obiectum eius.

¶ Nono nũc habem⁹ habitũ fidei ⁊ habitũ metha. quoꝝ obiecta sũt aliqua imaterialia sʒ primũ obiectũ habitus ꝯtineẗ sub primo obiecto potẽtie alias non esset habitus illius ꝑotẽtie sʒ imaterialia nõ cõtineẗ sub q̃dditate rei maẗialia q̃ȝ q̃dditas rei materialis nõ est obiectũ. Forte dicis q̃ quidditas rei materialis est adequatum obiectum ad hunc sensũ q̃ nichil aliud a nobis potest perfecte intelligi sed omnis quidditas rei materialis ẽ perfecte a nobis intelligibilis. Contra tunc eadem ratione deberet dici q̃ quidditas rei materialis est obiectum metha. quia per ipaʒ nichil aliud perfecte cognoscim⁹

¶ Decimo nulla potẽtia põt cognoscere obiectum aliqđ sub rõne cõiori q̃ȝ sit ratio sui primi obiecti. qꝛ tunc illa ratio primi obiecti non esset adequata. vñ visus nichil cognoscit nisi sub rõne coloris sʒ intellectus cognoscit aliquid sub rõne communiori q̃ȝ sit ratio entis materialis qꝛ ꝑ habitũ methaphisice cognoscit ens sub rõne entis. Itẽ quicq̃d per se cognoscitur a potentia. est obiectũ vel continetur sub ipso. sed ens et substantia per se cõgnosciẗ ab intellectu. ergo cõtineretur sub quidditate rei materialis quod est falsum. Minor patet quia habemus ꝓprium conceptum generis generalissimi.

¶ Undecimo. Accidentia a nobis ĩtelligũtur ⁊ tñ nõ sunt quidditates rei materialis vt supra diffinitum est. Itẽ tũc intellect⁹ non differret a potentia ymaginatiua qꝛ q̃cq̃d est intelligibile. est ymaginabile et econuerso. quia de quolibet ymaginabili potest formari propositio ergo est intelligibile.

¶ Duodecimo. Nõ valet rõ posita scʒ qꝛ potẽtia ꝓportionatur obiecto. Hoc eñ non ẽ verũ quo ad modũ essendi. Obiectũ eñ se hʒ ad potentiã sicut mouens ad mobile sʒ mouẽs non hʒ similẽ modũ essendi cũ mobili vt pʒ de angelo mouẽte celũ. Nec vis⁹ hʒ similẽ modũ essendi cu suo obiecto. qꝛ quoddam visibile est in subiecto ĩcorruptibili scʒ in celo. Species etiã que ẽ in ĩtellectu est ĩmaterialis et tamen est de lapide q̃ est materialis. Item seclusis accidẽtibus nulla q̃dditas substãtie a nobis ĩtelligeretur quia deficiente sensu deficit sciẽtia. ergo quidditas

rei materialis non est per se intelligibilis.

¶ Tertiodecimo arguitur. vel quidditas rei materialis differt a supposito sicut hūanitas ab hoīe vel non. Si primū. Contra phūs dicit hic ꝙ idem est caro et carnis esse. sed caro pertinet ad rem materialē ergo in istis suppositum et essentia sunt idem. Nec valet dicere ꝙ homo includit accidentia quia species substantie que est in intellectu nullo modo representat accidentia. Item diffinitio et diffinitum sūt idem essentialiter ergo quod quid est. quod est significatum diffinitionis est idem cum eo cuius est qđ est ipsum diffinitum.

¶ Quartodecimo. Arguitur ꝙ ens nullomodo sit obiectum intellectus quia possumus intelligere nō ens vt pꝫ quarto methaphisice sed nichil intelligitur nisi cōtineatur sub obiecto intellectus. vel nisi sit ipsummet obiectū. Item nichil est intelligibile nisi sit sensibile. sed non oīs essentia est sensibilis ergo ens non est adequatum et primum obiectū intellectus.

¶ Quintodecimo arguitur ad idem. obiectum potentie debet esse vnum quia potentie distinguūtur ꝑ obiecta. sꝫ ens nō est vnū cū nō sit vniuocū ꝺm phi. iiij. xiiij. meta. Itē tunc intellect⁹ noster esset eiusdem spēi cum intellectu angeli. quia ille potentie sunt eiusdem spēi que habent idem obiectū. sꝫ ens ē obiectū nostri intellectus et angelorum.

¶ Sextodecimo distincte potentie habent distincta obiecta formalia sed intellect⁹ ⁊ volūtas sūt distincte potētie. ergo habēt distincta obiecta formalia quod nō videt si ens sit obiectū ītellect⁹. quia ens īcluditur in bono qđ est obiectū volūtatis. ergo bonum et ens nō distinguūtur. Itē nō omne ens est intelligibile. ergo ens nō est primū ⁊ adequatū obiectum. Añs pꝫ quia singulare nō est intelligibile. Itē possumus intelligere chimerā que non est ens. quia de ipsa possumus formare ꝓpositionem veram vel falsam dicendo omne animal est chimera. hec enim propositio nō formatur a potentia ymaginatiua.

¶ Ad primū dr̄ ꝙ ꝑ fantasma accidētis ipsius substātie ⱴtute ītellect⁹ agētis in intellectu possibili ꝓducit spēs substātie effectus enī ducit in cognitionē cause sicut aliqñ accidēs in ⱴtute substātie cui⁹ est instrumētū producit substātiam sic enī calor produtit carnē vt dr̄ in. ij. de anima. Ex quo pꝫ ꝙ nos non cognoscimus substātiam ꝑcise per spēm accidētis quia quicquid cognoscitur noticia quidditatiue et perfecta cognoscitur per propriam speciem quia cognoscitur vt est ab omnibus alijs distinctū. Item quodlibet ens absolutū prius cognoscitur ad se ꝗ ad aliud idest pri⁹ cognoscitur noticia absoluta ꝗ relatiua quia conceptus relatiuus presupponit absolutum in quo fundatur sed substantia est ens absolutum ergo prima noticia eius non est relatiua et ꝑ ꝯñs prima noticia substantie non est inꝗtū substantia terminat dependentiam accidentis quia hoc includit relationem. Si dicatur substantia non cognoscitur intuitiue ergo non cognoscitur per propriam speciem. De hoc dicetur postea.

¶ Ad scḋm dr̄ ꝙ ibi est similitudo īmitatiōis. Quidam dicūt ꝙ spēs intelligibilis substante est de genere substantie quia q̇dditas rei abstracta a materia ē in intellectu. Item prius dictū est loquendo de intellectu agente ꝙ illud quod intelligit est immateriale hoc autem est ipsa q̇dditas prout habet esse in intellectu. Item intellectus agens abstrahit q̇dditatē rei intellecte sꝫ nichil abstrahit nisi spēm ergo spēs est q̇dditas substātie. Sꝫ contra tūc vera natura lapidis esset ī intellectu. Itē spēs que est in oculo non est de natura coloris. Sꝫ queritur an per eamdē spēm formemus cōceptū hoīs ⁊ cōceptū animalis videtur ꝙ nō quia cognoscim⁹ aīal per propriā spēm. Sꝫ cōtra ītellectio hoīs est ītellectio substantie quia substantia actu ⁊ ītellectu īcludit in cōceptu hominis sed de hoc pri. phi. Ad aliud negatur ꝯña.

¶ Ad tertiū dr̄ ꝙ spēs distincte possunt conuenire in vno ꝯceptu ꝯfuso. Ad aliud negatur ꝯña quia spēs enim non est expressa idest actualis similitudo. Sed q̄rit. an pri⁹ formemus cōceptū substātie ꝗ accidētis et an accidēs cognoscatur ꝑ propriam spēm. Quibusdam videtur ꝙ primo intelligimus accidēs ī cōcreto sicut per transmutationē cognoscim⁹ materiā ex pri. phi. Itē via generationis īperfectiora sūt priora sed noticia accidētis est īperfectior ꝗ substantie Item ꝑ motū cognoscimus substātias naturales vnde ꝑ ipm̄ diffinit. Sꝫ cōtra phi. vij. metha. dicit ꝙ substantia est prior accidente cognitione vnde quidditas rei materialis est obiectu ītellectus pro nunc. Item sicut res se habent ad esse ita se habent ad cognitionem sꝫ substātia secūdū esse precedit accidēs ergo naturaliter prius cognoscitur vnde etiā ī qualibet scientia de subiecto presupponitur q̇d est. Sꝫ contra tunc naturaliter sciremus ꝙ in sacramento non est panis quia primū cognitū esset illa substātia Itē vnū quodq; pri⁹ mouet ad noticiā sui ꝗ alterius ergo accidens ꝑ fantasma sui prius causat intellectionē accidentis ꝗ substantie. Añs pꝫ quia alias ītellect⁹ nō certificaretur de re. quia non intelligeret illud idē quod sentit. Nec etiā accidentia facerēt cognoscere quod quid est quia non prius intelligerentur Item tunc eadē essent nobis nota et natura. Respōdeo dicendum ꝙ semꝑ oportet ꝑconcipere substātiam quia substantia cadit in diffinitione accidētis sed non oportet precōcipere substantiā esse in particulari. Ad alia satis patꝫ ex dictis. Si dicat magis certum est nobis accidens esse ꝗ substantiam negatur. loquendo de substantiis in vniuersali. Nec ad habendum illam accidentia conferunt loquēdo de noticia simplici et vniuersali ipsius substantie.

¶ Ad quartum principale dicitur ꝙ sufficit ꝙ intellectus agens sit nobilior quia habet intellectionem in actu virtuali nec omne continens aliud virtualiter est perfectius eo vt patet de semine per quod generatur homo. ¶ Ad quintum satis patet ex supradictis de intellectu possibili.

¶ Ad sextum dicitur ꝙ non possumus ītelligere nisi habeam⁹ fantasma illius rei vel sui accidētis proportionati. Ad aliud negat ꝯña. ¶ Ad septimū dr̄ ꝙ oportet abstrahere a ꝯditionib⁹ ꝑticularib⁹ materie sꝫ nō a maťia ī vniuersali. Ad aliū pꝫ ex articulo. ¶ Ad octauū dr̄ ꝙ potētie distigūtur ꝑ obiecta formalia. ¶ Ad nonum dr̄ ꝙ nō probat qñ q̇dditas sit obiectū maťiale ꝓportionatū ꝑ isto statu. Et licꝫ aliquomō cognoscam⁹ substātias sepatas nescim⁹ tñ q̇d de ipis. Si dicat nulla potētia pōt eleuari vltra suū obiectū sicut visus. Ad vidēdū sonū sꝫ miraculose nr̄ intellect⁹ eleuat ad vidēdū deū ꝗ q̇dditas materialis nō ē obiectū ei⁹ loquēdo de obiecto ꝓportionato negat ꝯña. ¶ Ad decimū bñ ꝓcedit de obiecto formali qđ est ēs. ¶ Ad vndecimū pꝫ ex dictis ꝙ accñs nō primo ītelligit. ¶ Ad duodecimū dr̄ ꝙ visus est cōiūct⁹ materie ⁊ iō nichil videt nisi sit ī maťia. Et ita dicēdū ē de ītellectu. ¶ Ad decimūtertiū dr̄ ꝙ ꝑ carnē tircūloquit phūs substātias ī maťiales. Ad aliū dictū ē satis ī de ente ⁊ essentia.

¶ Ad decimumquartum dicitur q non ens non intelligitur directe. Ad aliud negatur maior.

¶ Ad decimūquintū sufficit vnitas analogice. Ad aliud dicit q quidditas angeli est obiectum sui intellectus vt dicit Sanctus tho. i. pte. q. lxxxvij. ar. iij.

¶ Ad decimūsextū dr q ens aliquomodo includit in bono tamen differt ab eo ratione formali.

Ad quartum sic proceditur videtur q singulare intelligitur a nobis qz intellectus practicus dirigit ad agenduz sed actus sunt circa singularia. ergo cognoscit singularia. Sed contra est philosophus. Respondeo dicendum secundum San. Tho. i. parte. q. lxxxvi. ar. i. et de veri. q. x. ar. v. singulare i rebus materialibus intellectus noster directe et primo cognoscere nō potest. quia principiū singularitatis in rebus est materia idiuidualis intellectus aūt noster intelligit abstrahendo spēm intelligibilem ab huiusmodi materia in hoc differt intellectus a sensu. Quid autē a materia indiuiduali abstrahit est vniuersale. vnde intellectus noster directe non est cognoscitiuus nisi vniuersaliū indirecte aūt et quasi p quandā reflexionem pōt cognoscere singulare qz etiā postq̄ intellectus abstraxerit spēs intelligibiles non potest scdm eas actu intelligere. nisi conuertendo se ad fātasmata. que sunt similitudines singularium. Sic igit ipsum vniuersale directe intelligit per spēm intelligibilem. indirecte aūt singularia. quorum sunt fantasmata. Et istud pōt adhuc probari ex cōmentatore in scdo de aia et phō. qui ponunt differētiā inter sensum et intellectum quia sensus est singularium intellectus autem vniuersalium. Nec est singularium nisi mediante sensu. vnde boetius dicit q singulare ē dum sentitur vniuersale vero dū intelligitur. Preterea. Notandū circa istud intelligere per lineā reflexā scdm aris. vel per reflexionem quomodo fit reflexio ad fantasmata. Quibusdam videtur. q hoc fit per voluntatem vnde intellectus per speciem primo intelligit vniuersale. et non magis vnum indiuiduum q̄ alterum. sed ex imperio voluntatis mouet intellectus ad fantasma vel ad considerandum singulare cuius est fantasma. Sed contra imperiū voluntatis est actus voluntatis et per consequens presupponit cognitionem ergo prius est intellectū cognoscere fantasma singulare q̄ volūtas velit intellectū reflecti supra fantasma. Sed dubitatur vtruz vniuersale et singulare intelligātur per eandem speciem. Videtur quibusdā q non qz sortes aliqd includit quod non includit spēs siue quidditas vt dictū est ergo p aliam speciem cognoscitur sortes inq̄tuz huiusmodi. Itē post actualem cogitationem sortis possum iterū de ipso specialiter recordari ergo in intellectu remanet aliqua spēs sortis preter spēm hominis. Quātū ad ista primo circa reflexionem dicit san. t. de ve. q. x. ar. v. q intellectus intelligit singulare inq̄tum continuatur viribus sensitiuis que sūt circa singularia et fit ista ꝯtinuatio dupliciter. Primo inq̄tum intellectus mouetur a sensu. ad cognoscendum vniuersale et consequenter actum per quez ipsum cognoscit et spēm que est principium actus et vlterius fantasma a quo species est abstracta et sic cognoscit singulare. Secundo prout intellectus regit sensus et sic cognoscit singulare p coniunctionē ad estimatiuam seu cogitatiuam vel intellectus per speciem cognoscit singulare pro q̄to illa species est conformis alicui fantasmati. Sed queritur an fantasma sit representatiuū alicuius substātie singularis videt q non qz substantia nō causat spēm in sensu vel in medio ergo non cognoscitur a sensu. Item quidditas rei materialis est obiectū adequatum intellectus et ita ar de cogitatiua. Sed cōtra cōmē. videtur dicere q vis cogitatiua ppter suā nobilitatē cognoscit indiuidua decem generū vnde videt q cognoscit substantiam particularē vt substat quibusdam accidentibus. Quantū ad alterū videtur ex. s. t. q indiuiduū non hz aliquā spēm adequatā in intellectu qz tūc plura accidētia solo nūero differētia essent simul scz spēs sortis et spēs platonis. Item tūc p illam spēm posset sortes directe intelligi. Dicendū ergo q ab eadem specie sunt duo conceptus in intellectu vnus immediate alter vero mediate.

¶ Contra hec ar. Primo sic qz per quā virtutē cognoscimus singulare demōstratū non esse hoc vel illud sz distinctū ab oibus cognoscimus singulare signatū sz per intellectū cognoscimus singulare demonstratū nō esse hoc vel illud igit maior pz qz virtus distinguens inter aliqua necessario apprehendit quodlibet illorum minor pbatur qz nos certe cognoscimus hoc singulare sensibile puta hanc albedinez non esse aliquam naturam sensitiuā p quam sentimus nec intellectū per quē intelligimus sed esse rē distinctā ab vtroq et ab oibus alijs rebus sz hoc non possumus per aliquā aliā virtutē ab intellectu tū p nullā aliā possimus ipsum intellectū apprehendere igitur. Secundo. Per intellectū cognoscimus sensū errare iudicādo de aliquo singulari igit p intellectū cognoscimus singulare. Cōsequētia pz. Nisi ei cognosceremus p intellectū hoc sēsibile et haberemus verū iudicium de ipso. nō cognosceremus p intellectū q sensus falso iudicaret de eo. Ans pz. qz cōstat q cognoscimus iudiciū sensus de aliquo singulari errare puta de sole cū iudicat ipz eē pedalis q̄titatis. Sz nō cognoscimus hoc iudiciū esse falsū nisi p intellectū. igit. Itē si p intellectū nō cognosceremus singularia seqret q nulla pncipia sciētiarū q̄ p experiētiā singularium sumūtur possemus habere. ꝯns est falsū. Cōsequētia probat. talia eī sumūtur ex experiētia singulariū vt qz videmus qz hoc reubarbariū ē sanatiuū colere. et illud tandē hāc vniuersalē cōcludimus oē reubarbariū etc. Cōstat aūt q eadē virtute cognoscit illa vniuersalis sicut et pticulares et nō alia et alia. Alioqn sufficeret q vnus alius hō haberet singulares noticias et ego ex talibus suis noticijs a me nō habitis sumerez vniuersalē ppōnē. Sicut phūs dicit cū pbat sensū communē et tu posses nosse pmissas et ego inferrē ꝯclusionē. qd ē falsū igr. Tertio sicut pōt hri ex. vi. ethi. prudētia est circa singularia. et ex altera ppōne vniuersali. et vna singulari ꝯcludit ppōnē singularē. Sz talis deductio nō pōt fieri p sensū. cū vniuersalē nō habeat cōceptionē. nec pōt dici q vniuersalis tm̄ sit nota intellectui. et singularis tm̄ nota sensui. qz ꝯclusio cū nō cōcludat ex altera tm̄ sz ex vtraq simul tūc nec p sensū nec p intellectū infert cōclusio cū p eandē virtutem cognoscitiuā oporteat cognosci cōclusionē et pmissas. idē pōt argui de arte. ¶ Quarto cōstat q de aliquo singulari determinate possumus loqui et alius audiens potest determinate itelligere de quo loquimur igr intellectus pōt apphēdere determiate aliqd singulare ꝯña pz. Nā quicūq dicit aliqd vbo vocali sciēs qd dicit prius vbo intellectuali idipm itra se dicit quo vbo intellectuali apphēdit eādē rē quam voce significat. igr. Itē in libro de q̄litate aie interrogat rō augusti nū. dicēs vtrū ignarus latine lingue noiare solē posses in loquēdo. si itellectus solis non p̄

cederet ꝛ rñdet ꝙ nullo mõ. ¶ Quito aĩa separata cognoscit singularia igit̃ ꝛ cõiũcta. Itẽ cuiuscũq; et sub quacunq; ratione virt⁹ cognoscitiua ĩferioꝛ est apphẽsiua. eiusdẽ ꝛ sub eadẽ rõne ẽ apphẽsiua superioꝛ. vt pz in sensib⁹. ſʒ singulare apphẽdit̃ sensu ꝛ intellect⁹ est virt⁹ supioꝛ igit̃. ¶ Sexto ar̃ ꝙ singulare prius cognoscatur ab ĩtellectu ꝙ̃ vniuersale qꝛ anteꝙ̃ vniuersale fingat̃ seu formet̃. aliqđ singulare ẽ cognitũ igr̃ singulare prius ẽ cognitũ ꝙ vniuersale. Añs pbat̃. qꝛ ĩpossibile ẽ naturalr̃ abstrahere ꝛ fingere cõceptũ aliquẽ. ab aliqb⁹ rebus nisi ille res vel aliq̃ earũ sint pri⁹ apphense. qꝛ de reb⁹ oĩno ignotis null⁹ ↄcept⁹ formari põt. Aut igit̃ res de quib⁹ cõcept⁹ vniuersalis format̃ sũt note ĩ seipsis ꝛ habet̃ ppositũ qꝛ q̃libet talis ẽ singularis. Aut sũt note aliqua specie recepta a reb⁹ ꝛ adhuc ppositũ. qm̃ oẽ cuius sic recipit̃ spẽa ꝙ per eã cognoscit̃. est ĩ se ꝑcognitũ. Aut est cognitũ in aliquo cõceptu ficto ꝛ tũc vt pri⁹ arguit̃. qm̃ anteꝙ̃ ille fingeret̃. necesse fuit ꝑcognoscere aliquã rem singularem. aut procedit̃ in infinitũ in conceptibus. quod est impossibile saltem a parte ante. Forte dicis ꝙ ante formationẽ vniuersalis. singulare est motũ ꝑ sensũ. Contra intellectus colligit vniuersale ex hoc intelligit cõueniẽtiam inter multa indiuidua vni⁹ speciei. vñ per intellectionẽ vni⁹ piscis nõ possũ formare conceptum genericum ad alios pisces nisi prius intelligã̃t quo conueniunt illa singularia igitur ꝛc.

¶ Septimo. Primũ cognitũ ab intellectu nõ est aliquid factũ ab eo ſʒ vniuersale fit ab intellectu. qꝛ intellectus facit vniuersalitatẽ in rebus igit̃ nõ primo intelligit̃ ꝑ spẽm. Maioꝛ pz qꝛ primũ cognitum tempoꝛe vel natura ꝑcedit noticiã intellect⁹. Item qñ primo cognoscit̃ vniuersale vel cognoscit̃ put existit a parte rei vel scđm intentionẽ vniuersalitatis. Si primũ tũc ẽ singulare. Si scđm. Contra vniuersale aut nichil ẽ aut ẽ posteri⁹ suis singularibus ¶ Octauo illud qđ est actu ĩtelligibile. ꝑmo ĩtelligitur. sed aliquod singulare ẽ actu ĩtelligibile. qꝛ. s. t. dicit ꝙ intellect⁹ agẽs facit fantasmata actu ĩtelligibilia. Fãtasmata aũt sũt quedã singularia. Itẽ pri⁹ cognosco hãc ĩtellectionẽ singularẽ quã nũc habeo. ꝙ̃ intellectionẽ in cõi. ergo pri⁹ intelligo soꝛtẽ ꝙ̃ hoiem. Añs pz. qꝛ hec intellectio est actu ĩtelligibilis. q̃libet etiã põt primo ĩtelligere suã volitionẽ determinate. ¶ Nono q̃ro q̃ res ẽ illud ꝙ primo intelligit̃. Non spẽs ĩtelligibilis vt postea dicet̃. Si aũt sit res ad extra. queiʒ talis est singularis. Forte dicis ꝙ a pte rei hʒ esse in singulari. Concipit̃ tñ sine cõditionib⁹ ꝑticularib⁹. qꝛ intelligim⁹ ꝑ abstractionẽ. Cõtra hoc nõ impedit quĩ illđ qđ primo itelligitur sit realiter singulare sicut visus cognoscit coloꝛẽ singularem vel q̃titatem in sacramento. lʒ non cognoscat substãtiã. ꝑ quã accñs indiuiduat̃. Itẽ ĩtelligere ꝑ abstractionẽ a fantasmatibus. non ẽ nisi fantasmata cãre intellectionẽ ergo ex hoc non sequitur quĩ intelligam⁹ singulare. Forte dicis ꝙ ẽ recipere spẽm non cognoscẽdo cõditiões particulares. Sed tunc q̃ritur quare spẽs recepta in intellectu nõ potest representare conditiones particulares. sicut conceptus soꝛtis ras representat. Item tunc visio esset vniuersalium quia licet illud quod videtur sit singulare videtur tamen sub ratiõe cõmunis coloꝛis ¶ Decimo ar̃ cõtra rõnẽ. qꝛ cõuerti ad fantasmata est intelligere fantasmata. ſʒ necessariũ est in prima intellectione nos cõuerti ad fantasmata. ergo ĩ prima intellectione intelligim⁹ fãtasmata. Et hoc dis est phũs ꝙ necesse est intelligentẽ fantasmata speculari idest intelligere. Item secundum illam rationem vniuersale non intelligeretur nisi per reflexionem. Ideo enim singulare nõ intelligitur nisi p reflectionẽ qꝛ non cognoscim⁹ ipm̃ nisi per conuersionẽ ad fantasmata. sed vniuersale non intelligitur nisi per conuersionem ad fantasmata. Item arguit̃ contra declarationem querendo quomodo intellectus cognoscit suum esse causatũ ab isto fantasmate hoc enim non per aliđ fantasma. ¶ Undecimo. Prima noticia est intuitiua quia abstractiua presupponit intuitiuam sed noticia intuitiua est de aliquo singulari quia est de re existente. que est hic et nunc. Itẽ vel intellectus noster potest intelligere non abstrahendo a particularibus conditionibus materie. vl̃ non. si primũ tunc ratio nõ cõcludit. Si sm̃ ergo singulare nunꝙ̃ intelligit̃. Item. s. t. j. parte. q. lxxxvj. ar. j. ad tertiũ dicit ꝙ singulare nõ repugnat intelligẽti inꝙ̃tũ est singulare sed inꝙ̃tũ est materiale qa nichil intelligit̃ nisi ĩmaterialiter ꝛ tñ nõ repugnat ꝙ soꝛtes directe intelliget suum intellectũ. ergo directe intelligit aliqđ singulare. Itẽ ex eodẽ habet̃ ꝙ nõ repugnat singulari intelligi ꝑpter cõditiones particulares sed ratione materie absolute. ergo vniuersale materiale non potest primo intelligi.

¶ Duodecimo oĩs noticia reflexa. est noticia alterius noticie ſʒ cõceptus soꝛtis nõ est noticia alterius noticie. ergo cõcept⁹ soꝛtis nõ est ꝑ reflexionẽ. Maioꝛ patet quia per hoc differt noticia reflexa a noticia directa. Item soꝛtes potest recoꝛdari alicuius actus preteriti per intellectum ſʒ sui peccati ergo põt ꝑ propriã spẽm cognoscere aliquod singulare.

¶ Tertiodecimo in potentijs oꝛdinatis vbi terminatur actus prioꝛis potentie vbi ĩcipit actus posterioꝛis sed sensus terminatur ad singulare ergo a singulari ĩcipit act⁹ ĩtellect⁹. Itẽ illud ꝑ se intelligit̃ quod ꝑ se primo mouet intellectũ sed hoc est singulare quia actiones sunt singularium dato etiam ꝙ singulare non primo intelligeretur adhuc nõ sequitur quin intelligatur directe quia genus intelligit̃ ante speciẽ et tamen species directe dicitur ĩtelligi.

¶ Quartodecimo spẽs hominis representat naturaliter et causat intellectionem alicui⁹ entis realis cũ fantasmate q̃ duo sufficiunt ad causandũ ĩtellectionẽ singularis. Item videtur ꝙ nullo modo intellectus cognoscat singulare qꝛ suum obiectũ est vniuersale. Item cognitio intellectus non est hic ꝛ nũc ergo non representat singulare. Forte dicis ꝙ verũ est directe. Contra sensus non potest indirecte cognoscere vniuersale. ¶ Quintodecimo intellectus potest cognoscere omne per se contentũ sub suo obiecto sed soꝛteitas per se continetur sub quidditate rei materialis ergo per se intelligitur. Est enim abstractum ergo est per se intelligibile. Forte dicis ꝙ singulare nõ habet quidditatem quia nõ potest diffiniri alias de ipso esset scientia et sic essent infinite scientie. Contra saltem singulare continetur sub ente quod est obiectum intellectus. Itẽ queritur q̃d est ista reflexio vel est ipse intellectus vel species vl̃ relatio non duo prima quia tunc sensus esset ꝙ intellectus per intellectum vel per speciem cognosceret singulare. Si tertium. tunc queritur a quo causatur iste respectus et relatio. Forte dicis ꝙ per conuersionẽ ſʒ hoc idẽ est dicere. ¶ Sextodecimo ar̃ ꝙ magis vniuersale nõ primo cognoscit̃ qꝛ illđ prius cognoscit̃ cui magis assimilat̃ fãtasma si fãtasma magis assimilat̃ singularib⁹ ꝛ specieb⁹. Itẽ visis mixtis

hoībus facilius est formare conceptū ipsis conuenientē q̄ formare cōceptū cōuenientē tā aialibus visis q̄ nō visis ergo facilius ē formare cōceptū hoīs q̄ aialis. ¶ Decimoseptimo tūc metaphisica esset prima in ordine doctrine. Cōtra autē. primo methaphi. pz cōsequētia qz ipsa est de ente qd esset primum cognitum igitur. ¶ Ad primū dz q̄ illa argumēta pbant singulare aliquo modo itelligi qd concedimus sed nō primo intelligunt qd adhuc pz qz prima noticia est certissima ex ipsa enim dependet certitudo aliarū sed noticia indiuidui non est certissima quia singulare est maxime variabile. Itē per primum cognitum differt intellectus a sensu ergo illud non est singulare. ¶ Ad scdm patet per idē. Ad aliud dicit q̄ primū principiū simpliciter nō cognoscit p inductionē scz quodlibet est vel nō est. Preterea non est simile de cognitiōe complexa et incomplexa. Quia per cognitionem complexā cognoscit aliqd esse vel non esse. Hoc aūt cōstat nobis intelligendo ita esse in aliquibus particularibus. quia particularibus primo cōuenit esse. ¶ Ad tertiū dz q̄ prudentia est etiā aliquo modo circa vniuersale. qz si obiectū eius esset aliquod singulare tunc non esset vna prudētia. Itē s.t.i. parte. q. lxxxvi. ar. i. ad scdm dicit q̄ conclusio practica prudētie est ex aliqua ppositione vniuersali cū aliqua singulari. et aliquando illa singularis fit a potentia cogitatiua ita q̄ intellectus et ratio particularis concurrūt ad cōclusionez particularē. ¶ Ad quartū et quītū pz ex supra dictis. et ibidem ad quartū dicit. s.t. q̄ virtus superior pōt illud qd virtus inferior sz eminentiori modo scz imaterialit. Sensus aūt materialr cōcrete. quod est cognoscere singulare directe. Si dicat. Perfectius est cognoscere aliquid directe q̄ per reflexionē. ergo sensus cognoscens singulare directe. est eminentior intellectu. Dicendū q̄ pfectius est cognoscere vniuersale directe. q̄ directe singulare. Sed contra noticia distincta perfectior est confusa et communi. Itē imperfectiora sunt priora via generationis. Si ergo noticia rei singularis esset imperfectior. sequeretur q̄ esset prior in intellectu q̄ noticia vniuersalis de quo in primo phisicorum dictum est.

¶ Ad sextū durando et gregorio placet q̄ singulare primo itelligit. Et si qratur quō ergo intelligitur species. Quidā dicūt q̄ oportet preintelligere multa singularia illius speciei. Sz contra tunc ad habēdum conceptū generis gnālissimi q̄ntitatis vel substantie oportet pintelligere infinitas spēs numeri et quasi infinitas species substantiarū. Quidam dicūt q̄ per voluntatē formamus conceptū speciei. Sz cōtra. Prius est itelligere aliqd q̄ velle se intelligere illud. quia volūtas non fertur in incognitū. Itē estimatiua naturaliter aliquādo apphēdit inimicitiam non solū in particulari. Item quando video sortem venientem a longe tunc primus conceptus non videtur esse singularis conceptus sortis. quia adhuc nescio q̄ sit sortes. ergo prima noticia aliqñ est de aliquo cōi. Itē primū iudiciū nō est de aliquo singulari semp qz canis veniens ad biuium non primo iudicat determinate bestiam transiuisse per hanc viaz sed in cōi scz per alterā. Itē audias istā ppositionē oē aial est sortes tunc prius concipis subiectum q̄ predicatū ergo non est necessariū prius cōcipere singulare vnde primo phi. dz q̄ nō sunt eadē nobis nota et nature. et ex illo vult inferre. q̄ primo determinandū est de vniuersalioribus qz illa sūt nobis magis nota. Si dicas hoc est verū aliqñ. Contra Probatio et demonstratio phi est ex p se et necessariis.

Dicendū ergo q̄ vniuersale ante rē primo intelligit. Non aūt vniuersale post rē vt dictū ē in pmo de aīa. Nec ē necessariū ad cognoscendū quidditatē cognoscere multa singularia. sed vnū sufficit. Sed bene verū est q̄ non cognoscet talē quidditatē esse vniuersalē nisi cū cōsideraverit ipsam esse repertibilem in multis scdm quandam vnitatem. Secundo dicitur. sicut supra dictum est de abstractione quia non oportet cognoscere illa a quibus fit abstractio.

¶ Ad septimum dz q̄ vniuersale pro materiali non fit ab intellectu. sz est sua qdditas. Alij dicūt q̄ vniuersale fit ab intellectu agente imprimēte spem ī intellectu possibili et sic aliquomodo precedit actualē cognitionē intellectus possibilis. vide. s.t.i. parte. q. lxxxv. ar. iii. ad pmū. Et nota q̄ nō sequitur. cognosco fortē. et fortes ē veniēs ergo cognosco venientē ppter fallaciā accidentis vel variationez appellationis. Et similiter non sequitur cognosco hoiem et quilibz homo est singularis ergo cognosco singulare. quia ī consequēte denotat q̄ cognoscā per conceptū q cōueniat vni soli. Sed qrit an cognoscens hoiem aliquem hominē cognoscat vel nullū vel quēlibet. Si primū ergo aliqd singulare cognoscit. Itē vel illud quod primo cognoscit est realiter singulare. vel realiter distinctū a singulari. Nō eīm pōt dari medium. Potest negari ɔña. Sicut non sequitur debeo equū ergo aliquē equū debeo vel dicit q̄ quēlibet cognoscit in vniuersali sz nō distīcte. Cōtra scdm Sā. T. i. p. q. lxxxiiii. ar. v. ideo necesse ē itelligere p cōuersionē ad fātasmata qz natura materialis nō cōplete et vere cognoscit nisi cognoscat vt ī particulari existēs ergo pmū qd vere et ɔplete itelligitur ē singulare quia si esset vniuersale non indigeremus fantasmate quod solum representat singulare. Dicendum q̄ natura nō ɔplete intelligit nisi cognoscat vt ī particulari existēs scz per sensum et nō per intellectum.

¶ Ad octauū dicūt fantasmata intelligibilia propter effectum vnde etiam aliquando dicuntur obiectum intellectus vt dicit. s.t. opu. xliij. ca. vi. qz intellectus suā operationem non exercet sine fansmate quo quasi effectiue intelligit in acquirendo scientiam per speciem autem formaliter vt dicit. s.t. ibidez Ad aliud dicetur ar. sequente q̄ non est simile quia intellectio non est materialis.

¶ Ad nonū. pz ex dictis. qz cū intellectus non ē extēsus sicut sunt tres singulares materiales sitū habentes ideo non pōt directe cognoscere singularia sicut sensus. Sed cōtra visio coloris scdm multos ponitur in anima et tamen representat singulare. Dicendum q̄ illa opinio est falsa qz tunc visio posset poni ī angelo et in aīa separata. Item tūc per variationem situs non variaretur visio qz visio si esset in aīa rōnabili nō esset quanta nec per se nec per accidens

¶ Ad decimū negat maior et speculari ibidē non ē directe ītelligere sz est intelligere per actionem fantasmatum. Ad aliud dicitur q̄ duplex est conuersio ad fantasmata scilicet per intellectum illustrantem ea vt efficiant cognitionem et in tali conuersione intelligitur vniuersale. Alia est conuersio ad ipsa terminatiue modo supra exposito et fit per intellectuz possibilem et sic singulare intelligitur.

¶ Ad vndecimū. dicet ar. sequēte. Ad aliud dicitur q̄ huic totoscz singulari materiali repugnat directe ītelligi. Si dicatur ītellectio sortis abstrahit a fantasmatibus ergo ītellectio sortis habita p reflexionem non repsentet cōditiones particulares eius qz

abstrahere est intelligere aliquid nõ intelligẽdo pticulares conditiones ei⁹. Forte cõcedis. Tunc queroan oẽs pticulares cõditiones sortz possint intelligi p reflexionẽ si sic sequitur q nõ i omni cognitione fit abstractio a materia individuali vl a fantasmatib⁹ quod est contra. s.t. 1. pte. q. 85. ar 1. Dicẽdũ q sẽtũ ad principiũ itellectionis quod ẽ spẽs ipsa fit abstractio a cõditionibus pticularibus. Sz qritur an f secunda operatione itellectus primo possit itelligi singulare videtur q sic qz possibile est q prima propositio sit ista ego sum. Sed vtrum sepe cogitando de sorte vel de aliquo peccato relinquatur species vel habitus in intellectu per quem possum primo intelligere illud singulare. Forte dicis q de singulari nulla species relinquitur. Contra si sortes sit assuetus transire per vnum hostium deinde claudatur ipso nesciente tunc sepe ex inde liberatione putat transire per illud ergo habet habitum de aliquo particulari. Item cognoscim⁹ aliqua singularia z nescimus de qua spẽ sũt ergo singulare nõ semper cognoscitur p similitudinem speciei. Sz queritur an angelus directe cognoscat singulare materiale videtur quod non quia cognitio directa z distincta singularis debet habere similem modum essẽdi cũ eo quod directe intelligitur qz res cognoscitur per similitudinem z hec est causa quare nos non intelligimus directe singulare qz spẽs per quam intelligimus est immaterialis vt dicit. s.t. opu. 49. Dicẽdum secũdũ s.t. 1. pte q. 57 ar. 2. ad. 2 q species que est i angelis tante pfectionis est qð representat singulare noster autem intellectus est infimus.

¶ Ad. 12. dicitur qð nõ oẽ quod cognoscitur per reflexionem cognoscitur p noticiã reflexam.

¶ Quarto aꝛ.ꝙ distincte cognoscat singulare quia distincte cognoscit aliam aīam. Item absurdū videtur dicere ꝙ si aīa esset ibi āte me ꝙ nō cognosceret me ꝛ ꝙ nesciret distiguere inter aquam ꝛ vinum. Itē aīa separata potest habere noticiaꝫ intuitiuam de re ad extra quia abstractiua presupponit intuitiuam sed noticia intuitiua terminatur ad aliquod existens singulare. Item diues epulo in iferno sepultꝰ cognouit distīcte lazarū ī sinu habrahe ꝛ alios dānatos sed distantia localis nichil facit: ergo quacunqꝫ distantia vna anima separate pōt cognoscere aliqđ singulare alias anima patris mei si eēt ibi super altare non posset naturaliter scire ꝙ ego sum filius eius ꝛ cātans missam igitur ꝛc.

¶ Quinto si anima separata haberet omnes scientias naturalium vt dictum est sequeretur ꝙ paruulꝰ resuscitatus sciret loqui de omni scientia mūdi quia species sunt incorruptibiles ergo remanent in ipso postquam est resuscitatus.

Item tunc anima dampnata haberet omnes sciās naturales ꝛ scientiam moralem per quam doctor cognoscit quid faciendum cuꝫ omnibus circunstātijs que habentur secundo ethicorum ꝛ sic haberet plenum iudicium quo stante nunqꝫ voluntas est mala. Item in cognitione omnium naturalium stat felicitas naturalis que non est in dampnatis quia talem cognitionem sequitur naturaliter delectatio.

¶ Sexto ad idē nulla ꝟtus finita extēdit se ad infinita sꝫ sūt ifinite spēs numeri scibiles ergo aīa non potest habere cognitionē omniuꝫ ꝛ sꝫ ille spēs non sunt in actu tñ sunt scibiles nec videtur ꝙ vna spē itelligibili cognoscātur ifinite passiones demōstrabiles de spēbus numeri. Item idem non potest assimilari rebus spē distinctis ergo in eadē aīa non potest esse cognitio ꝛ similitudo omnium.

¶ Septimo aꝛ adhuc ꝙ cognoscat singularia qꝛ est ꝑrectior sēsu qui cognoscit singulare. Forte ꝯcedis. Contra quod est ī distinctum nō est principiū distīcte cognitionis sꝫ spēs īfluxe sūt īdistincte ergo.

¶ Octauo aīa separata intelligit sicut āgeli sed angeli nō intelligūt per spēs influxas sed ꝑ suā eēntiam quia sua eēntia plus valet ad causādū noticiam sui ꝙ̄ spēs eius qꝛ spēs eius solū habet esse diminutum ergo potius virtute eēntie causatur cognitio ꝙ̄ virtute speciei. Forte ꝯcedis ꝙ etiā aīa per suam essentiā intelligit se ita ꝙ sua essentia est sibi principium cognitionis. Contra sua essentia non informat suum intellectum quia est per se existens ergo per eam intellectus non intelligit sicut ignis non calet aīs per calorem aliquem qui non inheret sibi licet calor per se subsistens cale faciat. Forte dicis qđ forma ꝑ se subsistens est ita bñ pricipiū agēdi sicut si ihereret sanctus tho. prima parte questione.56.ar.1. Contra tunc deus cognosceretur nūc a nobis per seipsum tantum quia si informaret intellectum tunc per seipsum intelligeretur sufficienter. Item tūc color posset videri absqꝫ aliqua specie in oculo ꝛ intelligi absqꝫ ratione seu specie intelligendi quia res per se subsistens est ita bene principium operandi sicut si informaret per se vel per speciem.

¶ Nono aꝛ qđ aīa separata non intelligat se sic qđ ipsa met causet noticiam sui in seipsa quia obiectum est mouens non motum sed in isto actu intellectꝰ mo

netur aliquomodo ergo non est obiectum. Itē opz omnem potētiam denudari ab illo quod cognoscit vt supradictum est vnde visus non est coloratus sz anima non est denudata a seipsa ergo nō intelligit a se sicut nec aliquid patitur a se.

¶ Decimo arguitur q angeli non intelligunt per species influxas quia angeli distincte cognoscunt singularia que sunt infinita vel esse possunt successiue ergo oporteret angelū habere infinitas species influxas Forte dicis q per vnā spem angel⁹ pt distincte cognoscere infinita singularia Contra vel naturale est angelo habere talē spem vel nō. Si secundū ergo est supnaturalis illa cognitio si pri. Contra naturale non potest ab ipsa re separari sz iste spes possunt ab angelo separari qz s. t. dic iz. s pte q 56. qst de⁹ pduceret nūc aliquā nouaz spem quā tamē scdm legē ordinatā pposuit nūq̄ pducere tūc cōcreasset ī āgelo similitudinē illi⁹ spei ergo si eēt tm vn⁹ āgelus et de⁹ de potētia absoluta pposuisset nullas alias pducere seq̄ret q talis āgel⁹ nullas haberet species ꝛ per consequens nō sciret hominem posse esse risibilem.

¶ Undecimo ad idē scilicet quod vna species intelligibilis non potest representare omnes species animalium in angelo quia vbi pluralitas numeralis requirit maiorem perfectionem ibi infinitas numeralis requirit infinitā perfectionē. Exīn posse portare plura pondera concludit maiorē virtutē tunc posse portare infinitas concludit virtutem infinitaz sed intelligere duas species dicit maiorem perfectionē quam intelligere vnam ergo intelligere infinitas per vnam speciem dicit infinitam perfectionē Forte dicis q non sequitur quia tunc sol esset infinite virtutis quia potest producere infinitos calores si mūd⁹ sēp duraret. Sed non est simile quia sol nō potest simul illos calores producere sicut itelligentia potest distincte intelligere omnia que repñtāt p vnā spez vnde infinitas spes numerorum angelus cognoscit per vnam speciem alias haberet infinitas spēs vel ego possem scire aliquā passionez de aliqua spe numeri quā angelus non posset scire de eadem.

¶ Duodecimo per spes creatas ipso angelo angelus non potest determinate cognoscere q ego curro quia illa non est nota ex terminis ergo per solam cognitionem terminorū non cognoscitur ab āgelo ergo accipit noticiā a rebus. Item illa spes naturalr representat si ergo representat me currere qn curro tūc p illā spem non posset cognoscere postea me nō currere qz eadē spes non causat assēsus oppositos

¶ Tertiodecimo ad idē angelus potest errare iudicando me esse bonū quero ergo per quā spem causat illud iudicium nō per īfusam qz illa non inclinat ad falsum ergo per spem acquisitam a rebus. sed ex hoc q res causat in eo talē assensum. quod si concedas. Contra nullū corporeum potest agere in spm ergo noticia in angelo non pōt causari a rebus. Itē ab extremo nō trāsit ad aliud extremū nisi p medium sz iter obiectū male ꝛ iter obiectū mediat fātasia q̄ non est in āgelo ergo res non pōt in ipso causare noticiam alias oporteret substantiā causare spes in medio in tenebris si deberet causare spem et intellectionē in angelo. Itē angeli sunt sicut corpora celestia que nichil recipiunt ab extrinseco.

¶ Quartodecimo angelus nō potest cognoscere naturaliter rē futuram distincte sz bene cognoscit fortem existere vel fuisse ergo res concurrit ad noticiā distinctam angeli. Forte dicis q cognoscit presentia ex hoc q spes sua assimilatur eis, et non futuris. sed tunc quero a quo causatur ista assimilatio Item per spem cōuenientez oībus hominibus non potest angelus cognoscere q fortes currit q̄ plato quia equaliter representat illos. Item angelus potest formare in se spem montis aurei ergo potest in se causare nouam speciem. Antecedens patet quia potest formare hanc propositionem Itē angel⁹ cōstitutus in puris naturalibus potest acquirere habitum prudentie sicut alias virtutes quidā dicunt q circa agibilia est ad vnū determinatus et ideo etiā circa naturaliter cognita non pōt peccare Contra pōt occidere hoīem tū hoc est contra legē nature. Itē licet habeat oēs scientias concreatas naturaliter non tamen prudentiam sed est liber.

¶ Quintodecimo in intelligentia et in aīa separata ē intellectus agens ergo cognoscūt per abstractionem a rebus et non per spēs influxas Añs pz qz intellectus agens dicit perfectionē ergo est in intelligentia. Item intelligibilia que sunt apud nos sunt solum intelligibilia in potentia ergo non cognoscuntur actu nisi per astractionem factū per intellectum agentem. Item per aliam potentiam angelus agit et recipit intellectionem vt supradictum est probando intellectum agētē ergo oportet in angelo ponere intellectū agentem sicut in aīa separata

¶ Sextodecimo queritur quomodo aīa separata cognoscit deum vel cognoscet per suā eēntiam vel per spez influxā. Si primū contra Essentia aīe non cōtinet virtualiter illud obiectū quod est deus ergo per eaz non pōt de⁹ cognosci Tenet ꝯña qz vnū quodq̄ sicut se habet ad esse sic se habet ad cognosce et per ꝯñs illud quod nō icludit aliud virtualiter quo ad esse nō includit illō ī cognoscibilitate Nec cognoscit per spem qz deus est incimioz aīe separata q̄ sit quecūq̄ species. Itez nulla species sufficienter representat ipm deū distincte vt notū est Nec etiā ī aliq cōceptu cōi qz nichil ē cōe vniuocū ad nos et ad deū.

¶ Ad. 1. dicitur a S. T. ī sua. q. de aīa art. 15. sicut hic et qn arguitur de frustra dicitur q vere frustra vniret qz pricipale ppter q vnitur est distīcta cognitio quā nō potest habere aīa separata sicut nec cec⁹ de colorib⁹. Et lz spes sit ī se magis pfecte tamē nō sūt ita pporti onate acq̄ ꝯnaturales aīe sicut acq̄sīta quas tamē de⁹ etiā posset īfūdere Si dicat aīa separata pfecti⁹ itelligit aliā aīaz q̄ quādo ē ī corpore ergo habet maiorē pfectionē in intelligēdo separata q̄ coniūcta Item fantasmata sunt obiectū anime ꝯiūcte Si ergo anima separata potest intelligere sine fantasmate sequitur q habebit aliud obiectum et per consequens aliam potentiam Maior est ph. in. 3o. de anima. Dicēdum q anima separata non potest ita perfecte intelligere omnia naturalia. Ad aliud dictum est supra

¶ Ad. 2. dicitur q in instāti mortis infanti infundi tur spes oīm naturalium alias fieret contra modum existēdi illi⁹ aīe sicut si lapidi auferat sua grauitas

¶ Ad. 3. dr q aliquādo scīa acquisita et infusa spe differunt et aliqn non. Primū pz de scīa aīe xpi sz querit an aīa separata posset intelligere distincte p fātasmata mea ponēdo q de⁹ faciat vnā aīaz separatā

eē ꝑſētē ſcḋm locū fātaſmatibus meis vr̃ ꝙ ſic qꝛ fātaſmata pñt agere in intellectum poſſibilē virtute intellectꝰ agentis Et tenēdo ꝙ fātaſie hoīs et bruti ſint eiuſdē ſpēi vr̃ ꝙ aīa ſeparata poſſet itelligere ꝑ ꝑſētiā illoꝝ fātaſmatū Sꝫ dicēdū ꝙ itellectꝰ agēs nō dat virtutē fātaſmatibꝰ agēdi ĩ aliqḋ totalr̃ extriſecum. Ad.4. cōcedo ꝙ aliqḋ ſinglr̃are diſtincte cognoſcit Contra vle eſt obiectū itellectꝰ Dicendū ꝙ verū eſt ꝓ iſto ſtatu. Ad aliḋ dr̃ ꝙ nullū eſt in hoc icōuenies Supra tñ poſiti ſũt.4.modi qbꝰ aīa ſepata cognoſcit ſingulare. Et illis modis poſſet forte cognoſcere ſingulare intuitiue.

❡ Ad.5. dr̃ ꝙ aīa nō pōt vti illa ſcīa īfuſa in corpore niſi corpꝰ ſit ꝯueniēter diſpoſitū Sꝫ aliter vr̃ dicere ſ.t.q. de aīa.ar.xv.ad.13.et ar.19.ad.18m. ſcꝫ ꝙ aīa in corpe pōt ītelligere per ſpēs infuſas. Et ar 17.ad.13.et 15. dicit ꝙ dāpnati hñt triſticiam de ipſo bono cognitiones et ideo nō ꝯſequūtur beatitudinē illā. Et ad.6m. ibidem dicit ꝙ aliquid aſſimilatur pluribus ſcḋm eē intelligibile nō aūt ſcḋm naturale Et per hoc pꝫ ad.6m. vide ibidem ad tertiū qꝛ aīa nō cognoſcit infinita diſtīcte nec ſpecies numeroꝝ ſũt actu infinite. Uel dr̃ ꝙ virtꝰ intellectiua ē q̄dāmodo īfinita qꝛ nō terminat̃ ꝑ materiam

❡ Ad.7m. dictū eſt ſupra de intellectu.

❡ Ad.8m. dr̃ ꝙ aīa ſeparata ſeipſam ꝑ ſeipſā itelliget vt dr̃. ſ.t.1.p q.89 ar.2. Nec oportet aīam iformare itellectū qꝛ ipā ḋ ſe ē itelligibilis ⁊ ꝑſēs intellectui ⁊ hoc ſufficit Nec eſt ſilr̃ ḋ colore q̄ diſtat a viſu nec ḋ deo qꝛ deꝰ nō eſt itimoꝛ ī rōe obiecti qꝛ nō ꝓportionat̃ ipſi ſic itelligētia tñ deū aliquomodo ꝑ ſua naturalia cognoſcit per ſuam eſſentiam inq̄ꝫtum ipſa ymago dei.

❡ Ad nonum dicitur quod obiectum inquantum huiuſmodi eſt mouens non motum vel hoc itelligit̃ de obiecto extrinſeco. Ad aliud hoc eſt maxime verum in potētijs ſenſitiuis vt viſus qui recipit colorem ſecundum eſſe intentionale alias intellectus eēt nichil cum poſſit omnia alia intelligere.

❡ Ad 10m. patet ex.5. vnde anima xp̄i cognoſcit infinita et tamē nō eſt infinite ꝑfectionis nec intellectiua agens licet poſſit ꝓducere infinitas cognitiones et talis ſpēs eſt ſibi naturalis ſuppoſita diſpoſitione vniuerſali vñ ſ.t.1.pte 56 2.4. dicit ꝙ deus vnā q̄nq̄ꝫ creaturā fecit proportionataꝫ vniuerſo quod facere diſpoſuit et ideo de ſpēbus concreatis dicitur ſicut de fundamēto domꝰ naturale enī eſt ſi domus debet eē magna ꝙ ſit maiꝰ fūdamētū. Per hec pꝫ ad.11. ſi q̄ratur an āgelus de aliquo dubitet videtur ꝙ nō ex ſ.t. de ve.q.24.ar.3. Opinatur tñ vt patet ex ſ.t. de ma.q.16 ar.6.ad 3. dicit tñ ꝙ in damnō fuiſſet opinio de veri.q.18.ar. ſexto deinde dicitur ꝙ itellectus angeli eſt quodāmodo infinitꝰ ſ.t in q. de aīa ar.18.ad 3m.

❡ Ad 12. dr̃ ꝙ ſpēs ipſo facto ꝙ ſortes currit repreſentat hoc quia ē effectus nālis ſicut per idē ſpeculū cognoſco ſortē primo currere ⁊ poſtea nō currere

❡ Ad 13. dicitur ꝙ ſimplex noticia de ſorte habetur ꝑ ſpēm ſꝫ cognoſcē ſuā cogitationē non pōt niſi ego velī vñ ſi nūc ego velleꝫ oēs angeli cognoſcerēt quicq̄d ego cogito Ideo debes velle tunc cuſtodem ſcire tuas cogitationes.

❡ Ad 14. pꝫ ꝑ idē ſpēs eñ nō repreſentat futura qꝛ nō aſſimilatur eis Nec hoc eſt ex hoc ꝙ res exterioꝛ aliq̄d cauſat ſicut nec ſpeculū ī ſpēbꝰ qñ curro et qñ q̄eſco. Ad aliud dr̃ ꝙ āgelus nō ꝯponit Nec errat circa naturalia nec forte circa moralē ph̄iam.

❡ Ad 15m. verū eſt ꝙ in aīa ſepata eſt intellectus agēs nō autē in āgelo ⁊ de hīs diſputatū eſt ſupra

❡ Ad 16. ſupra dictū eſt quomō āgelus cognoſcit deū Quibuſdā videtur ꝙ adā aīt lapſū āgeli ⁊ ſubſtantie ſepate hñt de deo diſtīctā noticia abſtractiuaꝫ a pn̄cipio ſue creationis ſicut paulus poſt raptū qꝛ habuerūt noticiā matutinā qua res cognoſcitur in verbo Non ꝙ tunc viderēt deū intuitiue ſꝫ cognouerūt eū ſcḋꝫ ꝯceptuꝫ ꝓpriū et diſtīctū ꝑ noticiam abſtractiuā ⁊ hec ē media inter cognitionē quā nos nūc habemus de deo et cognitionem beatorum Cū aūt nichil ꝑfectionis ſit gratis remouēdus ab angelis videtur ꝙ predicto modo deū cognouerunt ꝑ ſpēꝫ īfuſā. Alias nō perfectiꝰ cognouiſſēt q̄ꝫ nos qꝛ nō cognouiſſēt deū niſi cōfuſe Et ſcḋm aliquos ꝑ diſcurſu qḋ tñ eſt falſū qꝛ non diſcurrūt ⁊ añq̄ꝫ aliquid cognoſcatur ꝑ diſcurſū oportet de ipſo ꝑhabet̃ ſiplicē ꝯceptū ſed iſte modꝰ multis nō placet qꝛ cognitio ꝓpria ⁊ diſtīcta ipſiꝰ dei videt̃ eſſe ſupnaturalia Sed nūc q̄rit̃ quomō āgeli añq̄ꝫ eēnt bti habuerūt in ṽbo cognitionē matutinam. Rñdet. ſ.t. de po. q.4.ar.24m. quod āgelus cognouit res dupl'r ſcꝫ in verbo ⁊ ī ꝓprio gñe. Et ſcḋa cognitio vocat̃ veſpertina ⁊ ē ꝑ ſpecies īfluxas Pria aūt dr̃ matutina q̄ eſt ꝑ hoc ꝙ āgelus per ſuā eēntiā cognoſcit deū qui eſt principiū oīꝫ rerū et ſic nō dr̃ eſſe ī verbo quaſi viderit ipꝫ deū ſꝫ ꝓ q̄ꝫto in ſua eēntia relucebat deus Sed cōtra. Ex hoc ꝙ cōfuſe cognoſcimꝰ deū nō dicimur hr̃e cognitionē reꝝ in ṽbo Nec ꝑ hoc cognoſcimꝰ naturaꝫ muſce ergo videtur ꝙ āgelus qui res oēs in verbo cognouit habuit diſtīctaꝫ noticiam de deo per quā cognouit res Dicēduꝫ ꝙ nō ſequitur ſi habuit cognitionē magis ꝑfectā q̄ꝫ nos habeamus.

AD.2. ſic ꝓcedit̃ vr̃ ꝙ poſſumꝰ ſil' plura itelligere qꝛ actꝰ prudētie ē ſil' in itellectu cū actu fidi qꝛ actꝰ voliūtatis cui ſuboꝛdinat̃ actꝰ fidei ē aliqñ bonꝰ moꝛ̃ ergõ ē cū actu prudētie. Sꝫ cōtra idē corpꝰ nō pōt figurari diuerſis figuris. ❡ Rñdeo dicēdū ſcḋm ſ.1.j.p. q.85.ar 4. Duobus modis contingit plura itelligere ſcꝫ ꝑ modum vniꝰ hoc eſt per vnā ſpēm ſcḋo ꝑ modū pluriū Primo modo poſſibile eſt itellectū ſimul plura itelligere ſic enim deus oīa ſimul itelligit per ſuā eſſentiam non autē ſecūdo modo qꝛ impoſſibile eſt idē ſubiectū ꝑfici ſimul pluribꝰ formis vniꝰ generis ſicut īpoſſibile eſt idē corpus colorari diuerſis coloribus modo omnes ſpecies intelligibiles ſunt vnius generis qꝛ ſunt perfectiones vniꝰ potētie itellectiue licet res quarum ſũt ſpēs ſitꝫ diuerſorum generum.

❡ Itē in ari.2. thopi. dicit ꝙ ꝯtingit multa ſcire intelligere aūt vnū Itē hō nō pōt ſil' plura cogitare Alias poſſet ſil' cogitare oīa q̄ꝫ hꝫ ſpēs hic dicūt q̄dā ꝙ nō eſt ſil'e de colore et de itellectione quia colores hñt ꝯtrarietatē nō aūt intellectiones Sꝫ tūc arguat̃ de figuris q̄ nō ꝯtrariat̃ Itē.4. meth. dr̃ ꝙ qui vnū non itelligit nichil itelligit. Ad aliud ꝯcedūt ꝙ q̄s pōt ſil' plura cogitare oīa q̄rū hꝫ ſpēs Contra tūc potētia itellectiua eſſet īfinita quia ſi detur q̄ eſt finita ſequitur ꝙ poteſt habere tot ſpecies ꝙ non poterit ſimul per illas intelligere. Item pluribus intentus defecit ad ſingula ſenſus.

Itē pōt argui ſicut prius quia poſſe intelligere duo

est alicuius finite virtutis ergo intelligere infinita est infinite virtutis Si ergo aliquis intellectus posset intelligere omnes partes proportionabiles videtur q̄ sit infinite virtutis sed hoc dictū ē supra.

¶ Circa ista dubitat̄. An quādo ītellect⁹ intelligit volitionē et obiectū volitiōis hoc sit p vnā spēz qz dubiū ē an act⁹ volēdi cognoscat̄ p spē vr̄ q̄ nō quia oīs spēs causat̄ a fātasmate Modo nullū qz spuale nō fātasma de actu volūtatis cadit sub obiecto fātasmatis. Forte dicis q̄ act⁹ volūtatis cognoscit̄ per spē obiecti act⁹ volūtatis Cōtra ex hoc pcise habeo q̄ habeo spē lapidis nō possū cognoscē me habuisse velle ergo p spēz isti⁹ obiecti nō cognoscit̄ act⁹ volūtatis. Secūdo dubitat̄ An malū et bonū cognoscantur simul siue per vnam speciem. Cōiter dr̄ q̄ malū cognoscitur p bonū vn̄ appositoꝝ eadē est disciplina vnde p grāmaticā cognoscitur ꝯgruitas et incongruitas. Sed contra auditus percipit silētiū et nō per sonū ergo priuatio cognoscitur sine habitu. aūs patet de auditu illius qui nunq̄ audiuit sonum. Item aliquis potest scire q̄ odire deum est malum non cogitando an diligere sit bonum.

¶ Tertio dubitatur an non ens ītelligatur per aliquam spēm hic primo dr̄ q̄ non ens potest intelligi quia de nō ēte formatur propositio dicēdo q̄ nō ens opponitur ēti sed de modo intelligendi non ens dicitur q̄ non ens intelligitur per speciem entis qz spēs entis primo ducit in cognitionem entis et cōtinuatur intellectio eius aliquo tempore donec ista spēs per imperium voluntatis ducit ī cognitionem non ētis et tunc cessat actualis cognitio entis et sic spēs entis per īperium voluntatis determinatur ad causandum cognitionem actualem de non ente.

Sed cōtra imperiū voluntatis dicit actum volūtatis qui sēper p̄supponit cognitiōem qz voluntas non fertur in incognitum ergo intellectus prius intelligit non ens q̄ voluntas appetat ipsum cognoscere Forte dicis q̄ non sequitur quia aliquis in hac vita potest appetere cognitionem propriam et distinctam de deo licet forte male appetat et tamen non oportet q̄ istum appetitum p̄cedat cognitio propria et distincta de deo sz hoc nichil est vnde talis app̄hendit hoc ꝯplexū deus distincte cognoscibilis Alii dicunt q̄ non ens intelligitur intelligendo quod vna res non est alia vnde intelligo chimeram esse nō ēs p q̄tro scio eā nō esse subst̄ātiā nec esse substātiā nec accidēs. Sz cōtra qz ad huc dubiū est a quo elicit̄ ītellectio ista nō ētis siue cōcept⁹ p̄dicati. Si dicas q̄ a specie ētis Cōtra ab eadē spē nō p̄ducūt̄ intellectiōes differentes specie natur aliter. sed ītellectio entis et intellectio non entis differunt spē Itē spēs agit naturaliter ergo eadez spēs semper producit intellectionem entis secluso imperio voluntatis quod nichil facit vt probatum est Forte dicis q̄ intellectio non entis producitur virtute intellectus agentis. Contra intellectus agens pure naturaliter agit et non loquor hic de non ente secūdum quid sicut est materia sz de nō ente simplr̄.

¶ Quarto dubitatur an intellectus possibilis intelligat se et alia simul per eandem spēm Et vr̄ q̄ nō intelligat se quia sensus non potest sentire se nec actum propriū Forte dicis q̄ hoc est falsum qz supra dictum est ex f.t. q̄ fantasia et ymaginatio visio terminatur ad ymaginem Hec aūt ymago vel species ī absentia obiecti non est nisi in fantasia qz sensus cōmunis non conseruat speciē Contra nullum materiale reflectitur supra se ergo nullus sensus cognoscit actum suuz. Itē si intellect⁹ intelligeret se tunc idem esset in actu et in potentia quia intelligere est quidam actus et intellectus est potentia intelligētis. Item illud quod intelligitur mouet intellectum sed intellectus non potest mouere seipsum. Item si intelligat se ipsum queritur quomodo vel enim hoc est per seipsum. Et hoc non quia intellectio et intellectus realiter differunt sicut actus et potentia ergo impossibile est quod aliqua res intelligat se ipsam Si dicatur q̄ intelligit se per speciē sui obiecti Tunc quero quomodo species lapidis naturaliter causat cognitionē ipius intellectus. Et pōt hic argui codēmodo sicut supradictū ē de nō ēte z q̄ri an p spēm obiecti ītellect⁹ cognoscat se iuitiue sicut p illā spēm cognoscit obiectū ītuitiue ¶ Quīto dubitat̄ an ītellect⁹ possit sic ītelligere ītellectū agētē z ītellectū possibilē Et ad sciēdu hoc opz videre ā cognoscāt̄ p eādē spē vl̄ p diuersas et suppono q̄ intellect⁹ possibilis aliq̄ⁿ cognoscit ītellectu agētē qz ē īmāl̄is gⁿ ē ītelligibl̄is z ē pfectioꝛ ītellectu possibili gⁿ ītellect⁹ possibl̄is īclinat̄ ad cognoscēdū ipm Sz tūc q̄rit̄ an ītellect⁹ possibl̄is eāꝺ intellectione ītelligat se z ītellectū agētē et vr̄ q̄ sic qz nūq̄ intellect⁹ agēs separ̄ a possibili sz hⁿ vr̄ cōtra experiētiā qz m̄lti aliq̄n cogitāt de intellectu possibili nichil cogitando de intellectu agente.

¶ Ad primū dubiū dr̄ q̄ cognoscimus actum volūtatis per speciem obiecti vel per aliquam speciem quam formamus virtute intellectus agentis.

Quidam dicūt q̄ volūtas potest causare speciē sui actus in intellectu quia mouet omnes potentias ad exercitiū actus

¶ Ad .2. dubium dictum est supra.

¶ Ad.3. videtur alicui q̄ non ens simpliciter non potest intelligi qz omne quod intelligitur est aliquo modo ens qz vnūquodq̄ intelligitur secundum q̄ ē in actu Sed contra hec est vera non ens est non ēs ex.4.metha. Dico ergo sicut supra dictuz ē de spē z ꝯceptu fictio nōtis aurei Ita dicēꝺ est de nō ente

¶ Ad.4. dubium dictum est in articulo precedente scilicet q̄ intellectus intelligit se per speciem obiecti. Nec est simile de sensu qui est virtus corporea Deinde dr̄ q̄ idē est in actu et in potentia secunduz diuersa sicut qñ aīal mouet se.

¶ Ad.5. dubiū dr̄ quod intellectus possibilis intelligit agentem p discursum et rationem probabilem vt supra patuit Nec opz q̄ per eādē intellectionē p intelligat se et omne quod sibi coniūgitur. Dico tamē finaliter q̄tum ad istum articulū q̄ omnia q̄ possūt intelligi p vnaz spēz directe possūt simul cognosci non autem illa que cognoscūtur per diuersas spēs Si q̄ratur que sunt illa que cognoscuntur per vnaz speciem distincte. Dicēdum q̄ visus per vnā speciē cognoscit albedinem et medietatem eius et magnitudinem/ et figuram/ et motum/ et intellectus per vnam speciem intelligit ī diuidua vnius spēi ita q̄ sortes ī intellectu non cognoscitur p ꝓpriā speciem sed per spēm hominis vt supradictum est qz nō ītelligitur directe Si dicatur Tunc distincte possem cognoscere hoīem pticularem futurū quem nūq̄ prius cognoui per spēm hoīs. Dicendum q̄ nō qz species hoīs non sufficit sine fantasmate illius.

¶ Contra hec arguitur. Probando q̄ sit possibilis

sil' plura intelligere quia ista ꝓpositio canis est signi
ficat simul tres conceptus equiuoce qui non sũt cõ
iũcti ergo possũ sil' formare tres ꝓpositiones qui-
bus ista propositio vocalis subordinatur et ille non
se habent p modũ vnius. Item ista propositio intel
ligitur a me. s. plura p modũ pluriũ non simul intel-
ligũt ergo ĩtelligo subiectũ ei⁹. s. plura p modũ plu
riũ Et nõ dico istã vocẽ qz res subijciũt ꝛ n̄ vocesz
¶ Secundo ponatur q̃ homo et asinus intelligun
tur per diuersas species vel homo ꝛ albedo tũc ista
sunt plura p modum plurium et tñ simul intelligun
tur igitur. minor pz qz ponendo differentiam inter
hominem et albedinem tũc oportet simul vtrũqz in
telligere qz nullus bene iudicat de ignotis. Forte
dicis q̃ intelliguntur p vnam spem Cõtra differũt
genere generalissimo et est contra casũ. Eodẽmodo
arguit de sensu cõmuni qui ponit differẽtiam inter colo
rem et sonũ qui tamẽ non cognoscuntur p eandẽ spe
ciem Forte dicis quod non ĩtelliguntur nisi sucessiue
Contra tunc sequeretur q̃ angelus discurrit quia
sua intellectio rerum per diuersas spes est successio.
s.t. de ma. q.16. ar.4.
¶ Tertio sensus exterior scz visus cognoscit simul
plura p moduz plurium. s. non p eãdem spem qz lu
men et color non videtur per eãdam spem. Nec simi
liter albedo ꝛ nigredo spes eni albedinis ẽ alterius
rõnis a spe nigredinis qz vna disgregat visũ ꝛ nõ alia
¶ Quarto qñ ĩtellect⁹ distiguit ĩter albedinẽ et ni-
gredinem vel tũc ĩtelligit ista duo p eãdem rationẽ
cõmunẽ istis vel per diuersas rationes si primũ tunc
non põt ponere differẽtiã inter ista quia in rõe cõi
nõ differũt Si secundũ ergo ĩ ĩtellectu sil' sũt diuer
se rões et per ɔñs intellectus simul plura intelligit.
¶ Quinto stat aliquẽ sil' iudicare scdm aristotelem
q̃ omis mula est sterilis et tamen credit q̃ hec mu-
la non sit sterilis ergo aliquis sil' hz duo dictamina.
Itẽ omis bñ agẽs moraliter hz actũ prudentie sz stat
aliquẽ errãtẽ bene agere moraliter ergo cum errore
stat alius act⁹ intellect⁹ Minor pz tenẽdo q̃ aliqs
iudicet erronee q̃ in hoc instãti tenetur cõfiteri et
pteri sub pena noui pcti vel q̃ tenetur ingredi reli
gionẽ Pono tñ q̃ ista iudicia sint falsa rõe hui⁹ ver
bi tenetur Faciat tñ illud quod iudicat faciendum
tunc iste bene agit ergo preter errorem habet alium
actum intellectus. s. prudentie vel arguatur de dan
te elemosinam diuiti quam putat esse pauperem vt
habetur ex s.t. de ma. q.16. ar.6. 11.m
¶ Sexto tũc fides inclinaret ad falsũ arguẽdo sic
omis homo ẽ de⁹ xps ẽ hõ ergo xps ẽ de⁹ Et volo
q̃ fortes assẽtiat istis ꝓpositionib⁹ vl' ergo hoc ẽ per
vnũ actũ vl' p plures. Si.2. habet' ĩtẽtũ. Sz primũ
tũc assẽs⁹ ɔñtia erit fals⁹ qz ẽ idẽ cũ assẽsu maioris
¶ Septimo idem actus potest elici a diuersis ha-
bitibus specie ergo possumus intelligere plura per
diuersas species antecedens patet quia est idem a-
ctus quo volo media et ad finem Finem autẽ volo
per habitum charitatis media autem p alias virtu
tes. Et multi dicũt q̃ velle furari ppt' gulã elicit' a
duobus vicijs ꝛ ꝓpter hoc videtur secundum sã. t.
q̃ est in duabus speciebus. Item videtur ex
sãcto tho. de omnibus speciebus numerorum adam
non habuit nisi vnam speciem infusam ergo secun
dum ista potuisset simul intelligere infinita quod
tamẽ negat s.t. de ve. q.2. ar .9 dicit enĩ q̃ possum⁹
cognoscere pfecte ĩfinitũ ɔtinuũ nõ ĩfinita discrete.
¶ Item secũdum augustinũ angelus ĩ primo instãti
sue creatiõis intellexit simul omnes creaturas quia
de oĩbus habuit cognitionem vespertinã. Itẽ sil'
et in eodem instanti habuit cognitionem vespertinã
et matutinã ergo plures cognitiones sunt sil' sed hic
tangitur alta difficultas prima an cognitio vesper
tina et matutina sint per species vel p essentiã Itẽ
forte nõ inconuenit duas cognitiones subordinatas
esse simul vt patet de noticia premissarum applica-
tarum q̃ causat noticiã conclusionis sz hoc vltimũ ẽ
contra s.t.1.q.19.ar.5. vbi dicit q̃ qñ sil' vno intuitu
cognoscuntur pñcipia ꝛ ɔclusiones tũc cognitio p̃
missarũ non est causa noticie conclusionis.

¶ Octauo. volũtas põt causare aliquẽ actum ĩtel
lectus volẽdo nũc speculari et tunc plures act⁹ ĩtel
lectus sunt sil' qz aliquis act⁹ intellectus pcedit istũ
actum volũtatis cũ volũtas nõ feratur in ĩcognitũ
et alius scz imperatus est in eodem ĩstãti. Itẽ aĩa se
parata nullã hz difficultatẽ in ĩtelligẽdo ergo stan
te primo actu intellect⁹ põt acquiri aliud de nouo.
¶ Nono arguit q̃ plura accidẽtia eiusdez gñis possunt
esse sil' qz plures habit⁹ ꝛ spes sunt sil' in aĩa /et sunt
eiusdẽ gñis Forte dicis q̃ illi habitus nõ sunt ibi in
actu sed tm̃ virtus. s. p quẽ actualiter intelligo
Cõtra, habit⁹ sine actu ẽ vera qualitas sicut calor
licz non calefaciat ergo secũdũ rẽ duo accñia eiusdez
gñis sunt simul ꝛ pari ratione qua dr̃ q̃ duo habitus
sunt simul dici põt q̃ duo actus sũt simul Itẽ lumẽ
et color sunt simul in vitro Forte dicis q̃ no sũt acci
dentia eiusdẽ generis Cõtra obiectũ visus est tãtũ
vnũ secundum genus ergo lumen ꝛ color sunt eius-
dem generis.
¶ Decimo arguit ad idẽ qz caliditas ꝛ frigiditas sunt
actiua eiusdem generis ꝛ simul sunt sil' in aqua tepida
vt videtur dicere. Sanctus Thomas de veritate.
quest.8. articu.14. quia calor non remittitur nisi per
introductionem frigiditatis. Antequam ergo to
tus calor sit remissus iam productum est aliquid fri
giditatis in mixto etiam manent qualitates elemen
torum remisse ergo plures actus remissi sunt simul ĩ
intellectu sicut in eadem anima sũt simul intellectus
in actu ꝛ voluntas in actu ꝛ in voluntate penitẽtis
sũt simul gaudiũ ꝛ tristicia. s.t. in.4. di.14. q.1. ar.4
questione secunda.
¶ Vndecimo ad idẽ qz falsũ est q̃ omẽs spẽs intel
ligibiles sint eiusdem gñis qz theologia differt scdm
gen⁹ a scientiis humanis vt dicit s.t.1.p.q.1.ar.1.ad
2. ergo potest quis simul plura intelligere per diuer
sos habitus quis sunt diuersorũ generum. Item in
aere sũt sil' spẽs albi ꝛ nigri distincte igitur.
¶ Duodecimo. actio anime separate non cadit sub
tempore ergo nõ habet prius ꝛ posterius ergo vna
intellectio non precedit aliam/ergo sunt simul.
¶ Nec impedit illud quod dictum est quia diuerse
intellectiones non semper sunt a speciebus eiusdem
generis quia anima separata vel angelus intelligit
se per essentiam ꝛ non per speciem eodemmodo ar-
gueretur quod in angelo est discursus et non potest
simul multa intelligere vide. s.t. de ve .q.8. ar.14.
ad.2.ꝛ.12m.
¶ Tertiodecimo omĩs spẽs est agens naturale. res
pectu intellectionis et semper est in intellectu: er-

anima separata requiritur cōcursus voluntatis cō tra actus intellectus precedit omnem actum volun tatis Quero ergo preueniendo actū voluntati qua re poti⁹ vna spes producit actum suum ꝗ̄ alia. Nō potest dici ꝙ hoc sit ex libertate intellectus q̄ tota libertas est a voluntate.

¶ Ad primum dicitur ꝙ intellectus nō potest simꝉ formare tres propositiones quibus subordinatur hec propositio canis est. Sed contra intellectus po test simul apprehendere vnam disiunctiuam cōpo sitam ex duabus copulatiuis ergo potest simul ap prehendere tres propositiones sine coniunctione. Alias qñ vellet itelligere zam opporteret ꝙ obli uisceretur prime. Sꝫ dicendum ꝙ non oportet quia qñ probatur conclusio vniuersalis ꝑ experimētum tūc oportet simul apꝑhendere plures singulares vt ptꝫ probando per inductionem ꝙ omnis substantia est suceptiua contrariorum. Item in geometria ad probandum vltimā conclusionem oportet aliquan do retinuisse multas alias priores ergo aduenien te za. intellectione non corrūpitur prima Itē adue niente iudicio nō corrumpitur precedens noticia in tuitiua Ideo dicitur ꝙ tripliciter plures intellec tiones possunt esse simul primo quādo subordinan tur vt assensus premissarum et conclusionis s.t. I. ꝑ q.58 ar.5. Secundo. quando ille intellectiones sūt per species diuersorum generum et sic anima christi poterat simul intelligere per sciam infusam et acqui sitam. s.t. de po.q.4. ar 2.ad.10 Tertio qñ diuerse species ordinantur ad inuicē vt ptꝫ in scdo argumē to. Sed tunc queritur quot intellectiones subordi nate possunt esse simul vel quot volitiones quia idē est iudicium Itē in dāpnatis sunt plures actus vo luntatis simul vt tristicia et multe male volitiones ꝗ̄ non videntur habere eētialē subordinationem. nec actus caritatis et act⁹ spei que sunt siꝉ in voluntate. q̄ act⁹ caritatis pōt esse sine actu spei et econuerso Dicendū secūdum capacitatem itellectus plures a ctus pñt esse siꝉ aliqui aūt sunt qui non possūt siꝉ re tinere centū noīa propria lꝫ bñ actu cognoscāt deū et dicuntur actus subordinati non quin vnus possit esse sine alio sed ꝑ̄ua vnus quodāmodo reducitur ad aliū Dubitatur an intelligentia per eandē spem intelligat sortem et albedinem et sortem esse album videtur ꝙ sic.

Et per hec patet ad aliud et ad.2.

¶ Ad.3.⁊ 4. dictū ē i logica Et notādū ꝙ ex hac opinione qdā ꝓbabiliter offendūt opinionē q̄ vi det eē sācti th.s.ꝙ pctm̄ veniale nō stat siꝉ cū actu meritorio quia plures actus non sunt simul non est autem veniale sine actu voluntatis vel quin tene atur habere. Item tunc idem esset bonus et malus moraliter q̄ tūc idem posset habere duos act⁹ vnū scꝫ bonū moralem et alium malum venialiter. Sed cōtra hoc arꝰ quia posset aliquis dicēdo horas omit tere venialiter et tamen cum hoc habere actum di lectionis dei supra omnia. Forte dicis ꝙ tunc illa dilectio eē mala ꝓpꝉ mala circūstātiā. Cōtra sicle nare festucā eēt peccatū mortale qñ sortes omittit mortaliter diligere deū q̄ habet circūstātiā mortalē s. omissionē dilectionis dei. Si dicas ꝙ illa circūstā tia nō iformat suū actū sic etiā poterit dici ꝙ pctm̄ veniale ꝑ omissionē nō viciat actū moraliter bonū Item pctm̄ veniale non impedit sēper effectū sacra menti et toto s.t.3.parte.q.79.ar.8.et in 4. sente

d 4.q.3 ar.1.q si ad.3 dicit quod veniale nō īpedit remissionem pcti sed istud non est phisicum.

¶ Ad.5. dr̄ ꝙ sciētia in habitu stat cum errore in a ctu Et aliud dicitur quod in illo dictamine erroneo virtualiter includitur dictamen verū quod sufficie vnde .s.t. de ma. questione.16.ar.11 stat appetitū esse rectum cum falsa cogitatione et 12.q.19 ar 6. dicit ꝙ aliqñ voluntas concordans rationi erranti non est mala licet 22 q.10 ar 1 dicat actū secundū se ma lum qñ fit ex errore. ¶ Ad sextum dictū ē pri posi. ¶ Ad septimum dicitur ꝙ idem actus non elicitur imediate a diuersis habitibus ⁊ hec declarata sunt secum i hopi. Sed dubium est an in sensualitate sint simul plures actus. s. passio ⁊ actus fortitudinis. Quidam dicunt qꝺ actus elicitus a fortitudine est ipsamet passio moderata. s. moderatus timor. Sed contra timor est obiectum fortitudinis. Itē ꝑ actus fortitudinis moderatur timor: ergo timor modera tus nō ē act⁹ fortitudinis q̄ idē nō moderat seipm ¶ Qui tamē vult tenere oppositum videtur habe re p̄ se. S T.12 q 59.ar.5.ad.1m. vbi dicit quod virtus producit passiones moderatas idest elicit. Item multi non habent pro inconuenienti ꝙ idem actus eliciatur a diuersis habitibus quia dicunt qꝺ actus fidei elicitur simꝉ a fide infusa ⁊ a fide acquisi ta q̄ videtur eis ꝙ fidis infusa nō inclinat ad ha bitum nisi mediante acquisita Cum hoc tamen con cedūt qꝺ fides acquisita potest inclinare ad falsum Contra prim⁹ act⁹ fidei non requirit fidem acquisi tam ymmo precedit omnem habitum Itē qñ ad eū dē actum concurrunt due regulē quādo vna est falli bilis tunc ille actus nō ē in fallibilis quia conclusio sequitur debiliorem partē ergo si ad actum fidei ifu se concurat fides humana fallibilis sequitur quod a ctus fidei non est infallibilis Non est tamen incon uenies quod vnus actus eliciatur ab vno habitu ⁊ imperetur ab alio.

¶ Ad.8 dicitur qꝺ hoc non fuit per vnam speciē vel ille cogitationes fuerunt subordinate⁊ similiter dicitur. ad.8. Et ad aliud negatur ꝯña vide. sā. th. de ve.q 8.ar.24.

¶ Ad.9 dicit. s.t. ibidē ad.14.ꝙ forte diuersoꝝ gñe rū possūt eē siꝉ vt albedo ⁊ dulcedo ⁊ ad decimūquī tū dicit ꝙ dno habit⁹ siꝉ: sꝫ nō sūt actus ꝯpleti tertio dicitur.17.ꝙ per volūtatē angel⁹ aliquādo opera tur per vnam speciem ⁊ non per aliam. 4. dicit ad 13. quod contingit successio in actibus intellectus se clusio tempore ⁊ idē patꝫ ex 13 loquendo saltē de tē pore nostro.5 dicit ad.8 qꝺ plures spēs si albi ⁊ ni gri sunt siꝉ in aere vt in fieri sꝫ nōi actu ꝯpleto. Sꝫ q̄rit an itelligētia s.āgel⁹ possit intelligere aliud se quia secūdū. s.t ibidem ad sextuꝫ sēper intelligit se actualiter. Dicendū ꝙ sic q̄ intellectio sui ipsius est ratio ad intelligendū alia sicut qñ visus simul videt colorem ⁊ lumen. Si queratur an intellectus co gnoscendo hoīnē non esse lapidē cognoscat mul ta per modum multorum. Dicendum ꝙ nō vt habe tur ibidem ad secundum.

¶ Decimum argumentum requirit aliam difficulta tem prolixam si enim dicatur ꝙ caliditas ⁊ frigidi tas in esse remisso sūt simul tunc videtur ꝙ act⁹ di uersarum sperum possunt esse simul in esse remisso ⁊ per ꝯñs ꝙ hoc modo possumus intelligere plura per modum plurium.

¶ Per hec patet ad cetera argumenta.

Ad tertium sic proceditur videtur q̄ i intellectu posita esse falsitas q̄ i con positione est veritas ⁊ falsitas ſʒ cō positio est in intellectu igitur. Sʒ cō tra arguitur ex algazele dicente aut i telligimus aliquid sicut est aut non i telligimus sed quicunq̄ intelligit rem sicut est vere intelligit ergo intellectus semper est verus.

¶ Respondet.s.t.de ve.q.1.ar.12.⁊.1.p̄te q.25.ar.6.q̄ phi.in hoc.3.de anima cōparet intellectum sensui q̄ntum ad hoc q̄ sensus circa ꝓpriū obiectum nō decipitur nisi forte ꝑ accidens et impedimento circa organū sicut gustus febricitātiuʒ dulcia iudicat amara propter hoc quod lingua est repleta malis humoribus sed circa sēsibilia communia decipitur sensus sicut iudicando de magnitudine vl figura vt cū iudicat solem esse pedalē qui tamen est maior terra tertio decipitur sēsus circa sēsibile ꝑ accidens vt cū iudicat fel esse mel ⁊ circa ista est magna deceptio ⁊ ista declarat.s.t.in.3.de anima lec.sexta.

¶ Sed queritur an sensus exterior iudicet fel esse mel videtur q̄ nō quia sensus exterior nō componit ⁊ sensus aūt est de propositione. Item sensus exterior non cognoscit substantiam ergo non iudicat de felle. Sed de hiis diximus supra.

¶ Notādū preterea cū potētia circa obiectum proprium non decipiatur per se ⁊ quidditas rei est obiectum intellectus ideo per se loquendo intellectus non decipitur circa quidditatem rei sed bene circa ea que circūstant ipsā dū vnū ordinat ad aliud vel componēdo vel diuidendo vel ratiocinādo vñ circa prima principia simpliciter non errat: sed circa quidditatem per accidens cōperādo diffinitionem cum alio diffinitio vel formando diffinitionem que implicat compositionem incompossibilium vt animal rationale alatum. Et hoc maxime fit intelligēdo res compositas non autem intelligendo simplicia in quibus si deficimus totaliter deficim⁹ in non attingendo vt habetur.9.methaphisice ⁊ sic patet quomodo in intellectu reperitur falsitas. De hiis.s.t.1.par.q.16.ar.2.et.q.17.ar.3.vbi dicitur q̄ñ falsitas ē in intellectu non solū q̄ cognitione intellectus ē fīta sed quia intellectus cognoscit eam ⁊ per hoc differt a sensu in quo est falsitas ſʒ non vt cognita.

Si queratur an propositio vera ⁊ falsa sint eiusdem speciei videtur q̄ sic cum sit eadem successiue vera ⁊ falsa. Item copula est forma ſʒ eadem est copula .i.ly est ergo hec sunt eiusdē speciei homo est, asinus homo est animal. Contra p̄tes specie differunt et similiter cōceptus ꝑdicati sic quidem querunt an iste differunt specie omnis homo est et homo est quia in sūmulis dr̄ q̄ q̄ntitas se tenʒ ex p̄te mōe ⁊ q̄lō ex p̄te forme a qua tm̄ sumitur spēs rei. Sʒ circa hec Dubitatur an falsitas sic ens positiuum et dicit s.t. ibidē ar 4.q̄ verum et falsum non opponuntur priuatiue sed contrarie vide ibidem ad tertium. Sed tūc queritur in quo est falsitas subiectiue et ad cognoscendum an veritas sit in rebus.

Pro quo sciendum q̄ veritas partim habet esse in anima et partim in re extra q̄ veritas dicit relationem rei ad animā cum sit adequatio rei et intellectus vnde veritas habet esse ꝯpletum in anima et non in re extra et hec adequatio est sicut relationē mēsure ad mēsuratū ita q̄ veritas formaliter est relatio mensurati ſʒ multa de hac materia dicta sunt in logica ideo nunc supsedeo vnde solet queri an intellectus sit verus intelligēdo vniuersale cum nullū tale sit in re et hoc probat martinus de magistris in 4.questione de fortitudine.

¶ Contra hec arguitur primo quia bonū et malum sunt in rebus et no in intellectu sed verū est quoddam bonum intellectus et falsitas est quedam malicia eius ergo ista non sunt in intellectu Item obiectum intellectus non est in intellectu nec obiectum visus est in visu sed verum est obiectum intellectus vt cōmuniter dicitur igitur.

¶ Secundo si veritas esset in intellectu maxime eēt in eo sicut in cognoscente et similiter falsitas. Per hoc enim intellect⁹ differt a sensu sed hoc nō sufficit quod probatur quia tūc falsitas esset in deo q̄ ipse cognoscit falsitatem. Itē falsitatem esse in aliquo vt in cognoscente non est falsitatem esse in aliquo quia intellectus cognoscens falsitatem esse falsitatē est verus ergo in ipso vt sic non est falsitas.

¶ Tertio. falsitas est in eo quod denominat ſʒ falsitas denominat rem ipsam. vnde auricalcum dicitur falsum aurum ergo falsitas est in rebus et non in intellectu.

¶ Quarto vel falsitas est ens reale vel ens rationis si primum ergo causatur a deo et tunc ante mundi creationem fuisset aliquod ens reale aliud a deo q̄ falsum erat deum non esse. Itē si est ens rationis vel relatio realis queritur ad quid terminatur.

Item ens rationis non cōtrariatur enti reali ergo si falsitas ē ens rōis sequitur q̄ nō ꝯtrariatur veritati

¶ Quinto ar̄ q̄ veritas et falsitas non cōtrariātur q̄ tunc cōtraria essent in eodē intellectu q̄ pono q̄ sortes formet istā disiunctiuam. plato est vel plato non est tunc in intellectu suo sūt due cathegorice cōtradictorie quarū vna est vera et altera falsa ergo veritas et falsitas sunt in eodem antecedens p̄z ex commentatore sexto methaphesicorum capitu.8. Item s.t.dicit q̄ icōtinēs hʒ duas maiores sed sub sumit sub.2.vt nūſi malū ē faciēdū ⁊ oē delectabile est prosequendum sed hoc est delectabile ergo est prosequendum.s.t.de ma.q.3.ar.9.ad.7.sed ex isto non habetur q̄ contraria sunt simul sed q̄ plura intelligat. Item probo q̄ falsitas non dicit ens positiuū q̄ nulla re existente adhuc falsum esset sortē esse quia suum contradictorium eēt verū cum necesse sit alterum contradictoriorum esse verum.

¶ Sexto vel in sola compositione et diuisione ē veritas f̄litas vel etiā ītelligēdo q̄dditatē. forte dicis q̄ ī ꝯpōne veritas sicut i cognoscēte f̄ritatē vl f̄litatē et i simplici apprehēsione est veritas vel falsitas aliquando per accidens Contra possumus formare hanc propositionem ī intellectu homo est animal non cogitando an sit vera vel falsa ergo in cōpositione non est veritas vel falsitas tanq̄̄ in cognoscente. Itē q̄ ꝓbo nūq̄ʒ in simplici apprehēsione est falsitas ꝑ accidens q̄ tunc apprehendens chimerā erraret et intellectus suus esset falsus quod est falsū q̄ vt dr̄ in.1 ꝑhi.dictio simplex non significat verū neque falsum.

¶ Septio vel veritas que est in intellectu est ens reale vel ens rationis non primū q̄ 6.metha. verū distinguit contra ens reale nec habet esse nisi ꝑ operationem intellectus est enim quedam conformitas ꝯsequens operationē intellectus apprehēdēs rem

sicut est nec secum. quia bonum est ens reale sed veritas est bonum intellectus. Item tunc veritas esset nichil et per consequens laborantes ad sciendū veritatem laborarēt ad sciendum unum nichil quia omne ens rationis nichil est qr aliquid et res cōvertuntur ergo quod non est res est nichil.

¶ Octavo queritur in quo formaliter est veritas qua est verum fortem cu rere. Forte dicis q est subiective in intellectu. Contra cōpositio que est in intellectu significat verū vel falsum significatiū autē eius est obiectum ergo in obiecto est subiective veritas sicut enim sanitas non est in urina qr est signū eius ita nec veritas in mente quia est tm̄ signum ei⁹ Item omnis respectus est i suo fundamento sȝ fundamentum veritatis est in re. Item quicquid est in intellectu est vera res oporteret ergo q veritas illarum per aliam veritatem esset vera. Nec potest dici secundum .s. q veritas sit subiective in rebus quia aliquando res de qua formatur propositio vera nō est a parte rei ut patȝ dicendo adam est homo vel nulla chimera est. Item dicendo homo non est asinus quero vel illa veritas est in homine vel in asino nō est potior ratio de uno q̄ȝ de alio igitur ꝛc.

¶ Nono arḡ ex lactantio in libro de opificio dei probando q sensus nūq̄ȝ decipitur etiam per accidens qr quod estimemus unam rem esse duas non est ex defectu sensus sed potius intellectus. Sensus enim naturaliter representat rē sicut est et supra facta fuit multa argumenta de sensu an decipiat. Decimo arguitur si visus deciperetur per accidens hoc maxime esset per colorem causatum ex transitu radiȝ solaris per vitrum. Sed hoc est falsum quia quero a quo causatur talis color contra parietē non a sole oportet agens esse simul cuȝ passo nec ab aliquo alio. Item si sensus decipitur sequitur q non possum⁹ aliquid certitudinaliter demonstrare quia nō potest esse maior certitudo in conclusionibus q̄ȝ i principiis

¶ Undecimo querit̄ de intellectu angelico quo nō per respectū ad ipsum aliquid dicitur verum quia eius cognitio nec causatur a rebus nec est causa rerum

¶ Ad .1 dr̄ q etiam aīa est subiectum bonitatis vel malicie ut patȝ de bonitate morali et ideo non solum in rebus extra animā est bonitatis sed iō i reb⁹ dicit̄ esse bonitas et non veritas quia bonitas reraȝ non ē ex actu appetit⁹ sicut veritas est ex actu intellect⁹ Ad aliud dicitū est supra quō v̄ū ē obiectū intellect⁹

¶ Ad .2. dicitur q deus cognoscit falsum et etiā cognoscit malum tm̄ propter hoc malū non dicitur esse i eo sed an deus sit propositio falsa videt̄ q nō quia tunc in ipso esset falsitas unde deus non componit nec dividit. Secundo dicitur q falsitatem esse in aliq̄ ut i cognoscēre nō ē tm̄ cognoscere falsitatē sȝ est habere ꝯceptū representātē rē aliter ēē q̄ȝ sit vl̄ ē apprehēdere unifortnitatē rei ad intellectū ubi tm̄ nō ē unifortmitas. Ad .3. patuit i primo phi. i reb⁹ enī ipsis ē quedam veritas et in intellectu nostro et in deo.

¶ Ad 4. dictū est ibidē q deus ē veritas et sic veritas fuit ab eterno tamen nulla erat falsitas nec aliqua propositio falsa fuit tunc formata. Sȝ querit̄ an sicut est aliqua relatio rei ad intellectum ita etiā sit aliquis respect⁹ rei ad voluntatē et si sic queritur an comparatio causata i obiecto per actū voluntatis sit relatio rationis unde multi dicunt q deus prius voluit fortem fore q̄ȝ iudicaret ipsū fore. Queritur ergo an illa habitudo voluntatis ad rē volitā sit relatio realis vel rationis non secundum qr non causatur p actum cōparativum nostri intellectus si per actum voluntatis potest dici qō ideo est relatio rationis quia non habet esse nisi in intellectu vel per voluntate que aliquomodo rationalis est. 2. dicitur qō non omnis relatio rationis fit per actum intellectus qr aliqua est relatio rationis fantasie ad fantasiatū ista tamē p̄cedit actum intellectus.

¶ Ad sextum dicetur in secũdo metheororum q diuersarum actionum non potest esse idem terminus/ & vltimum debebat inducere phr. ad resurrectionẽ. alias anima separata secundum eum naturaliter et eternaliter appeteret vnum impossibile scilicet vnionem ad corpus. Forte dicis animam post mortẽ nõ appetere corpus/ quia porphirius dicit beata omne corpus fugiendum & virgilius in sexto eneidorũ Que lucis miseris taz dira cupido vide quid pater enee respondet / & augustinus de ciuitate dei libro xxij. c. xxvij.

¶ Ad septimum dicitur q ari. in libro de pomo seu morte ari. expresse ponit animam posse separari & felicitatem futuram quoniam philosophus ducit hominem ad gradus altissimos & diuinos quos nõ habemus in hac vita/ quia post multos labores homo efficitur senex & ineptus speculationi. Item honor qui potest esse in hac vita secundum ari. non est sufficiens premium virtutis. Quidam dicunt phi. in diuersis locis diuersimode scripsisse. & phi. ibi p forte loqui Durandus in. ij. di. xviij. dicit q phi. dixit sibi repugnantia scilicet nullum genitum esse eternum a parte post & animã esse immortalẽ gregorius nissen⁹ tenet oppositũ. vẽ dicit. S. T. in scdo ? gen. c. lxxix.

¶ Ad octauũ dr̃ q vnis separatio infert aliã & q potẽtia visius d facto debilitat' lz radix ei⁹ nõ debilitet'.

¶ Ad. ix. et. x. dictum est primo phisicorũ. C. j.

¶ Ad vndecimũ dicitur q anima rationalis habet esse per se pro q̃to esse existentie ipsius hominis est precise in anima nec videtur q potentia cogitatiua cognoscat dtum nisi capiatur pro intellectu & nõ p sensu interiore.

¶ Ad duodecimũ patet q quilibet etiaz vir iustus desiderat beatitudinem naturalem secũdũ augustinum hec autem virtuoso militi non contingit ĩ hac vita qz non vacat speculationi. Deinde dr̃ q a deo esse potest separari a forma subsistente. idest potest corrũpi. nõ aũt ab agẽte naturali/ qz nullũ tale agit in rem spiritualem qualis est forma per se subsistẽs.

¶ Ad tridecimum dicitur q contrarie volitiones non sunt actiue nec corruptiue subiecti.

¶ Circa hec queruntur quinqz. Primo an intellectus practicus & speculatiuus differunt. Secundo an fantasia sit principium motus. Tertio an voluntas sit liberior intellectu. Quarto an voluntas possit necessitari. Quinto an passiões sensualitatis subdantur rationi.

Ad primum sic proceditur videtur q intellectus practicus & speculatiu⁹ differãt realiter quia habent diuersa obiecta. & sunt diuerse potentie Ans patet qz obiectum intellectus speculatiui est verũ. practici aũt est opus. vel bonũ sz ista dr̃nt igitur. Forte dicis q dr̃nt tñ ratõe. Cõtra hoc sufficit ad distinguẽdũ potẽtias vt pz de obiecto ĩtellectus & volũtatis. Sed cõtra est phũs dicẽs ĩ tertio de anima q intellectus speculatiuus fit practicus per extensionem vna aũt potentia non mutatur in aliam.

¶ Respondeo dicendũ secundũ San. Tho. j. parte q. lxxix. ar. viij. ratio siue superior siue inferior & intellectus siue intelligentia sunt vna & eadem potentia. vnde intellectus noster dicitur ratio pro q̃to pcedit de vno intellectu ad aliud. ad cognoscendũ veritatem intelligibilem. & ideo in intelligentijs nõ ponitur ratio quia non discurrunt. Item intellect⁹ noster dicitur ratio superior p q̃to intẽdit eternis cõspiciendis aut consulendis & dicitur ratio inferior quia intendit temporalibus rebus vt pulchre declarat. S. T. in questionibus de ve. xv. j. & ij.

¶ Sed notandum q hoc nomen intelligentia pprie significat ipsum actum intellectus qui est intelligere. In quibusdam tamen libris de arrabico translatis substãtie separate quas nos angelos dicimus intelligẽtie vocantur. Forte ppter hoc q hmõi substãtie semp actu intelligũt in libris tñ de greco trãslatis dicuntur intellectus seu mentes. Est aũt mẽs idem q intellectus Notandũ preterea q intellect⁹ possibilis habet tres status. qz qñqz est in potentia tantum. & tunc dicitur intellectus possibilis. Qñqz aũt in actu primo qui est sciã & sic dr̃ intellect⁹ in habitu. Quandoqz autem in actu secundo qui est cõsiderare & sic dicitur intellectus in actu siue ĩtellect⁹ adeptus. Notandum preterea q intellectus practicus & speculatiuus sunt eadem potentia sicut eadẽ potentia visiua respicit album & nigrum. Dicitur autem intellectus speculatiuus qui nõ ordinat ad opus illud quod apprehendit sed ad solum considerationem veritatis sed practicus intellectus dicit' qui hoc quod apprehẽdit ordinat ad opus. ex quo patet q speculatiu⁹ differt a practico fine. Sed queritur an sinderesis sit quedam specialis potẽtia. Dicendum q non. sed magis est quidam habitus quo quis inclinatur. ad recte iudicandum de principijs operabiliũ. vnde sinderesis dicitur instigare ad bo-

num ⁊ murmurare de malo cuius actus aliquando dicitur conscientia per quam iudicamus actu aliquid esse faciendum vel non faciendum. Quandoqꝫ etiam sinderesis vocatur conscientia vel naturale iudicatorium. Per hec patet responsio ad dubium quo queritur an scientificum quo anima speculatur necessaria ⁊ ratiocinatiuum quo ratiocinatur circa contingentia sunt diuerse potentie siue diuerse partes anime. ad quod respondet Sanc. Tho. vi. eti. ꝙ contingentia dupliciter possunt cognosci vnomodo secundum rationes vniuersales que sunt immutabiles/ ⁊ sic pertinent ad scientias demonstratiuas/ quia phisica est de corruptibilibus ⁊ sic contingentia pertinent ad intellectum. aliomodo possunt capi contingentia secundum ꝙ sunt in particulari ⁊ sic cadunt sub potentia cogitatiua que propter hoc dicitur ratio particularis vel intellectus passiuus que est corruptibilis ⁊ cognoscitiua singularium contingentium de quibus est consilium ⁊ operatio. Unde ⁊ prudentia videtur quibusdam esse in potentia sensitiua cogitatiua/ vnde non est scientia quia est singularium. vt dicit phi. sicut sensus ⁊ secundum hoc videtur ꝙ consiliatiuum ⁊ scientificum distinguuntur realiter quia concilium est de singularibus que cadunt sub sensu. Sed contra hoc obiicitur quia prudentia secundum philo. est habitus intellectualis. ergo est subiectiue in intellectu ⁊ non in potentia cogitatiua. Forte dicis ꝙ cogitatiua dicitur intellectus. Contra voluntas non mouetur a potentia cogitatiua ⁊ tamen mouetur per actum prudentie ⁊ concilii. Item prudentia est in intellectu practico qui est idem realiter cum speculatiuo/ ideo dicitur ꝙ intellectus est cognoscitiuus particularium per reflexionem vt supra dictum est/ et ideo dicendum est ꝙ prudentia licet sit circa contingentia tamen est in intellectu. Sed nonne scientia etiam speculatiua est de contingentibus videtur ꝙ sic/ quia phisica est de tonitruis ⁊ prudentia aliquando est de necessariis vt ꝙ non est peccandum videtur ergo ꝙ scientificum ⁊ conciliatiuum vel ars est de contingentibus Dicendum ꝙ scientia speculatiua non est de contingentibus in nostra potestate existentibus vt sic vel sic fiant sicut est de obiecto prudentie. Notandum tamen ꝙ licet intellectus speculatiuus ⁊ practicus non differant habitus/ tamen speculatiuus ⁊ practicus realiter distinguuntur quia scientia moralis realiter distinguitur a phisica.

¶ Sed dubitatur an intellectus speculatiuus semper sit circa eternum vt videtur dicere phi. vi. ethi. et. i. poste. ⁊ de his dictum est. i. phisi. ꝙ sic propter necessariam habitudinem inter passionem ⁊ subiectum. vnde Sanctus Thomas dicit. i. parte. q. lxxxvi. ar. iii. Si attendantur rationes vniuersales sensibilium omnes scientie sunt de necessariis. Si autem attendantur ipse res sic quedam scientia est de necessariis ⁊ quedam de contingentibus vnde phisica dicitur esse de corruptibilibus incorruptibiliter/ quia rei naturali conuenit esse mobile immobiliter ⁊ necessario/ sed Contra sic etiam singulare diceretur necessarium quia sortes necessario est corruptibilis sicut homo forte negas/ quia re corrupta non potest amplius corrumpi nec est generabilis vel illa passio non conuenit singulari per se primo. Quidam dicunt scientificum esse de necessariis quia res sunt eterne secundum suas essentias. Sed contra non solum scientia habetur de causis sed etiam de effectu vnde effectus cognoscitur per causam vt patet in tonitruo ⁊ pluuia que est aque de nubibus guttatim cadens. Alii dicunt ꝙ scientia est necessariorum quia est de vniuersalibus que sunt in generabilia per se. Aliquando tamen sunt corrupte per accidens. Sed queritur an tunc de facto sit de ipsis scientia. Forte dicis ꝙ non quia scientia requirit conformitatem ⁊ adequationem ad res scibiles quia scientia non est nisi de veris. Ueritas autem consistit in adequatione intellectus sed res que non est non conformatur intellectui. Sed contra astrologus habet scientiam de eclipsi dato ꝙ non sit/ ⁊ de vacuo habetur scientia licet non sit.

¶ Tertio dubitatur an intellectus actiuus ⁊ intellectus factiuus distinguuntur. Dicendum ꝙ non. Pro quo notandum ꝙ actio ⁊ factio quandoqꝫ sumuntur generaliter pro vno predicamento. Sed specialiter actio pertinet ad prudentiam factio autem ad artem. Quidam dicunt ꝙ factio est que transit in exteriorem materiam vt domificatio. actio autem manet in agente vt intellectio. Sed contra actus fortitudinis transit in exteriorem materiam ⁊ actus liberalitatis. Item multe operationes immanentes pertinent ad artes quia actus elicitus ab arte pertinet ad artem ⁊ est operatio immanens scilicet actus intellectus. Alii dicunt ꝙ factiones sunt operationes quibus aliquid fit preter vsum vt edificatio. In actione autem proprie dicta nil relinquitur post operationem vt patet in visione. Sed contra citharizare est factio ⁊ tamen est tantum operatio vnde videtur ꝙ aliquando prudentia ⁊ ars sunt circa idem vt videtur in prudentia militari. Et ideo actio ⁊ factio non semper realiter distinguuntur. alii dicunt ꝙ actio dicitur operatio prout procedit ab electione factio autem respicit operationem exteriorem ⁊ non electionem. Utrum autem intellectio debeat dici actio vel praxis dictum est primo phisi. Et vtrum actus ipsius artis debeat dici actio prout dirigitur a prudentia.

¶ Contra hec arguitur. Primo ꝙ ratio ⁊ intellectus distinguuntur. quia vnum potest reperiri sine alio. Tum quia potentia cogitatiua discurrit ⁊ per consequens ratiocinatur. Tum quia in angelis reperitur intellectus. ⁊ tamen in ipsis non est ratio/ quia non discurrunt sed per species infusas omnia intelligunt. Forte dicis ꝙ non sequitur intelligunt per species infusas simul premissas ⁊ conclusionem ergo non discurrunt quia homo in primo instanti vsus rationis per habitus infusos vel aliomodo potest debilitare de agibilibus quia possibile est in instanti discurrere quia deliberatio est quedam discursus. Item enthimema formatur in instanti in quo assentio antecedenti ⁊ consequenti. Secundo arguitur. ꝙ intellectus practicus ⁊ speculatiuus differunt realiter. quia habitus practicus ⁊ speculatiuus differunt realiter. quia habent diuersa obiecta. scilicet speculabile ⁊ operabile. sed ista eadem sunt obiecta intellectus practici ⁊ speculatiui quia intellectus practicus ⁊ speculatiuus differunt realiter. Item posse sanari ⁊ posse infirmari non sunt vna potentia secundum phm. iii. phi. quia nec posse intelligere speculabile ⁊ operabile. tertio diuersorum secundum genus non est potentia penitus vna. sed intellectus speculatiuus respicit necessaria practicus autem contingentia. Corruptibile autem ⁊ incorruptibile genere differunt. Item potentie distinguuntur per actus sed intelligere speculabile ⁊ operabile sunt diuersi actus. Forte dicis ꝙ conueniunt in hoc quod est intelligere. Contra tunc posset dici ꝙ sentire ⁊ opinari essent in eadem potentia quia conueniunt in hoc ꝙ est cognoscere. similiter videre ⁊ audire conueniunt in hoc quod est sentire. Forte concedis ꝙ intellectus speculatiuus ⁊ practicus aliquomodo distinguuntur secundum rem. Contra tunc in nobis essent realiter duo intellectus possibiles ⁊ forte duo intellectus agentes.

¶ Quarto arguitur. ꝙ ratio superior ⁊ inferior sint diuerse potentie/ quia morales dicunt ꝙ quandoqꝫ peccat ratio inferior non peccante superiore ergo non sunt idem. Item secundum phi. sexto ethi. scientificum ⁊ ratiocinatiuum sunt diuerse potentie. ergo similiter ra

tio superior ⁊ inferior ⁊ ratio phi. est quia scietificū
est de eternis que genere differunt a cōtingētibus.
¶ Quita ratio est simplicior ꝙ̄ sensus sed in parte
sensitiua nō inuenitur ꝙ eadē potētia habeat diuer
sa officia. ergo multo minus eadem potentia intelle
ctiua potest habere diuersa officia sic autem ē de in
tellectu speculatiuo ⁊ practico. Forte dicis ꝙ obie
cta eorum reducuntur in idem principium. Contra
eternum ⁊ operabile nō habent eadē principia quia
corruptibile ⁊ icorruptibile n̄ hn̄t idē pncipiū igr̄. ⁊c.
¶ Sexto nichil mouetur a seipso sed ratio superior
mouet inferiorem. ergo non est eadem potētia.
¶ Septimo ar̄. ꝙ a fine nō vocatur intellectus spe
culatiuus quia alias in potestate nostra esset facere
scientiam aliquam speculatiuam/ quia possumus eā
ordinare ac scire vel ad opus. Item scientia ⁊ scire
sunt idem sicut abstractum ⁊ cōcretum distinguere
ergo scientiam speculatiuam a practica per scire est
distinguere eā per seipsam. vnde cum distinctio sciē
tiarum sit ex obiecto sequitur ꝙ speculatiua non di
citur a fine. Itē nō ideo sciētia est practica q2 ordi-
natur ad opus sed econuerso ex hoc ꝙ aliqđ scibile
est opabile a nobis nos ordinamꝰ sciētiā ad opꝰ igr̄.
¶ Octauo ar̄. ꝙ actio ⁊ factio non distinguntur/ q2
factiones possunt bene fieri/ quia aliquis potest do
mificare propter deum. ergo factio est actio. Item
tunc actio ⁊ passio essent duo predicamenta.
¶ Nono arguitur ꝙ prudentia sit vera scientia/ q2
impossibile est prudentiam esse de falso. ergo prudē
tia est de necessario. ergo est scientia antecedens pa
tet. quia est habitus vereditus. Item vel actus pru
dentie est cognitio euidens vel ineuidēs. Si primū
ergo est actus scientie. Si secundum, tūc esset actus
fidei vel opinionis. Forte dicis ꝙ prudentia est no-
ticia euidens circa aliquod singulare agibile. Sciē
tia autem est vniuersalium. Contra singulare et vni
uersale pertinent ad eundem habitum vnde per ean
dem speciem vel scientiam cognoscitur ꝙ homo est
risibilis ⁊ ꝙ sortes est risibilis. ergo ad eundem ha-
bitum pertinet cognoscere singlare agibile ⁊ vniuer
sale. Item prudētia est in intellectu ergo primus ac
ctus quem elicit est circa vniuersale. Itez quero de
obiecto eius adequato ⁊ primario. Si dicas ꝙ est
bonum agibile vel consiliabile. Notum est ꝙ istud
est quoddam commune et vniuersale. Item tunc sin
gulari corrupto periret prudētia quia corrupto ob
iecto corrumpitur habitus.
¶ Ad primum dicitur ꝙ potentia cogitatiua non
habet ex se ꝙ discurrat. deinde cōcedo ꝙ aliquis in
tellectus non est ratio tamen omnis ratio est intelle
ctus sicut homo ⁊ animal idem sunt realiter ⁊ tamē
aliquod animal non est homo.
¶ Ad secundum dicitur ꝙ aliqua sufficiunt diuersi
ficare habitus que non diuersificant potentias. vn-
de dictum est supra. ꝙ semper diuersa obiecta diuer
sificant actꝰ sed non potentias. Sed contra non qui
libet actus habet speciem ab obiecto. ergo non di-
stinguntur per obiectum. Antecedens patet de voli
tione qua quis vult peccare hec enim vel venialis
vel mortalis ⁊ tamen suum obiectum nec est veniale
nec mortale. ista etiam volitia est in aliqua specie cū
sit volitio singularis/ ⁊ tamen suum obiectum non
est species sed potius genus. Pro quo notandū est
ꝙ quidam opinantur ꝙ actus non habet speciē ab
obiecto nec actus precise ꝑ obiecta distingunt̄ quia
per eādē visionē numero videtur plures albedines
que sunt tamen plura obiecta. Item cognitio qua
cognoscitur sortes a longe potest eque bene repn̄ta
re platonē q2 alias ꝑ illā distīcte cognosceret̄ sort.
Item cognitio sortis ⁊ platonis sunt eiusdem spe-
ciei. ergo quicquid representat vna repsentat alia.
Ex hoc scimus ignem quem non vidimus calefac
re/ q2 est eiusdē speciei cū alio igne. Item tūc cogni
tio substantie ⁊ cognitio accidentis distinguerent̄
genere si distinctio cognitionum esset ex obiectis/
quia habent obiecta genere distincta. hoc autez est
falsum/ quia sunt in predicamento qualitatis/ et ta
mē obiecta differūt genere generalissimo. Itē noti
cia intuitiua ⁊ abstractiua de eadem re distingunt̄
specie/ quia ꝑ vnā cognoscitur ā res sit ⁊ nō per aliā
⁊ tamē sunt de eodē obiecto. Sed istud videtur esse
contra phm̄ vt dictū est in secundo de anima/ q2 po
tentie distinguntur ꝑ actus ⁊ actus per obiecta sed
sicut dictū est actus non distingunt̄ nisi per obiecta
formalia ⁊ aliquando videntur distingui ex diuersi
tate subiecti. Sz ceteris paribus semper verū est ꝙ
distincta obiecta hn̄t distinctos actus ⁊ econuerso.
¶ Ad tertiū dicit. s. t. de ve. q. xv. ar. ij. ad quartuz.
ꝙ res eterne ⁊ temporales sunt diuerse in genere na
ture. Non autem ꝙ̄tum ad rationē cognoscibilis.
Et notandum ꝙ S. T. ibidem ad tertiū concedit ꝙ
scientiferū ⁊ rōcinatiuū sunt diuerse potentie. Sed
forte ratiocinatiuū capitur ꝑ potentia cogitatiua.
¶ Ad quartū dicit Sanc. Tho. ibidē ad decimū ꝙ
peccare non est ratione sed in voluntate. Nec est in-
conueniens ꝙ potentie secundū vnā comparationē
aliquid conueniat quod non conuenit sibi secundū
aliam rationem. Sed primum videtur dubiū. quia
San. Tho. de malo. q. ij. ar. iij. concedit ꝙ quedam
peccata sunt in quibus exteriores actus sunt secun
dū se mali videtur. ergo ꝙ in actu exteriori sit aliq
malicia moralis extrinseca prius ꝙ̄ in actu volunta
tis ſm ꝙ ille actus exterior est in apprehensione in
tellectus vide ibidem. ad octauū videt̄ enim ꝙ prius
in intellectu sit aliqua malicia ꝙ̄ in voluntate.
¶ Ad quintū dicit Sā. Tho. de veri. q. xv. ar. ij. ad
septimum ꝙ aliqua etiam potentia sensitiua habet
plura officia. s. sensus communis vel fantasia.
¶ Ad sextum dicitur ꝙ ratio superior mouet infe-
riorē sicut scientia subalt̄nata mouet̄ a subalt̄nāte.
¶ Ad septimū dicit̄ ꝙ nō est idē loq de intellectu ⁊
de scia speculatiua ⁊ ita argumēta nihil cōcludūt.
¶ Ad octauū pz satis ex supra dictis qđ sit dicēdū
¶ Ad nonū. Quidā prudentiā distingūt a scientia
morali. q2 prudentia est cōnexa ꝟtutibus. Nō autē
scia moralis. ꝙ̄ distingunt̄. Quidā dicūt ꝙ scia mo
ralis dictat speculatiue de agibilibꝰ sed hoc est fal
sum ꝙ est scientia practica vide San. Tho. in q. de
virtutibus. ar. vj. ad primū. Quidam dicunt ꝙ pru
dentia habet actum imperatiuum non autem scien
tia moralis vel scientia moralis nullomodo est de
singularibus sicut prudentia que est vniuersalium/
⁊ deinde singularium.

AD secundū sic proceditur videtur ꝙ fan
tasia non sit principiū motus quia vnius
effectus nō sunt plura pricipia sed potē-
tia motiua est pricipiū motus. ꝙ̄ nō ipsa
fantasia. Sed contra est magister philo.
¶ Respondeo dicendū ꝙ antiqui diuiserunt aiam
per rationatiuā cōcupiscibilē ⁊ irascibilem. alij ve
ro per rationalez ⁊ irrationalem/ sed hec reprobat
phi. q2 omittūt vegetatiuā ⁊ sensitiuā. si aūt irratio
nale capiatur negatiue tunc nō potest dicere genus

potentiarum. Tunc dicitur suppositis his ꝙ dicta sunt ꝙ potentia vegetatiua nō est principiū motus ꝓgressiui nec sensus nec intellectus speculatiuus. Duo prima patent q: tunc plante mouerentur motu ꝓgressiuo ꝛ omnia aīalia quod est falsum quia natura nō dedit oībus instrumenta ꝛ organa. Nec tertium. q: intellectus speculatiuus nō est de agibilibus nec de prosequendis aut fugiendis. ergo non est principiū motus ꝓgressiui quia talis est in prosequendo vel in fugiendo. Secundo dr ꝙ duo sunt principia mouentia in animalibus. s. intellectus practicus ꝛ appetitus cōprehendēdo fantasiā sub intellectu q: principiū motus ꝓgressiui pricipiat motū mōstrādo appetibile vel inclinādo in ipm si ꝑmū hoc est dupliciter ut vel discernit motū per rectā rationē preeligēdo melius ꝛ dimittendo peius ꝛ sic est intellectus aut per solā estimationē naturalē ꝛ sic est estimatiua vel fantasia que simulatur itellectui in hoc ꝙ cognoscit absentis ꝯ secundum sic est appetitus. Tertio dicitur ꝙ licet sint plura mouentia in subiecto tamē est vnū tantū secundū formā prima pars patet ex secūdo de cto Secunda patet, quia appetitus non mouet nisi inquantum habet formā appetibilis que se habet tanꝗ finis ꝛ idē appetibile est pricipiū intellectus practici in suo discursu nā sicut se habet pricipiū in speculabilibus sic finis in agibilibus. Intellectus enim practicus primo intēdit vltimum finem a quo incipit rōcinari faciendo discursum vsqꝫ ad principiuꝫ operationis. vnde vltimum in opere est principium in ratione vt patet in medio qui primo intēdit sanitatem. Deinde herbas secundo locum vbi possit reperire tertio tre ad illum locum ꝛ hoc est primuꝫ in executione. Ex hijs patet ꝙ ad motū tria requiruntur. s. primum motiuum ꝛ organum primi motiui/ et illud quod mouetur. Primum motiuum est duplex Quodaꝫ enim est imobile quod est appetibile intellectui vel ymaginationi. Aliud est ꝙ mouetur ꝛ mouet sicut appetitus motus ab appetibili qui mouet animal quod se habet tanꝗ id quod mouetur. Sed organum primi motiui est determinata pars corporis. sicut potentia sensitiua vnde motus animalium est causatus ex pulsu ꝛ tractu. Quo ad pulsum, est principium motus ꝛ quo ad tractum est finis.

¶ Preterea Notādum ad sciendum an fantasia sit principiū motus in animalibus imperfectis de quo tractat phūs in fine tertij de anima ꝙ duplex ē fantasia. Quedam est determinata que determinate apprehendit hoc vel illud. In hoc tempore vel in illo ꝛ hec reperitur in animalibus perfectis que naturaliter habent omnes sensus. Et hec habet determinatum organum in cerebro scilicet ī anteriori parte cerebri. vt dicit. S. T. i scdo di. xx. q. ij. ar. ij. sicut estimatiua que silogistica appellatur in hoībus ponitur in media parte cerebri. In bestijs autem in posterio parte medie partis cerebri vt dicit. san. th. opus. xliij. ar. iiij. Alia ē fantasia indeterminata q̃ nichil apprehendit nisi in p̄sentia sensibilia nec ymaginatur aliquid distans sed p̄ns si sit nociuū vel vtile ꝛ sic retrahit se vel cōuertitur super illō vnde si quis cōtra tale animal leuet baculum non fugit nisi pungatur/ nec mouetur additās. Preterea notandū ꝙ appetitus est causa motus vnde animal mouetur ad aliqd p̄ qꝫto appetit ipsum vnde animalia mouētur ꝑ fantasiam ꝑ appetitum et eomodo quo habent fantasiā ita hn̄t motū vn̄ q̃ hn̄t fantasiā indeꝰminatā habent motū imꝑfectū scilicet dilatationis vl' restrictionis. Alia aūt animalia perfecta habēt motū ꝓgressiuum sed quid ē animal imꝑfectū est quod nō habet motū processiuū. Quibusdā videtur ꝙ in animalibꝰ imꝑfectis fantasia sit idem ꝙ tactus sed hoc nō est verum quia non habent idem obiectum. Sed queritur an puer existens in vtero matris habet motum ꝓgressiuū videtur ꝙ sic q: albertus dicit in libro de animalibus ꝙ puer stat ꝛ ꝙ habet facieꝫ versus dorsum sed exiturus vertit se ꝛ aliquando iuuat seipm si fortis sit ad exitum. Infestat etiam matrem cum est in vtero pro nunc sufficit scire quid est motus ꝓgressiuus quē doctiloquus ille albertus in libro de homine vocat ꝓcessiuum vnde dicit ꝙ est motus organicus compositus ex pulsu ꝛ tractu sicut quando homo ambulat tunc vno pede fixo mouet aliū. Preterea Notantū ꝙ in hoīe rō deliberatiua est principium motus: vnde propositis duobus bonis secundum deliberationem intellectus voluntas ꝓsequitur alterum illoꝝ sed aliquādo deliberatio intellectus impeditur per sensualitatē. ꝛ ꝓpter passionē incōtinens non sequitur illud quod alias sciebat esse ꝓsequendum. Sed hic sunt duo dubia. Primo an intellectus moueat effectiue inferiores potentias. Secūdo an ꝓpositis duobus bonis omni alio impedimēto secluso voluntas possit eligere minus bonū. Ad primum videtur Capreolo ꝙ intellectus nō mouet voluntatē effectiue siue ad exercitiū actus. id est effectiue sed magis per modum finis. vnde scdo phi. dixit ꝙ finis mouet vt est in intētione que pertinet ad intellectū; vt patet in. s. t. j. di. j. licet. xij. pertinere dicitur ad voluntatem. Alij autem tenent oppositum quia. S. T. j. parte. q. lxxx. ar. ij. dicit ꝙ potentia appetitiua est potentia passiua. Ex q̄stl. lxxxij. ar. iiij. ad tertium dicit ꝙ voluntas mouetur ab intellectu et non per accidens. ergo per se. ergo influit in ipsam voluntatē. Sed hic diceretur ꝙ voluntas mouetur ab intellectu per modū finis. s. t. de ve. q. xxij. ar. xij. exp̄sse dicit ꝙ nō mouetur effectiue ꝛ ad scdm. Sed dices san. tho. q. lxxxij. ar. iij. ad scdm dicit ꝙ intellectus se habet vt actiuū. Itē voluntas se sola nō potest mouere seipsam / quia tunc idem esset in actu et in potētia vt dicitur octauo phisicorum. ergo oportet intellectum concurrere effectiue. Unde pria parte. q. lxxx. arti. ij. distinguit voluntatem ab appetitu sensitiuo quia habet aliud principium actiuum qd non est nisi intellectus idē. q. lxxxij. articulo tertij. Itē san. th. j. ij. q. xvij. ar. j. dicit ꝙ ratio mouet voluntatem per imperium ad exercitium actus.

¶ Item dictamen practicum plenum necessitat voluntatem. ergo mouet eam aliquomodo effectiue vt dicit Sanctus Thomas in questione de virtutibꝰ. articulo. xij. ad. xvj. nō enim differret intellectꝰ practicus a speculatiuo nec intellectus practicus esset causa operationis nisi esset causa volitionis.

¶ Itē impossibile est actum volūtatis esse nisi presupposito actu intellectus, naturaliter simꝉ/ ergo actus intellectus est causa effectiua actus volūtatis. si negas consequentiam. Tunc eadem ratione dico ꝙ nihil est causa effectiua alterius. Item oportet ꝙ in mente sit ymago trinitatis ex hoc ꝙ sicut spūssanctus est a patre ꝛ filio, ita actu voluntatis est ab intellectu scilicet effectiue. Alias voluntas q̄ꝫtum est ex se posset velle incognitum. Item volitiones distinguuntur per obiecta formalia que sunt in intellectu. ergo actus voluntatis effectiue dependet ab actu intellectus. Et licet hec argumenta habeant apparentiam. Tamen quidam dicunt ꝙ actus intellectus solum est causa effectiua vel finalis actus

voluntatis. Quantum ad secũdum videtur burida no et multis ꝙ stante inspiratiõe de maiori bono voluntas non potest velle minus meritorie / quia non potest bene nolle malus / quia ad bene agendum requiritur spirituale auxilium modo deus nõ dat spirituale auxilium ad volendum contra inspirationẽ de maiori bono / sed Contra tunc stante inspiratione de ingressu religiõis. omni alio bono secluso sortes non posset licite nolle intrare religionem / sed hoc est falsum. quia non tenetur velle intrare religionem. ergo potest licite nolle intrare religionem. Forte dicis ꝙ non sequitur quia aliquando possum non diligere deum. et tamẽ non possum nolle diligere deum. Sed contra nichil est malum nisi quia priuat bono debito inesse. Forte dicis ꝙ hoc est falsum quia peccatum veniale aliquando est malum. et tamen non priuat homo debito inesse pro tunc. Sed istud est contra diffinitionem mali. Item videtur ꝙ veniale priuat bonum debituꝫ. quia est contra iudicium diuinum quo deus iudicat recte ꝙ non est venialiter peccandum. Sed contra per Sanc. Tho. veniale non est contra preceptum. ergo non est contra iudicium diuinum.

¶ Circa finez huius libri querit phũs an necesse sit omne animal habere sensum.

¶ Dicendum primo ꝙ necesse est omne animatum quod diu viuit habere potentiã nutritiuam vnde animal per nutrimentum augetur donec veniat ad tempus status. & tunc post aliquod tempus incipit minui.

¶ Secundo dicitur ꝙ non omne viuens habet sensum. Plante enim propter nimiã terrestrietatez nõ possunt recipere sensibilia nisi materialiter.

¶ Tertio dr̃ ꝙ omne animal habet aliquem sensum quia aliquomodo mouetur ad conueniẽs. ergo opꝫ ꝙ cognoscat ipsum. Nec ad hoc sufficit intellectus quia ipse indiget ministerio sensus. Si queratur an sint aliqua alia animalia immortalia videtur ꝙ sic secundũ platonicos vnde apuleius platonic⁹ dicit ꝙ demones sunt animalia aerea rationalia & tempore eterna sed secũdũ veritatẽ ista non sunt ponẽda.

¶ Quarto dicitur ꝙ necesse est omne animal habere tactum: quia corpus animalis consistit in quadã proportione qualitatum primarum. Ne ergo ista ꝓportio corrumpatur a qualitatib⁹ tangibilibus excellentibus oportuit animal habere tactum gustus autem est quidam tactus. Ex hijs patet ꝙ corp⁹ animalis nõ est simplex vnde Sanc. Tho. in quarto di. xliiij. q. iij. ar. j. q. iij. ad secũdũ dicit ꝗ scdm phm̃ in libro de ꝓprietatibus elemẽtoꝝ nullũ animal in igne viuere põt. galienus ẽt in libro de simplici medicina dicit omne corpus ab igne tandem cõsumi. Si dicatur salmandra viuit in igne ergo habet corpus simplex dicitur. ꝙ non diu perseuerat in igne. Si queratur ex quo capilli sunt animati an habeãt sensum tactus. Dicendũ ꝙ non quia ipsis superhabundat terra licet in eis sit anima rationalis & ita dicit̃ de ossibus. S. T. in. iiij. di. xliiij. q. j. ar. ij. q. iij. ad tertiuꝫ. Contra tunc extrahendo capillum extraheret̃ anima vel ipsum diuidẽdo homo lederetur & capilli morerentur homine moriẽte. De hijs dictum est ostendẽdo animam esse in toto & in qualibet parte.

¶ Quinto dicitur ꝙ visus auditus olfactus et gustus vt est distinctiuus saporum non sunt necessarij omnibus animalibus sed sunt propter bene esse vnde homo cecus adhuc viuit. Si queratur an cuilibꝫ sensui respõdet suus appetitus tenet Scotus ĩ tertio ꝙ sic sed hoc nõ approbo cum tãtum sint duo appetitus sensitiui in quorum primo. s. concupiscibili est dolor & tristicia que non causantur nisi ex aliquo actu appetitus precedente cuius oppositum ipse tenet alibi quia videtur ꝙ ĩ martyribus sit dolor licet velint mori. Contra tũc omnis viciosus tristaretur quia naturaliter non vult vicium bene tamen dicit ꝙ tristicia non est nolitio. Cõtra Grego. alias beati tristarentur. Contra hec arguitur si appetit⁹ esset principium motus progressiui sequeretur ꝙ homo semper moueretur secundum suum appetituꝫ quod est falsum quia ĩfirmus appetit aquam frigidam tamen abstinet quia per rationem scit ꝙ nocebit sibi.

¶ Item omne animal habet appetitum & tamẽ multa animalia sunt immobilia vt conche & ostree homo etiam fessus non mouetur secũdum appetitum.

¶ Secundo arguitur ꝙ nullomodo est fantasia in animalibus imperfectis quia tunc in cauda serpentis esset fantasia et sensus communis & non tantum sensus tactus.

¶ Tertio multi habent intellectum & appetitũ qui tamen non possunt se mouere quia carent per infirmitatem vsu membrorum.

¶ Item nulla sit hic mentio de potentia motiua nisi dicatur ꝙ est intellectus dicit Sanctus Thomas questione de anima articulo. xiij. ad decimũtertiũ. ꝙ intellectus & appetitus imperãt motum sed potentia motiua distincta exequitur.

¶ Contra videtur ꝙ motus sit ab appetitu elicitiue & non imperatiue tãtum quoniam aliter est motus ab eo & alie operatiões alias frustra specialiter sibi attribueretur.

¶ Quarto arguitur ꝙ intellectus practicus nõ est principium motus. quia somipniantes aliquãdo surgunt & ambulant & tamen non habent actum intellectus similiter nec frenetici & stulti.

¶ Item philosophus prius dixit ꝙ opinio & fantasia differunt quia cum opinamur aliquid esse nociuũ fugimus non autem quando fantasiamur ergo fantasia non est principium motus.

¶ Quinto quero quod est principale organum potentie motiue. Nõ cor quia dictũ est septimo phisic. animal posse moueri sine corde. Nec potest dari aliqua alia pars que sit subiectũ potentie motiue. nec potest dici ꝙ totus homo sit subiectum potẽtie motiue quia totus homo non est organum.

¶ Sexto arguitur ꝙ non in oĩ animali sit tactus quia plante nutriunt se & tamen non indigent tactu. Nec etiam gustu. vnde quedam animalia non habent linguam. Item gustus & tactus distinguntur. ergo vnũ potest reperiri sine altero.

¶ Ad primũ dicitur ꝙ solus appetitus nõ sufficit mouere quando impeditur ꝑ rationem. Ad aliud ꝙ talia animalia habent saltem motum dilatatiõis & constructionis dubitant quidam an in angelo potẽtia motiua distinguatur ab appetitu & similiter in anima separata que non potest aliud a se mouere licet se moueat. san. tho. j. parte. q. vide Capreo.

¶ Ad secundum dicitur ꝙ in qualibet parte est fantasia indeterminata. Quidam dicunt hanc fantasiã esse ipsum tactum.

¶ Ad tertiũ dicitur ꝙ in animali perfecto. est quedam potentia motiua realiter distĩcta ab appetitu & intellectu. & ista potest impediri per dispositionem organorum.

¶ Ad quartum dicitur ꝙ mouentur a fantasia. quidam dicunt sompniantes habere actum intellectus quia habent actum voluntatis. Dicit enĩ Sã. tho.

in quarto di.lx.q.j.ar.iiij.q.j.ad tertiū ꝙ homo dormiens habet aliquem vsum rationis et ad quartum dicit ꝙ in eo est quidē consensus voluntatis.s.q nec est meritoriꝰ nec demeritoriꝰ et idem habetur in q̄stionibus de veri.q.xxviij.ar.iij.ad sextū ⁊ ꝓbatur q̄ intellectus īmediate sufficiēter mouetur a fantasia. Sed sompnians habet actum fantasie. Sed ex hoc videtur etiā ꝙ stultus haberet actum intellectꝰ quia habet actum fantasie alias non moueref. Fantasma autem virtute intellectus agentis sufficit agere in intellectum possibilem. Sed contra. tūc stultus haberet vsum rationis quia omnis actus intellectus est vsus rationis. Item tunc stultus posset habere actum voluntatis odiendi deum et sic odiū dei non esset intrinsece malum. Item tunc volūtas posset necessitari ad odiendum deum quia ī tali stulto non est vsus liberi arbitrij. Ad aliud dicif ꝙ fantasia per solam simplicem apprehensionem non est sufficiens causa motus.

¶ Ad quintum videtur ꝙ cor vel aliquid tenens locum eius sit principale organum Sanctꝰ Thomas de spiritua.ar.tertio ad quartum et opus.xliij.v.

¶ Ad sextum dicitur ꝙ plante ꝓpter terreistatem non ita faciliter corrumpuntur sicut animalia nec habent q̄rere alimētū q̄ habēt terrā sibi cōiunctam. Sed hic q̄rif a quo fit motus cordis quem quilibet experitur ī seipso q̄diu viuit an sit a fantasia vel appetitu vel iimmediate ab anima et hoc nō quia anima nichil mouet nisi mediātē corde ⁊ nō loquor de motu nutritionis q̄ est ab aīa ⁊ non a generante. Respondent quidam ꝙ est ab intelligentia. sed contra talis motus est naturalis animali ergo est ab intrinseco. Alij dicunt ꝙ est a calore qui per spiritum generatus mouet cor. Contra motus cordis est principalior in anima q̄ alteratio scdm calorem ergo non causatur ab ea sed ecōuerso sicut motus celi est causa alteratiōis ⁊ non econuerso ideo respondet san. tho. opusculo.xxxi. ꝙ generās dans formā est causa motus. sic igitur animal inq̄tum habet talez formā que est animal nichil prohibet habere aliquē motū naturalē cordis ab eo qui dat formam. Si dicatur motus cordis est ad contrarias partes ergo non est naturalis nec violentus quia alias eo ablato non esset necesse animal mori. Dicendum ꝙ motus cordis non est sibi naturalis inq̄tum est graue vel leue sed est motus aliqualiter circularis accedens ad motū celi licet autem motus cordis non sit totaliter a fātasia tamen potest per timorem vel affectiones variari nec illa variatio semper est volūtaria sicut nec motus aliquorum membrorum qui nō est totaliter in potestate nostra.s.t.xij.q.xvij.ar.ix.tertium.

Ad tertium sic ꝓceditur videtur ꝙ voluntas nō sit liberior intellectu quia intellectus est nobilior volūtate ergo est magis liber. Sz contra in voluntate est bonum vel malū ergo voluntas est ꝑmo libera. Respondeo dicēdū ſm.s.t.j.pte.q.lxxxiij. ꝙ ī ceteris aīalibus non est libertas sed naturali instinctu mouētur ad aliquod bonum particulare sed volūtas homīs respicit bonū vniuersale ideo ⁊ potest velle vnū illorū contentorum sub bono vniuersali relicto altero et ideo volūtas est libera vnde liberū arbitrium est ipsa potentia voluntatis tamē aliquo modo iportat ipsū intellectū ⁊ ideo radix eꝰ aliquo modo est ab intellectu ostendente sibi bonum vniuersale. iportat etiā arbitriū aliquid ꝑtinens ad intellectū ⁊ ideo dz facultas volūtatis ⁊ rōnis vt dicit San. to. de veri.q.xxiiij.ar.vi. Si querat an oīs actus volūtatis sit actꝰ liberi arbitrij. dicit.s.t. ibidem ar.iij. ꝙ propriū liberi arbitrij ē electio vnū velle bene esse seu velle beatitudinē quadā naturali volitione non est actꝰ liberi arbitrij quia nō seq̄tur deliberationē. Sz circa hec. Dubitaf. An volūtas sit altior potētia q̄ intellectus. Multis videf ꝙ sit absolute nobilior ⁊ pfectior ⁊ melior. vide.s.t.j.parte q.v.ar.primo. Ad primū dicit ꝙ aliud est esse simpliciter ens et simpliciter bonum vnde homo dicitur simpliciter bonus secundum vltimum actū ⁊ secundum voluntatem ergo voluntas est simpliciter melior intellectu. Item obiectum intellectus est essentia sed obiectum voluntatis est bonuz quod formaliter est ipsum esse existentie. Forte negas quia occidens se vult bonum tñ non vult esse existentie vide san.t. de veri.q.xxij.arti.xj. Item dubium ē an existentia sit perfectior essentia vel ente. Sed dicenduz ſm san. tho.j.parte.lxxxij. ꝙ intellectus est simpliciter nobilior voluntate quia obiectum eius ē simplicius q̄ obiectum voluntatis quia nichil ī̄cludit q̄to autem aliquid est simplicius tanto est nobilius. Sed nobilitas potentiarum est ex obiecto igitur. Sed contra secundum hoc aqua esset nobilior vino quia est magis simplex. Dicendum ꝙ nos argumentamur de simplicibus abstraetis in quibus q̄to aliquid est magis abstractum tanto est nobiliꝰ. Et notandum ꝙ pro statu huius vite actus volūtatis circa deum sunt nobiliores quia per ipsos inclinamur in ipsum deum vt in se est sed intellectus fertur in ipsum in enigmate. sed in patria actus intellecꝰ erit nobilior. Quidam dicunt ꝙ etiam nunc actus intellectus quo ad esse nature est nobilior sed nō quo ad esse meriti. Ex his patet quare philo. posuit felicitatem in actu intellectus. Secundo. Dubitaf vtrū voluntas moueat intellectum nichil enim videtur mouere intellectum possibilem nisi fantasmata vel intellectus agens. Respondet Sanctus Thomas arti.iij. ꝙ effectiue voluntas mouet omnes potentias quia obiectum eius est bonum vniuersale. Alie autem potentie comparantur ad aliquod bonum proprium sibi conueniens. vnde bonum intellectus est cognoscere verum et visus cognoscere colorem. Si dicatur actus intellectus precedit actum voluntatis et intellectus mouet voluntatem sed hoc est per modum finis vide Sanctuz Thomaz de veri.q.xxij.ar.xij. Tertio dubitaf an voluntas sit actiua respectu suorum actuum primorū. Quibusdā videtur et ari. in libro de fortuna ꝙ sic neq̄ deus est causa primi actus voluntatis se solo vnde San. Tho.xij.q.ix.ar.iiij. dicit ꝙ oportet volitiones reducere ad volitionem finis. ⁊ nō procedatur in infinitum. et ideo videf ꝙ sit deuenire ad aliquem actū voluntatis qui inest sibi ab extrinseco q̄ nuda potentia non potest mouere seipsam. vnde quidam dixerunt ꝙ in voluntate est quedaz dispositio anteq̄ velit: alias idem esset actiuum et passiuuz totale respectu eiusdem. Sed contra voluntas de se ē libera. Quidam dicunt ꝙ verum est tamen indiget aliquo determinante. Et si queratur quod est istud determinans voluntatem dicunt ꝙ est obiectum ꝓducens actum voluntatis. per quem determinat voluntatem. Sed contra stantibus equalibꝰ obiectis voluntas potest velle vnum relicto altero. Alij dicunt ꝙ voluntas determinat seipsam ⁊ per seipsam producit suos actus. et per hoc differt ab intellectu possibi qui nichil potest intelligere nisi prius infor=

metur specie. Sed contra secundum aristotelē. viij. phisi. agens voluntarium non potest agere vno tempore et non alio nisi moueatur ab aliquo extrinseco ꝙ autem loquatur de agente voluntario patet quia alias nichil esset ad suum propositum scilicet ad probandum eternitatem motus qui dependet a primo motore ideo alij dicunt ꝙ voluntas determinatur per intellectum practicum. quia naturaliter vult finem et tunc per intellectum inquirit de medijs et sic per conciliū quod est in intellectu determinatur voluntas. Sed contra voluntas potest velle contra iudicium rationis ergo non semper per ipsum determinatur ad vnum. Sed de hijs magis patebit in argumentis videtur autem pro nunc ꝙ primus actus voluntatis sit effectiue a voluntate quia alias non esset actus voluntatis. Item aliquādo primus act⁹ voluntatis est malus videndo mulierē vnus homo potest peccare in primo instāti in quo habet vsum rationis similiter donanti. Item primus actus volūtatis quoad exercitium est ī nostra potestate cū sit dilectio dei seu velle beatitudinē ideo quidā dicūt ꝙ in ista voluntate duo sunt consideranda. s. cōmunis ratio beatitudinis. et sic velle eam non ē meritorium. Aliud est illud in quo inuenitur talis ratio et sic appetitus beatitudinis est rectus vide. s. t. i. iij. di. iiij. ix. q. j. ar. iij. q. iij. Itē prim⁹ act⁹ voluntatis est actus elicitus a volūtate ergo non causatur a solo deo. vide. s. t. de ve. q. xxij. ar. v. Quarto dubitatur an obiectum causet effectiue actum voluntatis. Videtur ꝙ non quia aliquando obiectum volitum nō est in rerum natura et aliqñ est ens ratiōis. ergo nō producit effectiue actum voluntatis. Item aliquādo velleitas est de quibusdam impossibilibus sed licet obiectum secundum se non causet actum voluntatis tamen dubium est an per actum intellectus efficiat actum voluntatis et inter thomistas videtur vtrunqȝ esse probabile. Nūqȝ enī apprehensio dicit̄ esse causa voluptatis et ideo nō ē causa per accidēs quia nullus effectus depēdet in omnem euentū a sua causa per accidens. Sed semper actus volūtatis depēdet ab actu intellectus a quo dirigit̄. ergo actus intellectus causat effectiue actum volūtatis. Sed cōtra secundum Sā. T. j. pte. q. lxxxij. ar. iiij. volūtas mouet intellectū effectiue ītellectus aūt mouet voluntatem per modum finis. Dicenduz ꝙ quo ad primum actum intellectus voluntas non mouet intellectum effectiue. Ex predictis satis patet responsio ad quesitum. s. ꝙ voluntas est liberior intellectu licet intellectu sit nobilior. Si queratur quis est primus actus liber. Pro quo notandū ex. xij. ꝙ i actibus nostris est talis ordo apprehensio finis volicio eius intentio consiliū iudiciū consensus de medijs electio impertum vsus videtur ꝙ electio scdm san. tho. Sit p̄m⁹ act⁹ liber sȝ cōtra cōsens⁹ ē liber imo prima app̄hēsio quia vñ ꝓuenit ꝙ habens multas species poti⁹ vtit̄ vna q̄ʒ alia nisi a volūtate et similiter ꝙ nunc cogito de fornicatione consilium etiam est liberū et. s. e. de veri. q. xxiiij. ar. j. xx. de fine habemus liberam voluntatē. Contra. xij. q. xvij. ar. viij. Contra hec arguitur primo ꝙ intellectus et voluntas sunt eadem potentia quia habent idem obiectū sub eadem ratione formali quia voluntas vult bonum sub ratione boni. Ista aūt rō boni est in intellectu. Item intellectus cognoscit deum. et voluntas sub eadem ratione diligit eum. Forte dicis ꝙ volūtas non diliget eum sub ratione veritatis sed sub ratione boni. quia bonum est obiectum eius. Contra cōmuniter dicitur ꝙ nos non possumus odire deū et sic ergo necessario diligimus ipsum. Secundo act⁹ voluntatis est cognitio ergo voluntas est itellect⁹ Antecedens patet quia tam immaterialis est actus voluntatis sicut actus intellectus. et amor est similitudo rei ergo amor est cognitio. Item intellectus ē quidam appetitus. quia intellectus naturaliter appetit scire et intelligere. Tertio arguitur ꝙ voluntas sit nobilior. simpliciter intellectu. quia termin⁹ eius est nobilior quia est ad rem. Intellectus autē semper est ad speciem rei quia nichil intelligitur nisi vt habet esse in intellectu per speciē. Species autem non est tam perfecta res sicut substantia que est obiectum. Item optimus habitus voluntatis ē nobilior optimo habitu intellectus vt patet de caritate. Quarto actus voluntatis est peior pessimo actu intellectus ergo optimus actus voluntatis est melior optimo actu intellectus. Antecedens patet quia nichil est peius odio dei. Item ratio semper optima deprecatur. sed illud quod est nobilius non debet alia deprecari ergo intellectus non est nobilior Quinto. Nobilius est mouere q̄ʒ moueri sed voluntas mouet omnes potentias. et per eam sumus domini nostrorum actuum. vnde vocatur regina intellectus autem non est nisi conciliarius ergo non est nobilior. Item voluntas imperat intellectui. vt patet quando volo vaccare contemplationi. Item intellectus aliquando cogitur non autem voluntas. Primum patet ex quarto metha. Item posteriora generatione sunt perfectiora. sed voluntas est posterior intellectu. ergo est nobilior et eodemmodo arguatur de actibus istarum potentiarum. Sexto arguitur. actus voluntatis magis placet deo ergo est melior. Antecedens patet quia per ipsum meremur vitam eternam. et per ipsum vetula magis placet deo q̄ʒ magnus clericus per suos actus intellectus. Item obiectum voluntatis est melius quia obiectū eius est essentialiter et intrinsece bonum sub ratione formali sub qua obijcitur ipsi voluntati. Septimo arguitur ꝙ voluntas non sit liberior intellectu. quia in intellectu est felicitas ergo itellectus ē gratia sui. ergo est liberior voluntate. Item precipiens est liberior subdito. sed intellectus precipit et ordinat quid faciendum et quid fugiendum. Item intellectus ligat alias potentias. vnde Sanctus Thomas dicit legem esse in intellectu.

¶ Octauo arguitur ad idem Seneca dicit ꝙ libertas non consistit in bonis exterioribus scilicet maxime in bonis animi que maxime sunt in intellectu. et tullius dicit in paradoxis omnes sapientes liberos esse sed per intellectum sumus maxime liberi quia per eum non sumus serui ergo per eum sumus liberi ergo intellectus est quedam libertas. Et primo politice dicitur ꝙ intellectus principat̄ appetitui politico principatu et regali. ergo est liber. Sȝ dices ꝙ intellectus est liber sed non est liberior voluntate Contra in alio articulo dicetur ꝙ plenum dictamē necessitat voluntatem ergo voluntas in aliquibus potest necessitari ab intellectu. ergo intellectus est liberior. Item secundum aristotelem in secundo periarme. intellectus est potentia rationalis scilicet per essentiam. Non autem voluntas. que est rationalis per participationem ergo ex se valet ad opposita nono methaphisi.

¶ Nono arguitur ad idem obiectū intellectus est vniuersale. ergo eque bene intellectus est liber sicut voluntas. Item intellectus habet in sua potestate

aliquos actus. secluso actu voluntatis. Si enim ad omnem actum intellectus requireretur actus voluntatis. tunc in studio speculatiuo semper acquireretur aliquis habitus in voluntate. Item notum est ꝙ voluntas non precepit intellectui ꝙ sic vel sic discurrat alias voluntas impediret processum speculationis si non impediret intellectum libere discurrere. Patet etiam ꝙ studendo multos habemus actus intellectus sine actu voluntatis et ad tales actus intellectus non absolute necessitatur.

¶ Decimo queritur a quo determinatur voluntas propositionis duobus bonis si ab intellectu queritur an ille actus intellectus sit liber vel non si secundum sequitur ꝙ ante primum actum liberum voluntatis est aliquis actus liber in intellectu. f concluū. Forte dicis ꝙ voluntas determinat seipsam ad eligendum vnum relicto altero ceteris paribus. Contra Sanctus Thomas de veri. q. viij. arti. xij. post commentatorem dicit. in secundo phi. ꝙ q̄diu aliquid est contingens equale impossibile est vt nō eueniat ergo propositis duobus bonis equalibus voluntas non potest se determinare ad alterum eorum quia nō ē maior rō de vno q̄ de alio et p hoc probat phs. .iiij. phisi. ꝙ nullum mobile mouetur in vacuo. Itē nullū indeterminatum potest determinare sed voluntas de se est indeterminata. Item vel determinat se per actum voluntatis vel se sola non secundum quia sic est indifferens nec primum quia iterum queritur de illo actu voluntatis per quid determinatur ad ipsum et sic queritur de alijs actibus quare est ꝙ potius vnus fluit a voluntate q̄ alius si sola volūtas sit totalis causa.

¶ Undecimo ad idem si voluntas se sola potest velle et non velle ceteris eodem modo stantibus ponatur ergo in esse et sequitur ꝙ voluntas vult et non vult vt patet ponendo aliam in esse.

¶ Duodecimo arguitur ꝙ voluntas non producit in seipsa actum suum quia tunc idem esset in actu et in potentia quia vnum quodq̄ agit vt est in actu patitur autem vt est in potentia. Item tunc idem esset nobilius se quia idem est mouens et motum. mouens autem est nobilius. Item secun. phisicorū materia et efficiēs nō coīcidūt. Forte dicis ꝙ volūtas se sola non est causa sed voluntas cum volitione finis. est causa volitionis mediorum. Sed tunc queritur de ista volitione finis que est a voluntate cuius sit operatio eius naturalis. Item est actio imanens ergo est a principio intrinseco. Item aliquando quis vult media qui tunc actu nullam habet volitiōe de fine. Forte dicis ꝙ voluntas est tantum causa passiua volitionum. Contra tunc actus malus non esset in nostra potestate. quia non est in nostra potestate. pati ab actiuo presente. Item bene sequitur actus voluntatis est in nostra potestate ergo causatur a nobis quia elicitur a nobis. Forte dicis ꝙ non inconuenit ꝙ ipsa volūtas primo et per se reducat seipsam de potentia ad actum. quia aqua calida frigefacit se. et animatum nutrit se et graue mouet se deorsum quia mouet alia deorsum ergo mouet seipsum deorsum. et hec est causa quare graue velocius mouetur in fine q̄ in principio. Contra potentia actiua est principium transmutandi aliud sed nichil est aliud a seipso. Forte dicis ꝙ ly aliud ibi reduplicat non aliam rem sed aliam rationem formalem et ideo quando aliquid agit in seipsum tunc est in actu virtuali. sed patitur vt est in potentia ad actum formalem. Sed contra diuersitas accidentalis non facit aliud. ergo p hunc modum non sufficiēter saluatur diffinitio potentie actiue. Item bene sequitur hoc agit ergo est in potētia actiua quia est formaliter agēs. Et bene sequitur hoc est in potentia passiua formali si formaliter est recipiens ergo aliquid est in potentia actiua et in potentia passiua respectu eiusdem et eodem modo. Item tunc eiusdem ad seipsum esset relatio realis scilicet mouentis et proportionis quia mouentis ad mobile est proportio inequalitatis maioris vel proportio equalitatis quod addit Sanctus thomas prima parte. q. cv. ar. iiij. Item tunc in eodem essent opposite relationes scilicet mouentis et moti. Forte dicis ꝙ non opponuntur. Contra tūc aristo. in octauo phi. non posset sufficienter probare ꝙ omne quod mouetur ab alio mouetur. Item relatio mouentis et moti opponuntur relatiue sed in omni oppositione includitur contradictio alias dicā ꝙ idē est album et nigrum.

¶ Tertiodecimo vel voluntas se sola est causa effectiua sue volitionis vel simul cum noticia. Si secundum sequitur ꝙ voluntas posset velle sine cognitione vnde philosophus dicit in secundo de anima. ꝙ si sensus esset actiuus tunc semper sentiret ergo si voluntas se sola est actiua sequitur ꝙ semper vult. Itē vel datur maximus actus quem voluntas potest producere sicut datur maximum lumen quod sol potest producere vel non. Si secundum sequitur ꝙ voluntas est infinite actiuitatis. Si primum. Contra voluntas habendo illum actum excedit suam resistentiam ergo potest habere actum maiorem. Item tūc viator posset habere actum tam perfectum ꝙ non posset plus proficere. Nec secundum scilicet ꝙ voluntas simul cum noticia sit causa volitionis. quia si sic sequeretur ꝙ idem esset causa naturalis contrariorum. quia stante cognitione sortis possum odire et diligere et sic ista cognitio potest esse causa per se oppositorum. Tum quia crescente causa crescit effectus. Sed aliquando crescente noticia diminuitur dilectio. Item tunc actus voluntatis esset intensior q̄ voluntas vellet quia cognitio causaret aliquam intensionem per se in volitione.

¶ Quartodecimo vel obiectum est causa volitionis effectiua. vel non. Si secundum sequitur ꝙ perfectioris obiecti non oportet esse perfectiorem volitionem et ꝙ volitiones non distinguuntur per obiecta quia obiectum non est causa per se volitionis. si primum sequitur ꝙ volūtas potest necessitari ab obiecto quia voluntas est finite resistentie et obiectum per se agit in ipsam voluntatem. Item aliquando obiectum fit effectiue ab ipsa volitione vt quando volo efficaciter currere ibi currere est obiectum et causatur a volitione. Ad primum negant quidā consequentiam. Sed contra quia voluntas est finite actiuitatis ergo terminatur ad maximum vel ad minimum in quod non potest. Item equaliter excedit magnam et paruam passionem si non ergo datur passio equalis sibi dices ꝙ voluntas est infinita. Cōtra a passione absorbetur in fornicatione et ebrio.

¶ Quintodecimo quero an volūtas ppositis duobus bonis equalibus possit alterum illorum velle vel non si secundum sequitur ꝙ non est libera. si primum. Contra non est maior ratio de vno q̄ de alio nec est aliquod determinans voluntatem.

¶ Ad primum dicitur a sancto tho. de ve. q. xxij. ar. x. ad primum ꝙ obiectum voluntatis et intellectus distinguuntur ratione et hoc sufficit et licet intellectus apprehendat rationem boni tamen hoc est sub

ratione entis. Secundo dicitur a capreolo in pri.d. iij. q bonum non est obiectum voluntatis sicut visibile non est obiectum sensus sed ista potius sunt passiones obiectorum nec proprium obiectum voluntatis habet aliud nomen.

¶ Ad secundum dicitur q non omnis similitudo ē cognitio nisi sit in potentia cognoscitiua intellect⁹ etiam est quidam appetitus naturalis sed non ē potentia appetitiua condistincta aliis Sanctus Thomas. i. pte q. viij. ar. j. ad. ij. z. q lxxviij. ar. j. ad. ij.

¶ Ad tertium dicitur q nob lissima ītellectio que est visio dei est immediate ad deum nec est per speciem sed deus supplet vicē eius z illa visio est nobilior habitu caritatis. Sed replica est ex sancto tho. j. pte. q. cviij. vj. ad. iij. s3 loquiꝛ de potentia naturali

¶ Ad quartum negatur consequentia. Alij tamen dicunt q priuatio nobilissimi actus intellectus peior est pessimo actu voluntatis. Contra nullum malum pene excedit malum culpe sed priuatio visiōis dei est malum pene. Ad aliud dicitur q intellectus aliquando necessitat voluntatem sed non cogit eas sed ostendit agendum per modum deprecantis nec semper qui deprecatur est subditus quia paulus deprecatur vt bene agamus.

¶ Ad quintum dicitur q intellect⁹ mouet per modum cause finalis et imperare secundum san. tho. ē actus intellectus. Ad aliud quidam dicunt q intellectus non potest cogi quia omnis actus eius ē naturalis inclinatio eius s3. s. t. dicit de ve. q. xxij. ar. v. ij. q intellectus dicitur cogi p respectum ad totum hoīem p q̄nto assentit p̄mis p̄ncipijs ꝯtra volūtatē que d3 hoīs īclinatio s3 verum possit dissentire primis principijs videtur q sic quia dissentire primo principio est operatio intellectus et obiectum ītellectus est omne ens ergo potest assentire z dissentire Sed de hijs satis dictum est in logica. Ad aliud dicitur q illud quod ē prius simpliciter et secundum ordinem nature est perfectius sic enim actus est prior potentia et intellectus est prior voluntate sicut actiuum passiuo bonum enim intellectum mouet voluntatem. s. t. s. parte. q. lxxxij. ar. iij. ad scdm.

¶ Ad sextum non sequitur quia substantia asini est melior quolibet accidente et tamen deus premiat p accidente quod est actus meritorius. Si dicas act⁹ meritorius meretur de condigno vitam eternam q̄ est visio dei ergo est tante bonitatis absolute negatur consequentia sicut per pecuniam quis emit de condigno equum et tamen equus cum sit viuum est melior pecunia. Ad aliud patet ex dictis.

¶ Ad septimum concedo q intellectus est liber. vt distinguitur contra subditum sed non est liberum arbitrium quia non habet ex se q possit in vtramq3 partem contradictionis licet tamen voluntas sit li[be]rior non est tamē nobilior. s. t. de verita. q. xxij. ar. [v]j. ad scdm. Nota q duplex est libertas prima est finalis ordinationis q̄n s. aliquid agit gratis sumpsi⁹ et sic scientia est libera alia est libertas oppositiōis q̄n. s. potest in opposita omnibus eodez modo se habentibus et sic tantū voluntas est libera. Sed vtrū intellectus possit opinari conclusionē si habeat eq̄les rationes pro et contra videtur q non nisi voluntas concurrat. Sed tunc. Dubitatur de bruto qd ē in medio comestibiliū an poss t se diuertere ad vnū relicto altero ceteris paribus vel an moreretur fame. Si illa duo commestibilia equaliter distēt ab eo videtur q nisi a celo vel alia causa instigareꝛ ad nullum cibum iret quia caret libero arbitrio quod per hoc concluditur.

¶ Ad octauū magis patebit ar. sequente nec ītellect⁹ dr rōnalis quasi sit liber sed q2 pōt rōcinari et discurrere. Si dicaꝛ volūtas depēdet ab ītellectu z nō ecōuerso ergo ītellect⁹ ē magis liber negaꝛ ꝯña.

¶ Ad nonū patet ex dictis. Nec oportet q semper in talibus cōcurrat actus formalis voluntatis sed sufficit interpretatiuus. Quidam dubitant an obiectum voluntatis sit bonum vniuersale quia voluntas fertur in rem vt est ad extra sed ad extra non est vniuersale Dicendum q ratio obiecti voluntatis est vniuersalis et non res ad quem inclinatur volūtas San. Tho. de veri. q. xxij. ar. iiij. ij. j. par. q. lxxx.

¶ Ad decimū. Quibusdā videꝛ q volūtas ex hoc q ē indifferēs nō potest determinare seipsam nō q̄n possit actum suum suspendere: sed q velit hoc et nō illud vel q actus suus sit talis hoc prouenit a iudicio intellectus. Sed contra tunc voluntas non esset domina suorum actum quia non potest velle vnum relicto altero nisi iudicetur q vnum sit magis volēdum q̄3 aliud et sic non esset verum dictum commune sic volo sic iubeo sit pro ratione voluntas. Item aliquis potest facere contra conscientiam ergo sua voluntas non determinatur per intellectum. Item simplex apprehensio sufficit ad volendum vel nolendum vt postea dicetur. Potest dici q plenum dictamen determinat voluntatem. Sed tunc queritur de primo actu voluntatis malo a quo determinaꝛ voluntas ad ipsum videtur q a se ipsa: quia si determinatur per aliquod iudicium querīꝛ de illo an sit bonum vel malum vnde circa hec queritur an primus actus liber sit electio vt dictum est videtur q non quia consensus precedit electionem et consensum p̄cedit concilium et conciliū precedit intētio z intentionē precedit volitio finis videtur aūt q ista tria vltima sint actus liberi arbitrij q2 sunt actus virtutis et sic presupponunt actum prudētie z sine dubio consensus videtur esse actus liberi arbitrij ideo de ipso alijs dimissis dicitur q est actus liberi arbitrij sed plenus actus liberi arbitrij est electio. Tunc dicitur ad argumentum q aliquando voluntas per libertatem arbitrij determinat se vel dicatur sicut supra de intellectu incipiente aliquid cognoscere de nouo quare magis vtitur vna specie q̄3 alia. Et argumenta procedunt de agente naturali vide San. Tho de verita. q. xxij. arti. vij. ad primum volūtas determinat sibi velle vide ibi in articulo triplicem indeterminationem prima parte. q. cv. arti. j. in secūdo argumen. et nota q obiectum determinat voluntatem quo ad speciem actus. Sanct⁹ Thomas de verita. q. vj. ar. vj. vij. Concedo tamen q aliquando determinatur per consilium rationis Sanctus Thomas de malo. q. iij. arti. iij. quintum. Et nota q oportet materiam determinari ad hanc formam per aliud quia ipsa est indeterminata per defectum actualitatis voluntas autem non sed per illimitationem sue actualitatis.

¶ Ad vndecimum patet in logica quomodo talia debent poni in esse.

¶ Ad duodecimū facilis ē responsio dicendo q voluntas se sola non mouet se quia tunc eiusdem ad se ipsum esset relatio realis quod est contra conditiones relationis realis. Sed dices idem inconueniēs sequiꝛ dicendo q volūtas simꝉ cū noticia mouet se quia ex illo sequitur voluntatem mouere se tanq̄3 causam partialem dices q causa efficiens partialis non est totale fundamentum relationis et ideo non

est simile. Sed dicta suppono q noticia non concurrat actiue ad actum voluntatis tunc voluntas se sola mouet se effectiue ergo est nobilior seipsa. Quidam dicunt q non sequitur quia calx cum aqua calefacit se et reducit se de actu virtuali ad actum formalem. Sed contra tunc eodem modo posset dici q celum mouetur a se. Ideo alii dicunt q voluntas informata volitione finis mouet se ad volendum media. Sed tunc queritur de illa volitione finis an producitur a sola voluntate effectiue: sicut calor producit calorem non mediante alia potentia sed per seipsum videtur q illa prima volitio sit a voluntate per modum nature. Vel est a voluntate mota ab intellectu et hoc sufficiat pro argumento. Alii recurrunt ad deum dicentes q voluntas non est ratio totalis sed deus cum voluntate et pe. cum queritur ab eis vel voluntas est causa actus inquantum voluntas vel per aliquid superadditum sibi si pri. ergo voluntas semper habet actum si secundum queritur de illo superaddito seu illud non videtur phisice dictum.

¶ Ad decimumtertium dictum est probabiliter q noticia practica que dicitur actiua efficit actum voluntatis nec tamen semper actus voluntatis necessario sequitur noticiam sed libere. et ideo non intenditur nisi secundum beneplacitum voluntatis sicut potentia motiua est causa motus et tamen subdit voluntati. Ad alia duo satis patet ex dictis. Et nota q secundum aristote. in tertio de anima appetibile est mouens non motum et ideo obiectum intellectu mouet voluntatem aliquomodo. Sed non oportet q moueat eam effectiue. Similiter aliquando dicimus absolute q bonum est obiectum voluntatis et aliquando dicimus q bonum in intellectum siue verum siue apparens est obiectum voluntatis Sanctus Thomas. xii. q. xix. arti. iii. Contra appetitus sensitiuus potest in malum vt patet de audacia que est ad malum arduum idem dicit. Sanctus Tho. ar. v.

¶ Item voluntas est ad rem vt est in se per Sanctum Thomam ergo non vt est in intellectu.

Ad quartum sic proceditur videtur q voluntas possit necessitari quia voluntas per aliquod tempus de necessitate continuat suum actum quem elicuit in instanti non enim habet vltimum istans sui esse et talis homo in vna hora haberet meritum infinitum quia in quolibet instanti mereretur de nouo continuando libere et sunt infinita instantia. Sed contra voluntas est essentialiter libera ergo non potest necessitari.

¶ Respondeo dicendum q duplex est necessitas scilicet coactionis vt si lapis proiciatur sursum et sic omnes concedunt voluntatem non necessitari. Alia est necessitas secundum Sanctum Thomam de ve. q. xxii. ar. v. naturalis inclinationis vel secundum alios inuitabilitatis et sic necesse est graue quod tamen non cogitur descendere remoto prohibente. Item adhuc duplex est necessitas scilicet quoad specificationem. Alia autem quoad exercitium. Exemplum primi quando scilicet talis est necessitas q si voluntas habeat aliquem actum oportet necessario q habeat talem actum et sic voluntas necessitatur ad volendum beatitudinem in vniuersali quia si circa eam habeat aliquem actum oportet q velit eam. Potest tamen nullum actum habere et ideo non necessitatur per exercitium quia non necessario elicit talem actum. Si dicas bene sequitur iste non est ergo non est beatus antecedens est volitum ab occidente se ergo et consequens dicit Sanctus Thomas in iiii. dist. xlix. q. i. ar. iii. q. ii. ad tertium q non esse est aliquo modo bonum isti. Item hoc modo necessitatur ad volendum media sine quibus finis non habetur. Contra volicio talium est electio ergo non necessitatur ad eligendum Sanctus Thomas xii. q. x. ar. ii. tertium. Tunc dicitur q voluntas potest necessitari quo ad specificationem et multi thomiste opinantur q a quolibet iudicio pleno actuali in particulari voluntas necessitatur quo ad specificationem et quo ad exercitium si ante imperio vt si iudicet omnibus modis hoc esse faciendum et intellectus dicat fac hoc tunc illo stante voluntas non potest non elicere actum circa hoc et hoc videtur ex. S. t. xii. q. xvii. ar. v. ad primum. Item alias. virtutes non essent connexe quia posset predicto modo haberi plenus actus prudentie sine actu alterius virtutis. Item nunquam est defectus in voluntate nisi sit defectus in intellectu. vt patet. i. parte. q. xlii. ar. i. ergo si intellectus sit plene perfectus voluntas non potest omittere. Posset queri an illud imperium est apprehensio tantum vel iudicium alicuius propositionis vel actus voluntatis S. t. xii. q. xvii. dicit q precipere est intellectus. Alii autem tenent oppositum dicentes voluntatem non posse necessitari quo ad excerticium actus quia nullum est meritum in actu quem necessario elicimus. Forte dicis q ibi est meritum quia antequam haberemus tale iudicium in potestate nostra erat ipsum non habere. Sed contra tunc actus beatorum essent nunc meritorii quia dum viuerent poterant non habuisse talem actum. Item tunc quelibet continuatio et actus exterior haberent rationem non meriti. Secundo tunc aliquis posset bene agere moraliter sine speciali auxilio vt patet de illo qui plene iudicat q tenetur intrare religionem: nec ad tale iudicium requiritur specialis concursus cum sit falsum. Item stante pleno iudicio de opere concilii possum adhuc ipsum non facere ergo plenum iudicium non necessitat voluntatem. Item pro statu vie nichil creatum necessitat voluntatem ad excercetium vt videtur velle. S. T. xii. que. x. arti. ii. et de veritate que. xxii. ar. vi. de ma. que. vi. Item tunc demon posset bene agere quia ipse cognoscit plene aliquid esse faciendum quando videt hominem bene agere. Et bonus philosophus moralis potest esse male vite. et tamen ex secundo ethicorum cognoscit omnes circunstantias ergo plenum dictamen non necessitat voluntatem aliquomodo alias habens tale dictamen semper continuaret suum actum vt si habeat plenum dictamen q non est cessandum ab actu. Sed hic est dubium cum esse liberum sit essentiale voluntati. quare damnati non possunt bene agere sed de hoc. S. t. de veri. q. xxiiii. ar. ad. xii. et loquor de homine damnato in corpore et anima etc. de hoc alias. ¶ Item aliquod est plenum dictamen cui nullus potest se conformare ergo non necessitat. Antecedens patet de isto nichil est volendum Non est necesse q habens istud plenum iudicium aliquid velit. Sed contra hanc opinionem obiicitur quia angelus in primo instanti non potest peccare secundum S. t. ergo necessitatur ad eliciendum actum in illo instanti si habeat preceptum. Item voluntas in casu potest necessitari ad cessandum ab actu ergo potest necessitari ad volendum. Antecedens patet si precipiatur sorti velle a et postea prohibeatur sibi scilicet in secunda medietate hore tunc sortes non potest continuare eandem volitionem numero per totam horam. alias idem actus esset suc-

cessiue bonus et malus quod si concedas sequitur ꝙ ad actum bonum non requiritur speciale auxilium sicut nec ad actum malum cum quo est idem. Si dicas ex hoc diminuitur libertas. Dicendum ꝙ non. Beati enim non sunt minus liberi nec deus licet non possint peccare nec adam ante peccatū erat minus liber ꝙ̃ nos et tamen in statu innocentie nō potuit peccare venialiter secundum San. Tho.

¶ Item non repugnat in actu voluntatis esse quandam necessitatem immutabilitatis quia in deo est actus voluntatis quo vult et diligit se et nō potest esse oppositum eius. Sed circa ista dubitatur an ante actum voluntatis requiratur iudicium intellect⁹ vel sufficit simplex apprehensio videtur ꝙ simplex non sufficit quia philosophus dicit in tertio de anima ꝙ vniuersalis opinio non mouet et tamen ibi est apprehensio et idem ponit Sanctus Thomas prima parte questio. lxxx. articulo secundo ad tertium Item philosophus dicit ꝙ fantasia non est idem ꝙ opinio. Sed est simplex apprehensio ex qua non sequitur passio in appetitu. Item actus libertatis est electio sed electio pro formali est actus intellectus et non simplex apprehensio ergo presupponit aliquod iudicium Sanctus Thomas prima secunde quest. decima tertia articulo primo ymo sepissime supponit consilium vt patet ibidem etiam in deo supponit iudicium Sanctus Thomas de verita. questio. xxiiij. articulo tertio ad quartum.

¶ Item nullus fertur in malum nisi per errorem et ideo Sanctus Thomas dicit angelum non potuisse peccare in primo instanti de veri. questio. xxix. articu. viij. ad secundum. Item intellectus practicus est principium motus talis autem non est simplex apprehensio.

¶ Item sequitur volo deum non esse ergo apprehēdo deum non esse. Sed apprehendere deum non esse non est sine falsitate quia hoc est propositio falsa. Ad idem videtur Sanctus Thomas in. iiij. distin. xxx questio. prima articulo primo ad primum.

¶ Item videtur saltem ꝙ non sit peccatum mortale in voluntate nisi precesserit plenum iudicium in intellectu.

¶ Item ideo dicitur liberum arbitrium quia arbitrium et iudicium electionis precedit Sanct⁹ Thomas de verita. questio. xxiiij. articu. ad primū. xvij. et artitu. sexto.

Item de ma. questione. iij. articu. ix. ad septimū. vnde doctores dicunt ꝙ iudicium imperfectum et in vniuersali non sufficit ergo nec apprehēsio simplex. Alij autem communiter tenent ꝙ ad motum sensualitatis vel male volendum sufficit simplex apprehēsio alias primum peccatum angeli precessisset error quo iudicasset illud quod fecit esse bonum. Et ideo dicunt ꝙ in ipso non fuit nisi simplex apprehensio. Sed contra per Sanctum Thomam de malo. questio. xvi. articu. sexto. ad vndecimum et de veri. questio. xviij. vi. ii. in simplici apprehensione angeli est veritas vel falsitas quia in ipsis nec est compositio nec diuisio ergo ex hoc non euaditur quin in angelo fuerit error ante pctm̄ et eodem modo dr̄ de adam.

¶ Item si simplex apprehensio sufficit ad malum ergo etiam ad bonum patet consequentia quia null⁹ est actus indifferens per nos velit ergo fortes honorare parentes ex simplici apprehēsione sine alia mala circumstantia. tunc queritur vel iste actus est bonus vel malus. si primum tunc datur actus virtutis sine prudentia et sic virtutes non erunt cōnexe. Forte dicis ꝙ datur actus inde liberatus voluntatis indifferens quia Sanctus Thomas in quar dist. ix. questio. prima articu. quarto quest. prima ad quartum ponit in dormiente consensum voluntatis nec bonum nec malum et de veri q. xxviij. ar. iij. ad. vj. et de ma. q. xvj. iij. ix. ponitur velleitas indifferens aliquod tamen tale est peccatū vt si ꝯtingat me peccare nolo penitere. xxij. q. xiiij. ar. iiij. aij. Aliter probant quidam hanc opinionem quia aliquis potest agere contra conscientiā ergo ad agendum sufficit simplex apprehensio. Item positus in igne de necessitate tristatur secundū multos absq; iudicio ⁊ primus actus voluntatis vel subitus motus non requirit iudicium quia est indeliberatus. Sed alij dicūt ꝙ est ibi iudicium quo iudicatur hoc esse bonum q2 voluntas nichil vult nisi sub ratione boni. Alij dicunt ꝙ est ibi simplex apprehensio boni vt volens furari apprehendit rem alienam et cum hoc apprehēdit rationem boni sed non componit ista et ideo nō est ibi falsitas nisi forte sicut in hoc complexo homo irrationalis. Secunda opinio communior est. Secundo dubitatur supponendo ꝙ in voluntate vt dictum est. Est quidam actus naturalis quo vult beatitudinem in vniuersali et actus quo diligit beatitudinem. qui tamen est meritorius. Queritur ergo vtrum dilectio naturalis et dilectio meritoria sint eiusdem speciei nature videtur ꝙ appetitus naturalis vel prima volicio finis aliquando est meritoria et aliquando peccatum quia volendo beatitudinez vult eam in aliqua re vnde actus ille naturalis quo ad exercitium non est necessario elicitus vide Sanctuz Thomez de verita. xxij. q. articu. vij. Quibusdam videtur ꝙ solum differunt per extrinsecum q2 dicitur meritoria ex hoc ꝙ deus acceptat ⁊ sunt circa idem obiectum sc circa deum. Forte dicis ꝙ etiā differunt ex parte principij. quia dilectio dei meritoria est a caritate. Naturalis autem a sola voluntate. Sed contra in habente gratiam dilectio naturalis est meritoria quia nullus actus voluntatis est indifferens ergo est a caritate.

¶ Item per Sanctum Thomā de verita. questio. xiiij. ȝ. secundum. esse a caritate non variat speciem nature actus enim iustitie est eiusdem speciei nature in habente caritatem et in alio alias videtur ꝙ quis posset scire se esse in caritate Si dicatur dilectio naturalis et dilectio meritoria non eliciuntur ab eodem habitu sicut nec cognoscere deum per fidem et cognoscere deum ex puris naturalibus. Itē cum naturali dilectione stat odium deliberatū eiusdem vnde naturaliter desideramus scire tamen stulti odiunt illud: illud autem odium contrariatur dilectioni deliberate.

¶ Item Sanctus Thomas prima parte questio. vj. articu. primo ponit duas dilectiones scilicet electiuam et naturalē. Ideo alij dicunt ꝙ dilectio dei meritoria habet pro obiecto deum vt est obiectum beatificum et ideo specie differunt a dilectione dei naturali qua diligitur deus vt est principium nature. Sed de his alias. Posset queri an operationes voluntatis facte per ignorantiam vel metum sint libere vel inuoluntarie. Sed de hiis videatur Sanctus Thomas. xij. et quomodo voluntas potest necessitari. Capreolus in. ȝ. et an homo necessitat ad peccandum venialiter quia non possumus euitare omnia venialia. Et quomodo dāpnati non possunt suspendere actū voluntatis dato ꝙ̃ anima sit vnita corpori. Alias dicet an hoc pueniat ex natura rei ⁊

similiter de demonibus an ꝗtum est ex natura rei possint suspendere actum intellectus quo alicui semel adheserunt.

Ad quintum sic proceditur videtur ꝙ passiones sensualitatis nō subdantur rationi quia ratio vel intellectus non potest agere in sensualitatem quia per actum immanentē nichil imprimitur extra.

¶ Item multi habent bonam rationem et tamen sensualitas non subijcitur eis in quorum persona dicit Paulus non enim quod volo bonum hoc facio. Sed contra Passiones sensualitatis aliquando imputantur nobis et iterum. Subter te erit appetitus tuus et idem habetur primo ethicorum de tota materia sensualitatis habes Sanctuz Thomaz de veritate questione .xxj.

¶ Respondeo dicendum secundum Sanctū Tho. prima parte. q. 25. arti. 4. sensualitas in multis obedit rationi per istum modum quia sensualitas mouetur a potentia cogitatiua intentionum īdiuiduelium. Ratio ergo et intellectus mouendo potentiā cogitatiuam ex consequenti mouet sensualitatem et [illegible] subijcit sibi. Diuiditur autem sensualitas in duas potentias scilicet concupiscibilem et irascibilem. Concupiscibilis autem prosequitur ea que sūt conuenientia secundum sensum ꝛ refugit nociua irascibilis autem resistit īpugnantibus et eius obiectum est arduum et per hoc differt a concupiscibili cuius est propugnatrix et defensatrix vnde ira nascitur ex tristicia et infert vindictam et tandem concupiscibilis habet leticiam cum defensata fuerit ꝑ scibilem. Sunt autē in concupiscibili sex passiones scilicet amor et odium desiderium et fuga gaudium et tristicia in irascibili autem sunt spes et desperatio timor et audacia et ira cui nulla passio opponitur et sub hijs omnes anime passiones continentur. De hijs vide pulcherrime San. tho. in. 1. 2. incipiendo a. q. xxij. vsqꝫ ad q. 49. Ex hijs patet ꝙ intellectus potest mouere sensum interiorem. Sed queritur an sensualitas necessario obediat rationi. Dicit phi. in primo politicorum ꝙ anima quidem dominatur corpori despotico principatu ita ꝙ in omnibus obedit sed intellectus dominatur appetitui principatu politico et regali vnde non obedit semper et in omnibus quia non solum mouetur a potentia cogitatiua sed ab ymaginatiua et sensu. Sed dubitat an cō cupiscibilis et irascibilis mouentur ab eodem iudicio sensus interioris numero. Sed dubitatur an appetitus moueat intellectum et per quem modo. Similiter dubitatur an appetitus sensitiuus possit mouere voluntatem. Dicendum. Primo ꝙ volūtas mouet intellectum actiue seu voluntas alia per voluntatem mouetur ad actum intellectus vnde sāctus tho. prima. 2. q. 58. arti. quarto dicit ꝙ virtus moralis requiritur vt sit debita intentio finis in intellectu ꝛ in intellectu requiritur prudentia vt homo recte eligat media. Ex quo patet ꝙ voluntas ꝑ virtutem moralem videtur mouere intellectum licet etiam moueatur ab eo.

Item per voluntatem mouemus nos ad studenduz vnde philo. dicit sexto ethi. ꝙ per virtutem moralē habemus rectam estimationem de fine in ipsis agibilibus et per prudentiam de ordinatis ad finez sed appetitus sensitiuus mouet etiam aliquando voluntatem quia in incontinente appetitus sensitiuꝰ vincit partem superiorem scilicet intellectum et voluntatem vt dicit philosophus in tertio de anima ꝛ nō posset agere ī volūtatē nisi primo ageret ī itellectu priꝰ nec priꝰ ī itellectu nisi agēdo in sensū appetitꝰ ergo sensitiuꝰ primo mouet sensuz. Scḋo intellectū Tertio volūtatē et ex hoc prouenit vt dicitur. 2. rethorice ꝙ non eadem videtur male complexionatis amantibus et odientibus iratis et mansuetis.

Sed quomodo sensualitas potius mouetur a sensu iudicāte aliquid esse bonum dicendum ꝙ mouet ex hoc ꝙ tam fixe inheret illi bono sensibili quod nō permittit hominem ad aliud cogitare mouet etiam cogitatiuam ad iudicandum aliquid esse faciendū vel non faciendum. Sed contra prius est cogitatiuam iudicare aliquid esse faciendum ꝙ̄ appetitum appetere illud quia appetitus non fertur in incognitum. Forte dicis ꝙ simplex apprehensio sufficit vel potentia cogitatiua ex dispositione conuenienter secundum sensum ex se iudicat aliquid esse prosequendum vt iratus iudicat ꝙ turpe est viro non sumere vindictam vel actus appetitus causatur aliquando ex corporali transmutatione. Sāctus tho. de ma. q. xvi. arti. vndecimo. 3. vnde fames in appetitu videtur causari sine cognitione ideo alij dicunt ꝙ non est in sensualitate sed est appetitus naturalis ideo non obedit rationi. Sed dubitatur in quā parte hominis est ista potentia que dicitur sensualitas videtur quibusdam ꝙ non debet poni subiectiue in toto homine quia omnis potentia organica requirit determinatum organum ideo appetitꝰ est in corde. Sanctus thomas de spiritua. arti. 3. quartum.

¶ Item tunc sensualitas esset in digito scilicet concupiscibilis et irascibilis. Sed in concupiscibili ponitur temperantia virtus ergo virtus temperantie est in digito. Sed hoc argumentum inquirit aliam difficultatem scilicet an virtus temperantie sit in subiecto extenso et in corpore. Quibusdam videt ꝙ non quia actus temperantie est essentialiter et intrinsece bonus moraliter. Sed solus actus voluntatis est essentialiter et intrinsece bonus quia omnes alij actus sunt exteriores et sic in ipsis non est bonitas subiectiue sed tantum in voluntate. Cum ergo temperātia sit essentialiter virtus videtur ꝙ sit subiectiue in volūtate. Sed hoc est contra philosophū in fine tertij ethicorum qui ponit eum in concupiscibili et prudentiam in intellectu ꝛ iusticiam in voluntate fortitudinem vero in irascibili.

Alij autem ponūt sensualitatem in toto composito idem Sāctus Thomas de verita. q. xxv. arti. sexto. ad. 8. et. 10. nota sed contra electio est in ea que tamen nō est in cōposito nec digito quia sequitur ymaginationē cum sit passio et ipsam sequitur etiam delectatio. Sed hic dubitatur an apppetitus possit velle malum ostensum sub ratione mali. Secundo an concupiscibilis possit mouere ad iram per sensuz secluso actu voluntatis videtur ꝙ non quia tristicia est de hijs que nobis nolentibus accidunt.

Ad primum dicitur ꝙ bonum sub ratione boni veri vel apparentis est obiectum voluntatis ergo voluntas non potest velle si tantum apprehendat malum Sed contra voluntas potest agere contra conscientiam et peccare ex certa malicia vt patet de magno philosopho que bene scit praue agere.

Et augustinus delectabatur in furto inꝗtum huiusmodi. Dicendum ꝙ per se primo voluntas non potest ferri in aliquid nisi appareat ibi ex aliqua parte aliqua ratio boni nec istud impedit hominis libertatem.

Item multi opinantur q deum secundum se nullus potest odire ergo etiam ad experiendum libertatem non potest voluntas velle malum sibi omnibus modis Sed de his tractare magis pertinet ad theologum vel moralem philosophum.

¶ Contra hec arguitur si sensualitas non in omnibus obedit rationi sequitur q sensualitas habet liberum arbitrium quia in potestate eius est obedire vel non obedire rationi.

¶ Item sensualitas sequitur sensum interiorem sed sensus interior totaliter subditur intellectui cum intellectus sit potentia naturaliter superior.

¶ Secundo sensualitas est nobilior intellectu ergo non mouet ipsum.

¶ Item intellectus est immaterialis ergo non mouetur a sensu.

¶ Tertio arguitur q voluntas non mouet intellectum quia actus voluntatis est immanens ergo nichil imprimit in potentiam que est extra ipsam. Item vel sensualitas libere sequitur rationem vel necessario. Si secundum/ergo operatur secundum vltimum potentie. Si primum ergo potest contra plenum iudicium quod supra negatum est de voluntate. Ad hec dicendum q sensualitas per assuefactionem nata est in omnibus obedire rationi nec famasiart plene subest intellectu.

¶ Ad secundum negatur consequentia. vt supra dictum est de fantasmatibus.

¶ Ad tertium solum probat q voluntas in aliis nō producit actum volendi.

¶ Laus deo.

¶ Profunde ac īgeniose q̄stiones phisicales Fratris petri de bruxellis alias crokart ordinis predicatorum bachalarii formati in theologia doctissimi fausta editione feliciter finiunt. Sūptibus vero Johannis parui achademie vniuersitatis parisiensis bibliopole. Anno ab incarnata deitate millesimo quīgētesimo.xxi. pridie idus Aprilis

¶ Reuerēdo in xpo patri Fratri petro de bruxellis alias crokart sacre theologie bachalario formato prestantissimo et preceptori peritissimo. Frater petrus de nouimagio suus discipulus Salutem.

Haud mediocrem mehercle iubilū thomi stice veritatis affectis intulit diligentia ac ingeniosa elucidatiūcula tua preceptor prestantissime quā post in petri hyspani tractatulos enodatiūculas atq aristote. dyaleticam subtilissimas interpretationes philosophie nostre reserare latebras atq acutissimas questiones (in quibus preclari ingenii tui abunde relucet perspicacitas) variis ex aquinatis nostri sententiis velut apis argumentosa in presentiatum excudere elaborasti. Quāuis enim omnium forme iudicio preclarissima doctoris nostri cuius doctrinam insignis ille theologice discipline professor gaudefridus non immerito sal terre vocitat) in oēs stragirite peripatethicorū facile principis libros extāt commentaria huiusce. tā ē tempestatis phisice eruditionis alumnos (dii immortales) modica afficere voluptate videntur illa siquidem qui per questiunculas varias atq sophisticas importunitates pcedūt ingenti hn̄tur in precio nil eī melius q̄ disputationis dēte contritum sciri autumāt hinc parisiensi nr̄e achademie p̄ ceteris gymnasiis summū oecus cumulatū cē asserit vt omni in phie genere resolutissimos atq profundissimos parturiat. Quamobrem vehementi animo (cui vt salustio placet non satis festinatur nostro in naturali philosophia editiones huiuscemodi pro veritatis nostre quā profitemur munimine cōspicere exoptaui est siquidē illa philosophia cuius cicero in eo q de senectute iscribitur libro (vt arbitror) meminit. Nūq̄ iquit satis laudari poterit phia cui quis pareat omne tempus vite sue sine molestia possit degere. Deest quippe amaritudo a conuersione illius ac tediū a conuictu eius vnde nobis phie insudātibus te preceptore nostro medius fidius q̄ in sardo dormitantibus euenit vt videlicet anni itercapedo instar momenti videret nec mirum tota namq iocunditatis materia ibi ministrat vera ingenii principia circa que p scrutanda q̄ varia fuerit sapientū sententia liquido in primo de phisico auditu ostēdit/referuntur. ac illa ingenua intellectualis nature vis scz rationalis/que in trinistria orizonte locanda venit/ per oīm actionū suarū genera perpulchre dignoscitur. Quid amplius moror Creaturarū motibus in illam imobilem/ac infinitam intelligentiā primam

oiz moctrice perspicue ascenditur. Per hanc igitur phiam/inuisibilia dei(cuius incomprehēsibilia iudicia/ac inuestigabiles vias apl̄us cōmemorat)cōspiciūtur. Quo fit vt optimo iure inter ceteras(quas adminiculatiuas appellitant)sciās primatuz obtineat vt pote theosophie nostre per necessaria eusiīse. siquidem sine hac eminētez aut insignē in theologum menam neminem nec hunc vtilem aquinatis nostri disciplne auditorē dixeri ni phie fuerit lacertesignatus. Demū ad diuinā celestemqꝫ sapientiā (que felices nos ac beatos efficiat/ea presertim felicitate que sola stabilis/ et vera/et incorrupta haberi potest)non ab re conuolaturus est/ea siquidē ratione platonē bonis artibus excultū ad diuina sese conferentem diuinū greci cognominauere. Non minori in precio apud veteres trimegistus thales pythagoras inter semideos a sapiētibus collocari claruere lascedemonios reticeo qui chylonem philosophum vt sederet cum principibus et solū teneret glorie vrbis senatorem creauere lampsacent anaxagore clazomenij lez peregrini fumus incredibilibꝰ ac pciosis sūptibus celebrauere athenīēses quosqꝫ demetriū phaleriūqꝫ ornatissimis decorauerunt statuis non minori cultu saphon virginē ob ingenij viuacitatem scientie amplitudinem mierilent prosecuti sunt ceteri autem id genus heroes nostri merito essent recensendi qui summum meruere decus laudemqꝫ superbam. Uerum ne exaciuncule plixitas legentem tedio afficiat silentio ptransire operepreciumest. Si igitur ligurgo qꝫ homerum varijs i locis lacerum integrum ex asia in greciam reportauerit non mediocres sint ipensi honores atqꝫ catho stoicus cum ex asia phiā etulisset plus sibi glorie qꝫ .G. pōpeio aut luculo deberi retulerit cum inermis potiora atqꝫ honestiora apporatasset spolia qꝫ illi immortales profecto tibi pceptori nostro disertissimo debētur laudes cum diuinum istud opus z insigne vestro īmenso sit cōgestum conamine validissimis argumētoꝝ iaculis cū eorundem dissolutionibus habūdātissimū vt ex iouis cerebro videatur emanatū; et sepe huiusce operis stilꝰ breuis grata facundia celsa ac firma sentencia. Nichil indigestum ac nisi argutionis dente masticatū resoluitur vnde qꝫ iusuise nonnulli mussitent facile conuincitur. Occullunt siquidem phi miro ingenio sua secreta vt desedibus non pateat studiosis autē et solertibus peruia sint passiuum autem diuersorū quotationes(quibus sublimis noster aquinas allegata asserit)connectuntur vt flagrantiori studij ac indagande veritatis feruescat desiderio studiosa iuuentus vt dū passus apparenter interdum alteri contrarius coniungitur stabilita veritas emineat hisce vale eui nostri iubar precipuū.

Et sic est finis.

